ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσυνηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βίβλοι ἕξ.


ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fiſci,

HISTORIÆ NOVÆ

Libri Sex,

NOTIS ILLUSTRATI.



OXONII,

E Theatro SHELDONIANO,

Anno 1679.


MVNIFICENTIA
REGIA. 1715
GEORGIVS D.G. MAG. BR. FR. ET HIB. REX F.D.
J.P. Sc.

Reverendo in Christo Patri

JOANNI EPISCOPO ROFFENSI,

Decano Westm. necnon totius Angliæ

ARCHI-ELEEMOSYNARIO:

Viro item admodum reverendo

D. D. BUSBY,

Scholæ Regiæ Westmonasteriensis

DIGNISSIMO PRÆFECTO.

SI studiorum profectus à tyrociniis feliciter positis repetendi sint, & officiorum finis is esse debeat unde beneficia omnia originem ducunt, non alio patrocinio uti potest Zosimus quàm quo Vos me semper excepistis, nec auspicatiùs in lucem prodire quàm vestro nomine illustratus. Siquidem dum Constantini tempora (de quibus Zosimus inprimis agit) in memoriam revoco, videntur mihi celebratissima per illud seculum nomina in Vobis tandem revixisse, quorum alter *Eusebium* refert, dum in altero occurrit *Lactantius*; nisi quòd vestra magis prædicanda sit felicitas quibus is contigit princeps, qui, expenso meritorum jure, ea vobis partitus est munia, quæ palam ostentent utrumque bono publico natum fuisse. *Tantum quippe interesse debuit inter Carolum & Constantinum.*

Sinite itaque Viri Amp. ut, præterquam quòd ex æquo in commune consulatis, inter illos egomet nomen

profitear quos Vobis arctiore nexu obstrictos tenetis; accipite novam hanc testandæ gratitudinis rationem, quæ nequit prioribus beneficiis aliquatenus paria facere nisi alia subinde efflagitando. Vobis enim se commendat Zosimus, & ejusdem mecum ambit patrocinii gloriam; vestrâ operâ factum se agnoscit ex Ethnico *Christianum*, & qui olim probris incesserat quicquid uspiam fuit religiosi, eodem Vos obsequio veneratur, quo

Rev^m^. vest^m^. humillimus Cultor

T. S.

Præfa-

Præfatio ad Lectorem.

Cum, demandatâ mihi aliunde provinciâ, Zosimum susceperim recensendum, non supervacaneum fore duxi si Lectorem paucis monerem quid in hoc opere præstiterit aliorum ante nos cura, quid demùm à nostrâ parte de novo accesserit quo commendatiùs posset in publicum prodire.

Multis retrò annis H. Stephanus duos priores Zosimi libros Herodiano suo ad calcem adjiciendos curavit, sed cum Historicus noster in alieni duntaxat operis auctarium quoddam cederet qui suo satis poterat innotescere, expectandus erat aliquis qui formæ leviter adumbratæ supremam imponeret manum, nec in primis tantum lineis hæsisse contentus absolutum nobis, quatenus licebat, exhiberet archetypum.

Nec longo post intervallo Fr. Sylburgius Eutropii Metaphrasten, Xiphilinum, Herodianum, ac totum, qualem nunc præ manibus habes, Zosimum, unà omnes simul commissos in lucem edidit, ita ut opus illud in justum excresceret volumen, sed nonnisi iis sumptibus comparandum, qui negarent id publici juris factum esse, cujus usus intra paucos admodum se contineret. Mitto etiam præcipuam Sylburgii curam in eo positam fuisse, ut omnia exigeret ad ἀκρίβειαν *grammaticalem, verborumque structuram & literarum apices diligentiùs pensitaret, rebus interim ipsis in medio jacentibus. Quod cum Sylburgius nimio comitatu Zosimum onerasset, ut frustra quis minoribus hospitiis illum excipiendum speraverit, alii contra effecere ut succinctus quidem emitteretur, cultu tamen adeò squalido ut mihi videantur parum intellexisse quantum intersit inter librum* publicatum *&* expositum.

Nam dum hæc scribo, audio Zosimum, accurante Cellario, Cizæ *excusum; quare incassum me hoc qualicunque labore defunctum arbitrabar, utpote qui in se nihil habere potuerit cum* selectis variorum notis *conferendum. Attentius verò rem intuenti aliquis etiamnum visus est curæ nostræ locus superesse, atque eò sanè magis quòd, demptis quæ olim annotaverat Sylburgius, omnia illic desideranda sint nisi quæ forsan omissa oportuerit.*

Cum

Cum itaque Zoſimus noſter nondum adeò omnibus numeris abſolutus prodierit, quin alia uſque addenda occurrerint, en tibi, Lector, inſtituti noſtri rationem, ex quâ intelligere fas ſit ecquid tibi ex uſu futurum noſtra etiam contulerit induſtria, cujus laudem nemo fortè mihi invidebit, utut cætera minus ſpei reſpondeant. Quippe dum Zoſimum ad limam revoco, non leve mihi negotium faceſſit poſitus labor in evolvendis utriuſque hiſtoriæ *Scriptoribus*, Eccleſiaſticæ *nimirum &* Auguſtæ; *ut, inſtitutâ comparatione, tantum Zoſimo roboris accederet quantum peti poſſet ex publicis aliorum ſuffragiis; nec tamen ſuâ ſolius authoritate nos premeret ſicubi malæ fidei meritò videretur arguendus. Ut verbo expediam,* Hiſtorico *ſuppetias tulimus*, Pagano *bellum indiximus. Hinc maculas diluimus Conſtantino inuſtas; neque enim ferendum erat in illius nomine labem aliquam inveteraſcere, qui aliorum malè admiſſis, ſiquid humanitus accidiſſet, ſuam ſolebat purpuram prætexere; nec oportuit* indefenſum *prateriiſſe quo fides noſtra primo gaudet inter principes* Defenſore *ac* Patrono.

Geminus exinde nobis ſuccrevit labor Zoſimum *ſimul &* Conſtantinum *purgandi, ut &* Imperatori *reverentia, &* Hiſtorico *veritas conſtaret; qui, ſi vitæ inſtitutum ſpectes, huic calumniandi licentiæ facile veniam impetrabit; ſin hiſtoriæ elegantiam, certè laudem merebitur.*

PHO-

PHOTIUS PATRIARCHA

De ZOSIMO.

Ex edit. Hæſchelii.

ΑΝεγνώσθη ἱστορικὸν λόγοις ἓξ Ζωσίμου Κόμητος ἀποφισκοσυνηγόρου. ἔστι τὴν θρησκείαν ἀσεβὴς, καὶ πολλάκις ἐν πολλοῖς ὑλακτῶν κατὰ τῶν εὐσεβῶν· σύντομος δὲ, καὶ τὴν φράσιν εὐκρινὴς τε καὶ καθαρὸς· οὐδὲ τοῦ ἡδέος ἀπῳκισμένος. ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀπὸ Αὐγούστου· ἐπιτρέχει δὲ πάντας τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ, ψιλὴν ὥσπερ τὴν ἀνάῤῥησιν καὶ τὴν διαδοχὴν αὐτῶν ἀφηγούμενος. ἀπὸ δὲ Διοκλητιανοῦ, πλατύτερον περὶ τῶν βεβασιλευκότων διαλαμβάνει, ἐν βιβλίοις πέντε. τὸ γὰρ πρῶτον τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ ἀπὸ Αὐγούστου ἀριθμεῖται, καὶ πληροῖ τὴν ἕκτην βίβλον, ἐν ἐκείνοις ἀπαρτιζομένην τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς Ἀλάριχος τὴν Ῥώμην τὸ δεύτερον πολιορκῶν, καὶ τῶν ἐνοικούντων ἀπορουμένων, λύει τὴν πολιορκίαν, βασιλέα τούτοις Ἄτταλον ἀνειπών. εἶτα δὲ καὶ τῆς βασιλείας τοῦτον παραλύσας διὰ τὸ μὴ δοκεῖν εὖ διατίθεσθαι τὰ τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ βασιλείας· πρὸς Ὀνώριον τὸν βασιλέα κατὰ τὴν Ῥάβενναν διατρίβοντα, ἐφ' ᾧ [2] πείσασθαι εἴετο. ἀλλ' [3] Ασα-

Ex verſione Leunclavii.

LEctum eſt hiſtoricum opus, ſex libris conſtans, Zoſimi Comitis exadvocati Fiſci. Religionem paganam ſequitur, & in pluribus adverſus pios ſæpiſſime latrat. Brevis eſt, dictione perſpicuus atque purus, nec ſuavitatis expers. Incipit hiſtoriam prope dixerim ab Auguſto, & Principes omnes ad Diocletianum uſque percurrit, nudam quaſi deſignationem atque ſucceſſionem eorum commemorans. Latius autem à Diocletiano, de potitis imperio, libris quinque tractat. Nam primus imperatores ab Auguſto ad Diocletianum uſque recenſet. Libro autem ſexto finem imponit, in iis deſinenti temporibus, quibus Alarichus Romam iterum obſidens, civibus ad inopiam redactis, obſidionem ſolvit, eiſque dixit imperatorem Attalum, quem deinde rurſus abdicavit imperio, quod regnum ſibi traditum adverſus Honorium Auguſtum parum recte adminiſtrare videretur. [1] Sarus autem ſimultates adverſus Alarichum exercens, cum tre-

---

1. Ad Honorium feſtinavit Ravennæ commorantem, pacis conciliandæ gratiâ. *Quæ Leunclavius omiſit, quòd locus hic illi deſperatior videretur.*

2. Leg. σπείσασθαι ᾔει, atque ut aliquis ſaltem eliciatur ſenſus ſic interpungendum eſt. [πρὸς Ὀνώριον τὸν βασιλέα κατὰ τὴν Ῥάβενναν διατρίβοντα, ἐφ' ᾧ σπείσασθαι ᾔει.]

3. Reſcrib. ex Zoſimo [Σάρος] de quo fit mentio lib. 6.

centis,

centis, quibus præerat, Honorianis partibus adjunctus, & belli societatem pollicitus, Alarichi rebus impedimentum objecit. Ac sexti quidem historiæ libri finis hic est. dixerit autem aliquis, hunc non scripsisse historiam, sed Eunapianam descripsisse, partim brevitate duntaxat ab altera differentem, partim quod Zosimus non, ut ille, Stelichonem conviciis proscindat. Cætera propemodum idem est in historia, præsertim in principum piorum criminationibus. Arbitror autem duas quoque hunc, sicut & illum, editiones instituisse. Verum editionem hujus priorem ego non vidi. Conjicere tamen ex editionis, quam nos legimus, perspicuitate licet, etiam alteram hunc, sicut & Eunapium, publicasse. Magis hic planus est, & brevior, ut diximus, Eunapio, figurisque non nisi raro utitur.

ρος, Γότθος καὶ αὐτὸς, διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, ἔχων τῶν ὑπ' αὐτὸν ἄχρι τριακοσίων, καὶ προστεθεὶς Ὀνωρίῳ, καὶ συμπολεμεῖν αὐτῷ κατὰ Ἀλαρίχου διατεινόμενος· ἐμποδὼν ἔστη. καὶ ἡ μὲν ἕκτη αὐτῷ ἱστορία ὧδε τετέλεσται. εἴποι δ' ἄν τις, οὐ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν. καὶ ὅτι οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος Στελίχωνα διασύρει. τὰ δ' ἄλλα κατὰ τὴν ἱστορίαν σχεδόν τι ὁ αὐτὸς καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν εὐσεβῶν βασιλέων διαβολαῖς. δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο ἐκδόσεις, ὥσπερ κἀκεῖνος, πεποιηκέναι· ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον. ἐξ ὧν δὲ, ἣν ἀνέγνωμεν, [4] ἐπιγράφει νέας ἐκδόσεως συμβαλεῖν ἐστὶ, καὶ ἑτέραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὐναπίῳ, ἐκδεδόσθαι. σαφὴς δὲ μᾶλλον οὗτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔφημεν, Εὐναπίου· καὶ ταῖς τροπαῖς, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένος.

1. Includenda mihi videntur parenthesi hæc verba [ἐπιγράφει νέας ἐκδόσεως] loci quippe sensum non attigit Leunclavius, sed ex suo alium affinxit. Ita vero censeo interpretandum. *Conjicere tamen ex editione quam nos legimus*, (eam Zosimus titulo donavit novæ editionis) *licet, etiam alterum hunc*, &c.

ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσυνηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βιβλίον Πρῶτον.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fisci,

HISTORIÆ NOVÆ

Liber Primus.

ΠΟΛΥΒΙΩ τῷ Μεγαλοπολίτῃ μνήμῃ παραδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογα τῶν ἔργων προελομένῳ, καλῶς ἔχειν ἐφάνη δι' αὐτῶν ἐπιδεῖξαι τῶν πράξεων, ὅπως οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἑξακοσίοις ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες, μεγάλην ἀρχὴν οὐκ ἐκτήσαντο· μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τούτου μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν, καὶ τὴν ἐν Κάνναις ἧτταν, ἐκπεπτωκότες, αὐτοῖς δὲ τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ἐπικειμένους, εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἤρθησαν τύχης, ὥστε οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ Λιβύην καταστήσασθαι πᾶσαν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑφ' ἑαυτοὺς καταστῆ-

POLYBIUS ille Megalopolitanus, res sui temporis indicatione dignas memoriæ proditurus, recte se facturum existimavit si per ipsas res gestas ostenderet, Romanos post urbem conditam, sexcentis annis bella cum finitimis gerendo, magnum imperium sibi non parasse. Verum ubi parte quadam Italiæ potiti essent, eaque post Hannibalis in illam transitum, & cladem Cannensem excidissent, ac mœnibus ipsis hostes imminentes conspicerent: tantam ad fortunæ magnitudinem evecti sunt, ut vix totis quinquaginta & tribus annis, non Italiam modo, sed universam quoque Africam adquisiverint, & Hispanos in

di-

ditionem acceperint: quumque majora peterent, sinum Ionium transierunt, Græcos superarunt, imperio Macedonas abdicarunt, regem illorum denique vivum in potestatem redactum, Romam abduxerunt. Quarum sane rerum caussam nemo ad vires humanas retulerit, sed potius ad necessitatem fatalem, vel siderorum motuum revolutiones, vel ipsius Dei voluntatem, faventem iis quæ, quum justa caussa subest, pro viribus suscipiuntur. Hæc enim, quum seriem quandam futuris statuant, efficientem ut ita evenire videantur, opinionem recte res existimantibus indunt, divina quadam providentia rerum humanarum administrationem sic descriptam esse, ut fertili quadam animorum veluti segete proveniente vigeant; eorundem invalescente sterilitate, ad illam faciem vergant quæ modo conspicitur.

Erit autem id, quod dico, rebus ipsis declarandum. Post expeditionem Trojanam ad pugnam usque Marathoniam, nihil prædicatione dignum Græci gessisse, vel adversus seipsos, vel alium quemquam videntur. At quum Darius eos, opera præfectorum, infinitis cum copiis invasisset, octies

σαι. ἐπεὶ δὲ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι, τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἑλλήνων τε ἐκράτησαν, καὶ [1] Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς· αὐτόν τε ὃς ἡνίκα δὴ τούτων ἐβασίλευε, ζωγρείᾳ ἑλόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγον. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐκ ἄν τις ἀνθρωπίνην ἰσχὺν αἰτιάσαιτο· μοιρῶν δὲ ἀνάγκην, ἢ ἀστρῴων κινήσεων ἀποκαταστάσεις, ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ' ἡμῖν [2] μετὰ τὸ δίκαιον ἀκόλουθον οὖσαν. ταῦτα γὰρ εἱρμόν τινα αἴτιον τοῖς ἐσομένοις εἰς τὸ τοιῶσδε δοκεῖν συμβαίνειν ἐπιτιθέντα, δόξαν τοῖς ὀρθῶς τὰ πράγματα κρίνουσιν ἐμποιεῖ, τοῦ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν, ὥστε εὐφορίας συνιούσης ψυχῶν εὐθενεῖν, ἀφορίας δὲ ἐπιπολαζούσης, ἐς τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα κατενεχθῆναι.

Χρὴ δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὃ λέγω διασαφῆσαι. Μετὰ τὴν ἐν Τροίᾳ στρατείαν ἄχρι τῆς ἐν [3] Μαραθῶνι μάχης ἐλλόγιμον οὐδὲν οἱ Ἕλληνες φαίνονται πεπραχότες, οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς, οὔτε πρὸς ἕτερον· Δαρείου δὲ αὐτοῖς διὰ τῶν ὑπάρχων πολλαῖς μυριάσιν ἐπιστρατεύσαντος, Ἀθηναίων [4] ὀκτα-

1. Quod sub Perseo contigit de quo triumphavit P. Æmilius.
2. Stephanus leg. censet κατὰ.
3. Cujus belli dux erat Miltiades, adversus Datim Darii præfectum.
4. Decem millia, *inquit Justinus*, nec tamen hoc computo inclusis auxiliaribus Platæensibus mille.

κισχί-

χίλιοι θεία τινὶ ὁρμῇ γενόμενοι κάτοχοι, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι, καὶ ὑπαντήσαντες δρόμῳ, τοσοῦτον ἐκράτησαν, ὥστε ἐννέα μὲν αὐτῶν μυριάδας, τοὺς δὲ λειπομένους ἀποδιῶξαι τῆς χώρας. αὕτη πεποίηκεν ἡ μάχη περιφανέστερα τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα. Ξέρξης δὲ μετὰ τὴν Δαρείου τελευτὴν πολλῷ μείζονι παρασκευασάμενος δυνάμει, καὶ πᾶσαν τοῖς Ἕλλησι τὴν Ἀσίαν ἐπαγαγόντος, πληρώσαντός τε τὴν μὲν θάλατταν νεῶν, πεζῶν δὲ τὴν γῆν, ἐπειδὴ διαβαίνειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἔχρην, ὡς οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν στοιχείων εἰς ὑποδοχὴν τοῦ στρατεύματος, εἰ μὴ καὶ τὰς ἀλλήλων ὑφαρπάσαιεν χρείας, ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος, πάροδον διδοὺς τοῖς πεζῇ διαβαίνουσιν, ὠρύττετο δὲ ὁ Ἄθως, ἅμα τῇ θαλάττῃ καὶ τὰς ναῦς εἰσδεχόμενος. ἐκπεπληγμένη δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἡ Ἑλλὰς, ἐκ τῶν ὄντων ὅμως παρεσκευάζετο. ναυμαχίας τε ἐν Ἀρτεμισίῳ, καὶ πάλιν ἐν [1] Σαλαμῖνι γενομένης, τοσούτῳ λαμπροτέρᾳ τῆς προτέρας ἐχρήσατο νίκῃ, ὥστε Ξέρξην μὲν ἀγαπητῶς περισωθέντα φυγεῖν, τὸ πλεῖστον τῆς δυνάμεως ἀποβαλόντα, τοὺς δὲ περιλελειμμένους ἐν Πλαταιαῖς [2] ἄρδην ἀπολομένους μεγάλην τοῖς Ἕλλησι δόξαν καταλιπεῖν, δι' ἧς καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν

mille Athenienses divino quodam impetu animati, & armis cuique obviis instructi, cursu contenderunt in hostem: tantaque victoria potiti sunt, ut nonaginta millibus interfectis, regione sua reliquos expellerent. Hæc pugna Græcorum res illustriores reddidit. Quum vero post Darii mortem Xerxes multo majoribus copiis instructus, universam Græcis invexisset Asiam, & navibus mare, terram peditibus complesset, quandoquidem ex Asia transeundum erat in Europam, quasi si non ipsa sufficerent ad excipiendum exercitum elementa, nisi suos invicem usus sibi præriperent: Hellespontus jungebatur, ut per eum pedites iter facerent, & Athos perfodiebatur, ut cum mari naves exciperet. Interim territa vel ipsa rei fama Græcia, tamen quantum poterat semet armabat. Quumque prælio navali ad Artemisium, & iterum ad Salaminem pugnatum esset, tanto splendidiore potita est victoria quam prior illa fuerat, ut Xerxes cupide servatus fuga sibi consuleret, maxima Parte copiarum amissa, reliqui funditus ad Plateas interfecti, magnam Græcis gloriam relinquerent:

1. Sub auspiciis Themistoclis.
2. Pausaniæ & Aristidis, fuso Mardonio satrapa regio.

rent: qua & incolentibus Asiam Græcis libertatem restituerunt, & insulis propemodum universis potiti sunt.

Enimvero si perpetuo conjuncti fuissent, ac præsente fortuna contenti, nec Athenienses ac Lacedæmonii discessionem à se invicem fecissent, contendentes inter se, utri Græcorum duces forent: nunquam alios dominos Græcia fuisset experta. Sed quum bellum Peloponnesiacum vires Gæcorum deminuisset, oppidaque redegisset ad egestatem; apertæ sunt fores Philippo regnum, quod nulli vicinorum par viribus, per successionem adeptus erat, artibus quibusdam & astutis consiliis amplificandi. Nam pecuniis suas & sociorum, quotquot se cum eo conjungebant, copias demulcens, eoque modo magnus ex parvo factus, cum Atheniensibus ad Chæroneam manus conseruit. Post hanc victoriam quum in omnes se mansuetum mitemque præbuisset, jam regnum Persicum adgredi cogitabat: & idoneis ad eam rem coactis copiis, in ipso apparatu vitam reliquit.

Alexander, inito regno, statimque rebus in Græcia constitutis, tertio postquam imperare cœpisset anno, sat magno cum exercitu in Asiam transjecit. Quumque satrapas obje-

οἰκοῦντας Ἕλληνας ἠλευθέρωσαν, καὶ σχεδὸν πασῶν τῶν νήσων ἐκράτησαν.

Εἰ μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῶν διετέλεσαν ὄντες, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενοι, καὶ μὴ διέστησαν Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι, περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀλλήλοις φιλονεικοῦντες, οὐκ ἂν ἕτεροί ποτε τῆς Ἑλλάδος ἐγένοντο κύριοι. τοῦ [1] δὲ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὰς δυνάμεις τοῖς Ἕλλησιν ἐλαττώσαντος, περιστήσαντός τε εἰς χρημάτων ἀπορίαν τὰς πόλεις, γέγονε χώρα Φιλίππῳ τὴν βασιλείαν, ἣν διεδέξατο, πρὸς οὐδένα τῶν πλησιοχώρων ἀξιόμαχον οὖσαν, τέχναις τισὶ καὶ περινοίαις αὐξῆσαι. χρήμασι γὰρ τὰς οὔσας αὐτῷ δυνάμεις καὶ τῶν συμμάχων ὅσοι προσεγίνοντο θεραπεύων, οὕτω τε μέγας ἐκ μικροῦ γεγονὼς, τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ πρὸς Ἀθηναίους διηγωνίσατο πόλεμον. πᾶσι δὲ μετὰ τὴν νίκην χειροήθως καὶ ἠπίως προσενεχθεὶς, ἤδη καὶ τῇ Περσῶν ἐπιθέσθαι βασιλείᾳ διενοεῖτο· δύναμίν τε ἀξιόχρεων πρὸς τοῦτο συναγαγὼν, ἐν παρασκευαῖς τὸν βίον ἀπέλιπεν.

Ἀλέξανδρος δὲ παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, καὶ παραχρῆμα τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας διαθεὶς, τρίτῳ τῆς βασιλείας ἔτει μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐστέλλετο. ῥᾳδίως δὲ

1. Quod per annos viginti septem gestum est, Spartanis Græciæ libertatem ab Atheniensibus violatam prætexentibus, Athenienses contra instigante ad bellum Pericle.

τοὺς

τοὺς ἀντιστάντας αὐτοῦ σατράπας νενικηκώς, ἐπ' αὐτὸν προῄει Δαρεῖον, ἀναριθμήτῳ στρατοῦ τοὺς ἐν Ἰσσῷ τόπους κατειληφότα. συμπεσὼν δὲ τοῖς Πέρσαις εἰς χεῖρας, καὶ τὸ πάσης ἐπέκεινα πίστεως τρόπαιον στήσας, Δαρεῖον μὲν ἔτρεψεν εἰς φυγήν, αὐτὸς δὲ τῆς ἐπὶ Φοινίκην καὶ Συρίαν τὴν Παλαιστίνην [1] ὁδοῦ. τὰ μὲν οὖν ἐν Τύρῳ καὶ Γάζῃ πραχθέντα μαθεῖν ἔνεστιν ἐξ ὧν οἱ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου γράψαντες ἱστορήκασιν. αὐτὸς δὲ παρελθὼν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, τῷ τε Ἄμμωνι προσευξάμενος, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἀλεξανδρείας οἰκισμὸν εὖ μάλα διοικισάμενος, ἐπανῄει τὰ λειπόμενα τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου πληρώσων. πάντας δὲ φιλίους εὑρών, ἐπὶ τὴν μέσην διέβη τῶν ποταμῶν· καὶ πυθόμενος Δαρεῖον μείζονι πολλῷ στρατῷ παρεσκευάσθαι, μετὰ τῆς οὔσης αὐτῷ δυνάμεως ὡς εἶχεν ὁρμήσας, καὶ τὴν μάχην εἰς Ἄρβηλαν πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε πάντας μὲν σχεδὸν ἀνῃρεῖν, Δαρείου δὲ σὺν ὀλίγοις φυγόντος, τὴν ἀρχὴν καταλῦσαι Περσῶν.

Ἐπεὶ δὲ Δαρεῖον μὲν Βῆσσος ἀνεῖλεν, Ἀλέξανδρος δὲ μετὰ τὰς ἐν Ἰνδοῖς πράξεις ἐπανελθὼν εἰς Βαβυλῶνα τὸν βίον μετέστη, τότε δὴ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς εἰς σατραπείας

ctos sibi nullo negotio vicisset, ipsummet Darium petebat, qui cum exercitu innumerabili ad Issum sita loca præceperat. Ibi conserta cum Persis manu, & excitato fidem omnem superante tropæo, Darium terga dare coegit: ipse Phœnicen Syriamque Palæstinam versus itinere d recto contendit. Ad Tyrum quidem Gazamque gesta licet ex iis cognoscere quæ rerum ab Alexandro gestarum scriptores memoriæ prodiderunt. Progressus autem in Ægyptum, quum Ammoni supplicasset, & ad condendam Alexandriam necessaria præclare constituisset; reversus est ut reliquias belli Persici conficeret. Quumque reperisset omnes amico in se animo, ad Mesopotamiam transiit, & intellecto Darium multo majori exercitu instructum esse, cum iis quas tum secum habebat copiis profectus, initoque ad Arbelam adversus eum prælio, usqueadeo superior exstitit, ut omnes propemodum ad internecionem deleret, ac Dario fuga cum paucis elapso, Persarum imperium everteret.

Inde ubi Darium necasset Bessus, & Alexander post res apud Indos gestas Babylonem reversus, vitam cum morte commutasset: tum vero in satrapias di-

1. Desideratur verbum aliquod gen. [ὁδοῦ] conjungendum, puta [εἴχετο] secundum Steph. conjecturam.

viſo Macedonum imperio, continuiſque bellis inteſtinis deminuto, fortuna Romanis Europæ reliquias ſubdidit: qui tranſmiſſis in Aſiam copiis, & geſtis adverſus Ponti reges, & Antiochum, & Ægypti tandem principes, bellis, quam quidem diu ſenatus autoritas viguit, ſemper imperio ſingulos in annos aliquid adjiciebant, conſulibus invicem ſe fortibus factis ſuperare contendentibus: at ubi bella civilia Sullæ ac Marii, poſteaque Julii Cæſaris & Pompeii Magni rempublicam eis perdidiſſent: optimatum imperio relicto, dictatorem Octavianum deligebant, & adminiſtratione tota ipſius arbitrio permiſſa, non animadvertebant, aleam ſe de univerſorum hominum ſpebus jeciſſe, uniuſque viri libidini ac poteſtati periculum tanti imperii crediſſe. Nam ſive recte ac juſte cum imperio præeſſe mallet, non ſuffecturus erat ad ſatisfaciendum omnibus ex officio, longiſſimo forte ſpatio remotis, quibus expedite ſuccurrere non poſſet; nec ad inveniendum tot magiſtratus, quos judicio de ſe facto non reſpondere puderet, nec alioquin ad congruendum tot morum diverſitatibus: ſive fines regni violans, ad tyrannidem deflexiſſet, officia magiſtratuum conturbans, delicta negligens, pecunia venale jus habens, ſubditos ſervorum loco ducens (quales ex imperatoribus complu-

διαιρεθείσης, οὕτω τε τοῖς πρὸς ἀλλήλους συνεχέσι πολέμοις ἐλαττωθείσης· ἡ τύχη Ῥωμαίοις τὰ λειπόμενα τῆς Εὐρώπης πεποίηκεν ὑποχείρια. καὶ διαβάντες εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ βασιλεῖς καὶ πρὸς Ἀντίοχον πολεμήσαντες, ὕστερον δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ δυνάστας, ἕως μὲν ὅτε τὰ τῆς ἀριστοκρατίας ἐφυλάττετο, προστιθέντες ἔτους ἑκάστου τῇ ἀρχῇ διετέλουν, τῶν ὑπάτων ὑπερβάλλεσθαι ταῖς ἀρεταῖς ἀλλήλους φιλονεικούντων. τῶν δὲ ἐμφυλίων πολέμων Σύλλα τε καὶ Μαρίου, καὶ μετὰ ταῦτα Ἰουλίου Καίσαρος καὶ Πομπηίου Μάγνου διαφθειράντων αὐτοῖς τὸ πολίτευμα, τῆς ἀριστοκρατίας ἀφέμενοι, μόναρχον Ὀκταβιανὸν εἵλοντο, καὶ τῇ τούτου γνώμῃ τὴν πᾶσαν διοίκησιν ἐπιτρέψαντες, ἔλαθον ἑαυτοὺς κύβον ἀναρρίψαντες ἐπὶ ταῖς πάντων ἀνθρώπων ἐλπίσι, καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ὁρμῇ τε καὶ ἐξουσίᾳ τοσαύτης ἀρχῆς καταπιστεύσαντες κίνδυνον. εἴτε γὰρ ὀρθῶς καὶ δικαίως ἕλοιτο μεταχειρίσασθαι τὴν ἀρχήν, οὐκ ἂν ἀρκέσοι πᾶσι κατὰ τὸ δέον προσενεχθῆναι, τοῖς πορρωτάτω που διακειμένοις ἐπικουρῆσαι μὴ δυνάμενος ἐξ ἑτοίμου· ἀλλ' οὔτε ἄρχοντας τοσούτους εὑρεῖν, οἳ σφῆλαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς οὐκ αἰσχυνθήσονται ψῆφον, οὔτε ἄλλως ἠθῶν τοσούτων ἁρμόσαι διαφοραῖς· εἴτε διαφθείρων τῆς βασιλείας τοὺς ὅρους, εἰς τυραννίδα ἐξενεχθείη, συνταράττων μὲν τὰς ἀρχάς, περιορῶν δὲ τὰ πλημμελήματα, χρημάτων δὲ τὸ δί-

χήμον διαπειθόμενος, οἰκέτας δὲ τοὺς ἀρχομένους ἡγούμενος· (ὁποῖοι τῶν αὐτοκρατόρων οἱ πλείους, μᾶλλον δὲ πάντες σχεδὸν, πλὴν ὀλίγων, γεγόνασι.) τότε δὴ πᾶσα ἀνάγκη κοινὸν εἶναι δυστύχημα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἄλογον ἐξουσίαν. οἵτε γὰρ κόλακες, παρὰ τούτου δωρεῶν καὶ τιμῶν ἀξιούμενοι, τῶν μεγίστων ἀρχῶν ἐπιβαίνουσιν, οἵτε ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονες μὴ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις αἱρούμενοι βίον, εἰκότως σχετλιάζουσιν, οὐ τῶν αὐτῶν ἀπολαύοντες. ὥστε ἐκ τούτου τὰς μὲν πόλεις στάσεων πληροῦσθαι καὶ ταραχῶν, τὰ δὲ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κέρδους ἥττοσιν ἄρχουσιν ἐκδιδόμενα, καὶ τὸν ἐν εἰρήνῃ βίον λυπηρὸν καὶ ὀδυνηρὸν τοῖς χαριεστέροις ποιεῖν, καὶ τὴν στρατιωτῶν τὴν ἐν τοῖς πολέμοις προθυμίαν ἐκλύειν.

Καὶ ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, αὐτὴ σαφῶς ἔδειξε τῶν ἐκβεβηκότων ἡ πεῖρα, καὶ τὰ εὐθὺς συμπεσόντα κατὰ τὴν Οκλαβιανοῦ βασιλείαν. ἥτε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων· καὶ προσέτι γε ἕτερα, πολλῶν αἴτια γεγονότα μέχρι τοῦδε κακῶν. Οκταβιανοῦ δὲ ὅμως δόξαντος μετρίως μεταχειρίζεσθαι τὴν ἀρχὴν, ἐξ οὗ μάλιστα ταῖς Ἀθηνοδώρου τοῦ Στωϊκοῦ συμβουλαῖς ἐπείσθη, Τιβέριος ὁ παρὰ τούτου διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, εἰς [1] ἐσχάτην ὠμότη-

res, vel plerique potius omnes, paucis exceptis, fuere) tum scilicet necessario consequuturum erat, ut bruta potestas ejus qui rerum potiretur, calamitas publica foret. Nam adsentatores à tali muneribus & honoribus adfecti, maximos ad magistratus conscendunt, & modesti atque placidi, qui vitam istorum vitæ consimilem non amant, haud abs re moleste ferunt iisdem se non frui. Quo fit ut oppida seditionibus ac turbis compleantur, & civilia militariaque munera magistratibus lucri avidis concessa, cum togatam vitam hominibus paullo elegantioribus insuavem acerbamque reddant, tum militum in bellis alacritatem labefactent.

Quæ quidem sic esse comparata, ipsamet eventorum experientia perspicue docuit, & ea quæ sub imperio statim Octaviani acciderunt. Nam & pantomimorum saltatio, prius incognita, temporibus iis in usu esse cœpit, Pylade ac Bathyllo primis ejus autoribus: & præterea quædam alia, quæ multis huc usque malis causam præbuerunt. Sed tamen Octaviano imperium moderate gerere viso, præsertim ex quo Athenodori Stoici consiliis paruit, Tiberius, qui ab eo successionem in imperio consequutus fuerat, quum extremam ad crudelitatem deflexisset, ac

1. Leg. vel εἰς ἐσχάτην ὠμότητα, vel ἔσχατον ὠμότητος.

sub-

subditis visus esset intolerabilis, ejectus, & in insula quadam abditus, vivendi finem fecit. Caius autem Caligula cunctis hunc flagitiis superans, interfectus est, Chærea tali facinore rempublicam à tyrannide peracerba vindicante. Post ubi Claudius res suas eunuchis libertinis permisisset, ac fœde vita decessisset; Nero cum aliis, eum sequutis, ad rerum illud fastigium pervenit. De quibus equidem nihil omnino commemorandum arbitratus sum, ne memoria dissolutorum & monstrosorum facinorum, ab eis perpetratorum, exstet. Vespasianus & Titus ejus filius, quum imperium moderatius administrassent; Domitianus crudelitate, luxuria, & avaritia cunctis superior, republica per totos quindecim annos devastata, trucidatus à Stephano liberto, pœnas improbitatis luere visus est.

Ab hoc tempore viri boni principatum adepti, Nerva, Trajanus, & post eum Adrianus, & Antoninus pius, & par illud fratrum, Verus atque Lucius, multa vitiata correxerunt; neque tantum ea quæ superioris memoriæ principes amiserant, recuperarunt: sed etiam

τος ἐκβαπτεὶς, ἀφόρητος τε δόξας εἶναι τοῖς ὑπηκόοις, 1 ἀπεδιώκετο, καὶ ἔν τινι νήσῳ κρυπτόμενος ἐτελεύτησε. Γάϊος δὲ Καλιγοῦλα πᾶσι τοῖς ἀτοπήμασι τοῦτον ὑπερβαλλόμενος ἀνῃρέθη, Χαιρέου διὰ τοῦ τοιούτου τολμήματος ἐλευθερώσαντος πικρᾶς τὸ πολίτευμα τῆς τυραννίδος. Κλαυδίου δὲ τὰ καθ' ἑαυτὸν εὐνούχοις ἀπελευθέροις ἐκδόντος, καὶ μετ' αἰσχύνης ἀπαλλαγέντος, Νέρων τε καὶ οἱ μετ' αὐτὸν εἰς μοναρχίαν παρήεσαν. περὶ ὧν ἔκεινα μηδὲν παντάπασι διελθεῖν, ὡς ἂν μηδὲ ἐπ' ἐκμελέσι καὶ ἀλλοκότοις πράξεσιν αὐτῶν καταλείποιτο μνήμη. Οὐεσπασιανοῦ δὲ καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Τίτου τῇ ἀρχῇ μετριώτερον κεχρημένων, Δομετιανὸς ὠμότητι καὶ ἀσελγείᾳ καὶ πλεονεξίᾳ πάντας ὑπεράρας, καὶ πεντεκαίδεκα τοὺς πάντας ἐνιαυτοὺς τῷ πολιτεύματι λυμηνάμενος, ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Στεφάνου τῶν ἀπελευθέρων ἑνὸς, ἔδοξε δίκας τῆς πονηρίας ἐκτίνειν.

Ἐντεῦθεν ἄνδρες ἀγαθοὶ τὴν ἡγεμονίαν παραλαβόντες, Νερούας τε καὶ Τραϊανὸς, καὶ μετὰ τοῦτον Ἀδριανὸς, ὅ, τε εὐσεβὴς Ἀντωνῖνος, καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν συνωρὶς Βῆρος καὶ Λούκιος, πολλὰ τῶν λελωβημένων ἠξίωσαν διορθώσεως· καὶ οὐ μόνον ἅπερ εἶχον ἀπολωλεκότες οἱ πρὸ αὐτῶν

1. Abit à Suetonio hic loci Zosimus, qui lib. 3. c. 40. de Tiberio hæc. *Capreas se contulit, præcipue delectatus insula* [nullam vides de vi illata factam mentionem] *statimque*, pergit, *revocante assidua obtestatione, populo* &c. quod quidem illos facturos vix credibile est, si per vim antea expulissent.

ἀνεκτή-

ἀνεκτήσαντο, ἀλλὰ καί τινα τῶν οὐκ ὄντων προσέθεσαν. Κομμόδου δὲ τοῦ Μάρκου παιδὸς τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, καὶ οὐ τυραννίδι μόνον ἀλλὰ καὶ πράξεσιν ἑαυτὸν ἀτόποις ἐκδόντος, εἶτα ὑπὸ Μαρκίας τῆς παλλακῆς, φρόνημα ἀνδρεῖον ἀνελομένης, ἀναιρεθέντος, Περτίναξ ἄρχειν ᾑρέθη. τῶν δὲ περὶ τὴν αὐλὴν στρατιωτῶν οὐκ ἐνεγκόντων αὐτοῦ τὴν περὶ τὴν στρατιωτικὴν ἄσκησίν τε καὶ ἐπιστήμην ἀκρίβειαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ καθῆκον αὐτὸν ἀνελόντων, [1] μικροῦ μὲν ἡ Ῥώμη συνεταράχθη, τῶν περὶ τὴν φυλακὴν τῶν βασιλείων τεταγμένων στρατιωτικῶν τὴν τοῦ καταστῆσαι μόναρχον ὑφαρπασάντων ἐξουσίαν, παρελομένων τε βίᾳ τὴν γερουσίαν ταύτης τῆς κρίσεως. ὠνίου δὲ τῆς ἀρχῆς προτεθείσης, Δίδιος Ἰουλιανὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἐπαρθεὶς, ἀνοίᾳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενήρει χρήματα προτείνας ὠνεῖται τὴν βασιλείαν, θέαμα δοὺς ἰδεῖν ἅπασιν, οἷον οὔπω πρότερον ἐθεάσαντο. εἰσήγετο γὰρ εἰς τὰ βασίλεια μήτε γερουσίας ἡγουμένης, μήτε ἄλλης ἐννόμου δορυφορίας, μόνον δὲ τῶν καταστησάντων αὐτὸν εἰς τοῦτο στρατιωτῶν σὺν βίᾳ παραδόντων αὐτῷ τὰ βασίλεια καὶ τὴν ἐν τούτοις παρασκευήν. ἀλλ' οὗτος μὲν ἅμα τε ἀνεῤῥήθη, καὶ παρ' αὐτῶν [2] διαφθαρεὶς τῶν εἰς τοῦτο παραγαγόντων αὐ-

non possessa prius quædam adjecerunt. Commodo autem, Marci filio, regnum consequuto, nec tyrannidi tantum sed & prodigiosis flagitiis dedito, posteaque necato à Marcia concubina, quæ virilem animum sumserat, successor in imperio Pertinax datus est. At quum prætoriani milites hujus in exercitatione disciplinaque militari severitatem non ferrent, hominemque præter officium occidissent: parum abfuit à rerum conturbatione Roma, dum prætorii custodiæ destinati milites unius rerum domini constituendi potestatem ad se raperent, idque judicium senatui per vim extorquerent. Quumque ceu venale proscriptum esset imperium, Didius Julianus uxoris instinctu elatus, stoliditate potius quam sapiente consilio, data pecunia regnum mercatur, ejusmodi spectaculum cunctis exhibens, quale nunquam prius conspexerant. Nam ad prætorium deducebatur, nec senatu præeunte, nec alio legitimo satellitio: sed iis duntaxat militibus, qui eum hoc in honore constituerant, per vim palatium illi cum omni ejus penu tradentibus. Sed hic pariter & adpellatus, & ab iisdem sublatus è medio qui eum huc provexerant, non secus at-

1. Crediderim potius legendum [μικροῦ δεῖν] quod expressit & Interpres.
2. Sylburg. [διεφθάρη] quod consentaneum videtur verbis proxime subsequentibus propter aliud participium [διαγεγονώς.]

que visa somniorum, perpusillo tempore superstes fuit.

Senatu vero ad deliberationem, cui tradendum esset imperium, rursus adhibito, Severus imperator designatus fuit. At quum idem imperium Albinus atque Niger invasissent, orta sunt inter eos bella civilia non exigua, diffidentibus à se invicem civitatibus, quarum illæ ad hujus, ad illius aliæ partes transibant. Quumque non parva perturbatio per orientem & Ægyptum concitata foret, ac Byzantii, qui Nigri causam fovebant, eumque susceperant, extremum periculum adiissent; interfecto Nigro, Severi pars victrix exstitit: & post eum Albino quoque tam imperio, quam vita functo, solum ad Severum principatus rediit. Quapropter ad eorum, quæ dissolute gesta fuerant, emendationem se convertit: & ante omnia de militibus, qui Pertinacem necaverant, & Juliano tradiderant imperium, acerba supplicia sumsit. Deinde re militari naviter constituta, Persas adgressus, uno impetu Ctesiphontem Babylonemque cepit, Arabes ab usu tentoriorum Scenitas dictos percurrit, Arabiam universam in potestatem redegit, aliaque complura fortiter gessit. Et erat erga delinquentes inexorabilis, eorumque bona qui flagitiorum rei peragebantur, publicabat.

τὸν, τῶν ἐν τοῖς ὀνείροις φαντασιῶν οὐδὲν ἀμοιβότερον διαγεγονώς.

Τῆς δὲ γερουσίας εἰς τὸ διασκοπῆσαι τίνι δέοι παραδοῦναι τὴν ἀρχὴν ἀναλαβομένης, Σεβῆρος ἀναδείκνυται βασιλεύς. παρελθόντων δὲ εἰς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν Αλβίνου καὶ Νίγρου, [1] πόλεμοι συνέστησαν αὐτοῖς οὐκ ὀλίγοι πρὸς ἀλλήλους ἐμφύλιοι. Καὶ πόλεις διέστησαν, αἱ μὲν τῷδε, αἱ δὲ τῷδε προσθέμεναι. ταραχῆς δὲ οὐκ ὀλίγης κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ τὴν Αἴγυπτον κινηθείσης, Βυζαντίων τε, ὡς τὰ Νίγρου φρονούντων, καὶ ὑποδεξαμένων αὐτὸν, εἰς ἔσχατον ἐλθόντων κινδύνου· κρατεῖ μὲν ἡ Σεβήρου μερὶς, ἀναιρεθέντος Νίγρου· καὶ μετὰ τοῦτον Αλβίνου μετὰ τῆς ἀρχῆς καὶ τὸν βίον ἀπολιπόντος, εἰς μόνον Σεβῆρον τὰ τῆς ἡγεμονίας περιΐστατο. τρέπεται τοίνυν ἐπὶ τὴν τῶν ἐκμελῶς πεπραγμένων διόρθωσιν, καὶ πρό γε ἁπάντων τοῖς στρατιώταις τοῖς ἀνελοῦσι Περτίνακα, καὶ Ιουλιανῷ παραδοῦσι τὴν βασιλείαν πικρῶς ἐπεξῆλθεν. ἔπειτα διαθεὶς ἐπιμελῶς τὰ στρατόπεδα, Πέρσαις μὲν ἐπελθὼν, ἐφόδῳ μιᾷ Κτησιφῶντα εἷλε καὶ Βαβυλῶνα. διαδραμὼν δὲ τοὺς Σκηνίτας Αραβας, καὶ πᾶσαν Αραβίαν καταστρεψάμενος, ἄλλα τε πολλὰ γενναίως οἰκονομήσας, ἐγένετο μὲν ἐπὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀπαραίτητος, τῶν ἐπὶ τοῖς ἀτόποις εὐθυνομένων δημοσίας ποιῶν τὰς οὐσίας.

1. De quibus bellis & ducis utriusque exitu consulas licet Herodianum in Severo.

Πολ-

Πολλὰς δὲ τῶν πόλεων οἰκοδομήμασι πολυτελέσι κοσμήσας, ἀνέδειξεν Ἀντωνῖνον τὸν παῖδα τὸν ἑαυτοῦ βασιλέα. καὶ ἐπειδὴ τελευτᾶν ἔμελλε, διαδόχους τῆς ἀρχῆς αὐτὸν καὶ Γέταν τὸν ἕτερον υἱὸν καταστήσας, ἐπίτροπον αὐτοῖς Παπινιανὸν καταλέλοιπεν, ἄνδρα δικαιότατον καὶ ἐπὶ νόμων γνώσει τε καὶ εἰσηγήσει πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν Ῥωμαίους νομοθέτας ὑπερβαλλόμενον. τοῦτον ὕπαρχον ὄντα τῆς αὐλῆς δι' ὑποψίας εἶχεν ὁ Ἀντωνῖνος, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ ὅτι δυσμενῶς ἔχοντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γέταν αἰσθανόμενος, ἐπιβουλεῦσαι καθ' ὅσον οἷός τε ἦν διεκώλυε. τοῦτο τοίνυν ἐκ μέσου βουλόμενος ποιῆσαι τὸ κώλυμα, τῷ μὲν Παπινιανῷ τὴν διὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπιβουλεύει σφαγήν· εὐρυχωρείαν δὲ ἔχων ἀναιρεῖ τὸν ἀδελφόν, οὐδὲ τῆς μητρὸς αὐτὸν προσδραμόντα ἐξαρπάσαι δυνηθείσης.

Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀντωνῖνος ἔδωκε τῆς ἀδελφοκτονίας μετ' οὐ πολὺ δίκην, καὶ αὐτοῦ τοῦ παίσαντος τοῦτον ἀγνοηθέντος, τὰ μὲν ἐν Ῥώμῃ στρατόπεδα [1] Μακρῖνον ὕπαρχον ὄντα τῆς αὐλῆς ἀναδείκνυσι βασιλέα, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἕω, Ἐμεσηνόν τι μειράκιον, ὡς γένει τῇ Ἀντωνίνου μητρὶ συναπτόμενον. ἑκάστου δὲ στρατεύματος τῆς οἰκείας ἀναρρήσεως ἀντεχομένου, στάσις ἐμφύλιος ἦν, τῶν μὲν περὶ τὸν

Quumque multas urbes sumtuosis admodum ædificiis ornasset, & Antoninum filium designasset imperatorem, moriturus ipsi Getæque, alteri filio, imperii hæredibus institutis, tutorem Papinianum reliquit, virum justissimum, & qui tam cognitione quam expositione legum omnes ante pariter & post se Romanos jurisconsultos superavit. Hunc præfecti prætorio munere fungentem, suspectum Antoninus habebat, alia nulla de causa quam quod Papinianus animadvertens eum infesto erga Getam fratrem animo esse, quo illi minus insidiaretur, pro viribus impediret. Hoc igitur impedimentum è medio removere volens, Papiniano per milites necem struit: spatiumque nactus fratrem interficit, quum ne quidem mater adcurrentem ad se potuisset eripere.

Postquam & Antoninus fratricidii pœnas interjecto non magno spatio dedit, ne cognito quidem unquam ipsius percussore, Macrinum præfectum prætorio milites, qui ad urbem erant, imperatorem dicunt: qui per orientem, adolescentulum quemdam Emisenum, qui genere matri Antonini conjunctus esset. Utroque exercitu renuntiationem suam tuente, civile discidium

1. Delatum Macrino apud orientem imperium testantur una Dion & Herodianus, vitamque cum imperio ideo amissam, quod dilato Romam versus itinere, in oriente moras traheret.

exstitit, Emiseni quidem Antonini copiis Romam eum deducentibus, Macrini vero militibus extra Italiam profectis. Ubi manus ad Antiochiam Syriæ conseruissent, victus ab omni parte Macrinus, castris fuga desertis, ad interjectum Byzantio & Chalcedoni fretum capitur, & vulneribus confectus extinguitur.

Quum Antoninus victoria potitus, de iis qui Macrini partes sequuti fuerant, velut hostibus, pœnas sumsisset, & ceteroqui turpiter ac flagitiose viveret, magis & circulatoribus deditus: non ferentes Romani effrenem hominis luxum atque libidinem, eo interemto, & cadavere in frusta discerpto, Alexandrum imperatorem designarunt, itidem ex familia Severi prognatum. Hic quum & juvenis adhuc esset, & egregia indole præditus, fecit ut omnes de imperio spes bonas conciperent, præfectis prætorio constitutis Flaviano & Chresto, viris nec rei militaris imperitis, & ad res togatas præclare gerendas idoneis. Verum ubi Mamæa mater imperatoris Ulpianum eis inspectorem præfecit, & quasi consortem officii, quod & jurisconsultus esset præstantissimus, & recte rebus uti

Ἐμεσηνῶν Ἀντωνῖνον, ἀγόντων αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ῥώμην, τῶν δὲ Μακείνου στρατιωτῶν ἐξορμησάντων ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. συμπεσόντων δὲ ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων ἐν τῇ κατὰ Συείαν Ἀντιοχείᾳ, τῷ παντὶ Μακρῖνος ἐλαττωθεὶς, καὶ φυγῇ τὸ στρατόπεδον καταλιπὼν, εἰς τὸν μεταξὺ πορθμὸν Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος ἁλίσκεται, καὶ [1] τὸ σῶμα ξαινόμενος τελευτᾷ.

Τοῦ δὲ Ἀντωνίνου κρατήσαντος, καὶ τοῖς τὰ Μακείνου φρονήσασιν, ὡς δυσμενέσιν, ἐπεξελθόντος, [2] τά τε ἄλλα αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως βεβιωκότος, μάγοις τε καὶ ἀγύρταις ἐσχολακότος· οὐκ ἐνεγκόντες οἱ Ῥωμαῖοι τὴν τῆς ἀσελγείας ὑπερβολὴν, κατασφάξαντες καὶ τὸ σῶμα διασπάσαντες, Ἀλέξανδρον ἀνέδειξαν βασιλέα, καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς Σεβήρου γενεᾶς καταγόμενον. ὅστις νέος ὢν ἔτι, καὶ φύσεως εὖ ἔχων, ἀγαθὰς ἅπασιν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ δέδωκεν ἔχειν ἐλπίδας· ἐπιστήσας ὑπάρχους τῇ αὐλῇ Φλαβιανὸν καὶ Χρῆστον, ἄνδρας τῶν δὲ πολεμικῶν οὐκ ἀπείρους, καὶ τὰ ἐν εἰρήνῃ διαθεῖναι καλῶς ἱκανούς. Μαμαίας δὲ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς ἐπιστησάσης αὐτοῖς Οὐλπιανὸν ἐπιγνώμονα, καὶ ὥσπερ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, ἐπειδὴ καὶ νομοθέτης ἦν ἄριστος, καὶ τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι, τὸ μέλλον εὐστόχως συνιδεῖν

1. *Abscisso capite*, Secundum Herodianum.
2. Hic est ille Heliogabalus quem Romani *Tiberinum*, *Tractitium*, *Impurum*, passim in triviis appellitabant. Videsis Lampridium.

δυνατός

δυνατός· ἐπὶ τούτῳ δυσχεράναντες, ἀναίρεσιν αὐτοῦ μηχανῶνται λαθραίαν οἱ στρατιῶται. αἰσθομένης δὲ τούτου Μαμαίας, καὶ ἅμα τῷ φθάσαι τὴν ἐπίθεσιν τοὺς ταῦτα βουλεύσαντας ἀνελούσης, κύριος τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς Οὐλπιανὸς καθίσταται μόνος. ἐν ὑποψίᾳ δὲ τοῖς στρατοπέδοις γενόμενος, (τὰς δὲ αἰτίας ἀκριβῶς οὐκ ἔχω διεξελθεῖν. διάφορα γὰρ ἱστορήκασι περὶ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως) ἀναιρεῖται, στάσεως κινηθείσης, οὐδὲ τοῦ βασιλέως ἀρκέσαντος αὐτῷ πρὸς βοήθειαν.

Ἐντεῦθεν οἱ στρατιῶται κατὰ βραχὺ τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον εὐνοίας ἀποστατοῦντες, ἀπρόθυμοι περὶ τὰς τούτου προστάξεις ἐφαίνοντο. καὶ δέει τοῦ μὴ παθεῖν τι διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν, εἰς στάσεις ἐχώρουν. συστραφέντες τε παρήγαγον Ἀντωνῖνον εἰς βασιλείαν. ἐπεὶ δὲ τὸν ὄγκον οὐκ ἐνεγκὼν τῆς ἀρχῆς, φυγῇ κατέστησεν ἑαυτὸν ἀφανῆ, καὶ Οὐράνιός τις ἐκ δουλείου γένους ἀναρρηθεὶς, παραχρῆμα μετὰ τῆς ἀλουργίδος Ἀλεξάνδρῳ προσήχθη, τὸ μὲν κατὰ τοῦ βασιλέως ηὔξανετο μῖσος· ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς πανταχόθεν περιεστῶσιν ἀπορούμενος, τῷ τε σώματι καὶ τοῖς κατὰ φύσιν λογισμοῖς ἀλλοιότερος ἦν, ὥστε καὶ φιλαργυρεία: αὐτοῦ νόσον ἐνσκῆψαι, καὶ χρημάτων εἴχεσθαι συλ-

præſentibus, ac futura proſpicere ſolerter poſſet: offenſi milites, mortem homini clandeſtinam moliuntur. Id quum animadvertiſſet Mamæa, ſtatimque conatus illius præcipiendi cauſa, horum conſiliorum auctores è medio ſuſtuliſſet: ſoli Ulpiano præfectorum prætorio munus committitur. Sed quod exercitibus in ſuſpicionem veniſſet, (quibus ſane de cauſſis, equidem accurate dicere non habeo: quando de ipſius voluntate diverſa literis prodita ſunt) ſeditione mota trucidatur, quum ne ipſe quidem imperator opem ei ferre poſſet.

Secundum hæc paullatim milites à priſtina in Alexandrum benevolentia recedentes, ad obeunda ipſius imperia ſegnes ſe præbebant, & veriti ne quid ob ignaviam eis accideret, ſeditiones concitabant: concurſuque facto quemdam Antoninum ad imperium evehebant. Sed quum is molem imperii non ſuſtinens, fuga ſe hominum ex oculis ſubduxiſſet, & Uranius quidam ex ſervili genere deſignatus confeſtim una cum purpura deductus ad Alexandrum fuiſſet, conceptum quidem adverſus imperatorem odium adaugebatur: verum ipſe de circumſtantibus undique periculis hæſitans, tam corpore mutatus erat, quam inditis à natura viribus & conſiliis animi: adeo quidem ut eum avaritiæ morbus

bus invaderet, totusque colligendis pecuniis incumbens, apud matrem eas reconderet.

Rebus ipsius in hunc modum non optime adfectis, qui erant in Pannonia Mysiaque exercitus, alienis jampridem in eum animis, nunc magis ad defectionem proritabantur: ideoque ad studium rerum novarum conversi, Maximinum ad imperium efferunt, id temporis turmæ Pannonicæ ducem. Is, omnibus copiis suis coactis, in Italiam profectus est, arbitratus se facilius imperatorem adhuc imparatum adgressurum. Alexander autem apud sitas ad Rhenum gentes commorabatur, ibique comperto res novas motas esse, Romam continuis itineribus contendebat. Quumqne tam militibus, quam ipsi Maximino veniam polliceretur, si à cœptis desisterent: posteaquam dicto parentes efficere non poterat, spes omnes missas faciens, se ipse quodam modo cædi obtulit. Mamæa vero cum præfectis egressa prætorio, tumultus sedandi causa, cum præfectis & ipsa necatur. Maximino imperium jam constabilitum obtinente, gravis omnes incessit pœnitentia, quod acerbam tyrannidem moderato cum imperio commutassent. Nam obscuro natus loco Ma-

λογῇ, ταῦτά τε παρὰ τῇ [1] μητρὶ θησαυρίζειν.

Ἐχόντων δὲ αὐτῷ τῶν πραγμάτων οὐχ ὑγιῶς, τὰ περὶ Παιονίαν καὶ Μυσίαν στρατεύματα καὶ πρότερον ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διακείμενα, τότε δὴ μᾶλλον πρὸς ἀπόστασιν ἐξηρέθιστο. τραπέντα δὲ εἰς νεωτερισμὸν, ἄγει Μαξιμῖνον εἰς βασιλείαν, τότε τῆς Παιονικῆς ἴλης ἐξηγούμενον. καὶ Μαξιμῖνος μετὰ τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις ἀγείρας, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐξώρμησεν, ἀπαρασκεύῳ τῷ βασιλεῖ ῥᾷον οἰόμενος ἐπιθήσεσθαι. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τοῖς περὶ τὸν Ῥῆνον ἔθνεσι διατρίβων, κἀκεῖσε τὰ νεωτερισθέντα μαθὼν, τῆς ἐπὶ τὴν Ῥώμην εἴχετο πορείας. ἐπαγγελλόμενος δὲ τοῖς στρατιώταις καὶ αὐτῷ Μαξιμίνῳ συγγνώμην, εἰ τοῖς ἐγχειρηθεῖσιν ἐνδοῖεν, ὡς οὐχ οἷός τε γέγονε τούτους παραγαγεῖν, πάσαις ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσιν, ἑαυτὸν ἐπιδέδωκε τρόπον τινὰ τῇ σφαγῇ. Μαμαία δὲ προελθοῦσα μετὰ τῶν ὑπάρχων ἐκ τῆς αὐλῆς, ὡς δὴ τὴν ταραχὴν καταπαύσουσα, αὐτή τε κατασφάττεται, καὶ οἱ ὕπαρχοι σὺν αὐτῇ. τῆς δὲ βασιλείας ἤδη βεβαίως παρὰ Μαξιμίνου κατεχομένης, ἐν μεταμελείᾳ πάντες ἦσαν,

1. Quod avaritiæ crimen in matrem rejicit Herodianus, lib. 6. sub finem. Οἱ δὲ τὴν μητέρα ἐμέμφοντο ὡς φιλάργυρον, καὶ τὰ χρήματα ἀποκλείουσαν, διά τε μικρολογίαν καὶ τὸ πρὸς τὰς ἐπιδόσεις ὀκνηρὸν, Ἀλεξάνδρου μεμισημένου.

ὡς τυραννίδα πικρὰν μετρίας ἀλλαξάμενοι βασιλείας. γένους γὰρ ὢν ἀφανοῦς, ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν, ὅσα φύσει προσῆν αὐτῷ πλεονεκτήματα τῇ τῆς ἐξουσίας [1] ἐξηφάνιζε παῤῥησίᾳ· καὶ πᾶσιν ἀφόρητος ἦν, οὐχ ὑβρίζων εἰς τοὺς ἐν τέλει μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πάσης ὠμότητος τοῖς πράγμασι προσιὼν, μόνους δὲ θεραπεύων τοὺς συκοφάντας, ὅσοι μάλιστα τοὺς ἀπράγμονας κατεμήνυον, ὡς ὀφείλοντάς τι τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις. ἤδη δὲ καὶ εἰς φόνους ἀκρίτους ἐχώρει χρημάτων ἐπιθυμίᾳ, καὶ ὅσα τῶν πόλεων ἦν οἰκεῖα ἐποίει, μετὰ τοῦ καὶ τοὺς οἰκήτορας τῶν οὐσιῶν ἀφαιρεῖσθαι.

Βαρυνομένων δὲ τῶν ὑπὸ Ρωμαίους ἐθνῶν ἐπὶ τῇ λίαν ὠμότητι, καὶ συνταραττομένων ἐπὶ ταῖς περιφανέσι πλεονεξίαις, οἱ τὴν Λιβύην οἰκοῦντες Γορδιανὸν καὶ τὸν ὁμώνυμον τούτῳ παῖδα, βασιλέας ἀναδείξαντες, ἔστειλαν ἐν Ρώμῃ πρέσβεις, ἄλλους τε καὶ Βαλεριανὸν, ὃς τοῦ ὑπατικοῦ τάγματος ὢν, ἐβασίλευσεν ὕστερον. ἡ δὲ σύγκλητος τὸ πραχθὲν ἀσμενίσασα, παρασκευάσατο πρὸς τὴν τοῦ τυράννου καθαίρεσιν, τούς τε στρατιώτας εἰς ἐπανάστασιν ἐρεθίζουσα, καὶ τὸν δῆ-

ximinus, quum primum accepiſſet imperium, quibus à natura prædicus erat virtutibus, eas virtutes fiducia poteſtatis obſcurabat: & omnibus erat intolerabilis, non tantum injuriis adficiens in dignitate conſtitutos, verumetiam cum omni crudelitate res tractans, ſoloſque calumniatores colens, qui homines præſertim quietis cupidos deferebant, velut imperatorii fiſci debitores. Tandem & nullo præcedente judicio, propter pecuniæ cupiditatem ad cædes progrediebatur, omniaque oppida peculiariter ſua reddebat, municipibus bonis ſuis ſpoliatis.

Quare quum ſubjectæ Romanis gentes crudelitatem nimiam graviter moleſteque ferrent, & ob manifeſtas rapacitates conturbarentur: Afri, Gordiano, eique cognomine filio, deſignatis imperatoribus, cum alios Romam legatos miſere, tum Valerianum, virum conſularem, qui deinceps imperio potitus eſt. Senatus, eo quod actum fuerat cupide probato, ad dejiciendum imperio tyrannum ſe comparabat, milites ad rebellionem concitans, & in memoriam populo revo-

1. Sylburg. mavult [ἐξέφαινε] in deteriore ſenſu accipiens vocem [πλεονεκτήματα] pro vitiis ſc. modum excedentibus; cui quidem ſenſui ſuffragantem habet Herodianum, qui adeo in Maximino nulla agnoſcit virtutis veſtigia, ut hoc charactere donatum poſteris tranſmiſerit. Φύσει δὲ ὢν τὸ ἦθος ὥσπερ καὶ τὸ γένος βάρβαρος. τότε φονικὸν, πάτριον ἔχων καὶ ἐπιχώριον, πρόνοιαν ἐποιεῖτο δι' ὠμότητος τὴν ἀρχὴν βεβαιῶσαι.

cans

cans injurias singulis privatim, & publice omnibus illatas. Quum universis eadem viderentur, è senatu xx. viros deligunt, artis imperatoriæ peritos. Ex his summa cum potestate constitutis duobus, Balbino atque Maximo, præceptisque Romam ducentibus itineribus, parati ad resistendum erant.

Maximino autem, post adlatos harum rerum rumores, Romam cum Mauris & Gallicis ordinibus petente, milites quidem Aquileiæ præsidio impositi, quum ei portas occlusissent, obsidione cincti sunt, ipse vero, iis qui partes ipsius tuebantur, vix tandem boni publici causam amplexis, & eorum voluntati adsensis qui Maximinum interemtum volebant, ad extremum periculum redactus, filium militibus supplicem obtulit, veluti propter ætatem ad eos ab ira revocandos ad commiserationem, suffecturum. At illi, quum iracundia majore conciti juvenem miserabiliter interfecissent, & ipsum quoque confestim trucidassent: accedens quidam caput à corpore recisum Romam tulit, idque signum victoriæ manifestum exhibuit. Itaque per hoc omni metu liberati, adventum imperatorum ex Africa præstolabantur.

μένην ἀναμιμνήσκουσα τὴν εἰς ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πάντων ἀδικημάτων. ἐπεὶ δὲ πᾶσι ταυτὰ ἐδόκει, προχειρίζονται τῆς βουλῆς ἄνδρας εἴκοσι, στρατηγίας ἐμπείρους, ἐκ τούτων αὐτοκράτορας ἑλόμενοι δύο, Βαλβῖνον καὶ [1] Μάξιμον καὶ προκαταλαβόντες τὰς ἐπὶ τὴν Ῥώμην φερούσας ὁδοὺς, ἕτοιμοι πρὸς τὴν ἐπανάστασιν ἦσαν.

Τοῦ δὲ Μαξιμίνου, τούτων ἀπαγγελθέντων, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμήσαντος ἅμα τοῖς Μαυρουσίοις καὶ Κελτικοῖς τέλεσιν, οἱ μὲν τὴν Ἀκυληΐαν τεταγμένοι φυλάττειν, ἀποκλείσαντες αὐτῷ τὰς πύλας, ἐς πολιορκίαν καθίσταντο, τῶν δὲ συναιρομένων αὐτῷ, μόλις τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ἑλομένων, συμφρονησάντων τε τοῖς καθελεῖν τὸν Μαξιμῖνον ἐσπουδακόσιν, εἰς ἔσχατον ἐληλακὼς κινδύνου, προσάγει τὸν παῖδα τοῖς στρατιώταις ἱκέτην, ὡς ἀρκέσοντα διὰ τὴν ἡλικίαν εἰς οἶκτον ἐκ τῆς ὀργῆς αὐτοὺς μεταστῆσαι. τῶν δὲ θυμῷ μείζονι τόν τε νέον οἰκτρῶς ἀνελόντων, καὶ αὐτὸν παραχρῆμα κατασφαξάντων, ἐπελθών τις, καὶ τὴν κεφαλὴν χωρίσας τοῦ σώματος, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπήγαγε, σημεῖον ἐμφανὲς τοῦτο τῆς νίκης ποιούμενος. ταύτῃ τοίνυν ἀπαλλαγέντες τῶν δέους, τὴν ἐκ Λιβύης τῶν βασιλέων ἀνέμενον ἄφιξιν.

1. Qui dictus est etiam Pupienus.

πλεῖν

1 Τῶν δὲ βίᾳ χειμῶνος ἐν τῷ πλεῖν ἀπολομένων, 2 Γορδιανῷ θατέρου τούτων ὄντι παιδὶ τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν ἡ γερουσία παρέδωκεν. ἀφ' οὗ τῆς περιλαβούσης κατηφείας ὁ Ῥωμαίων ἀνίετο δῆμος, τοῦ βασιλέως σκηνικοῖς τε καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσι τοὺς πολίτας ἀπαγαγόντος. πάντων δὲ ὥσπερ ἐκ κάρου βαθέος ἀνασφηλάντων, ἐπιβουλὴ κατὰ τοῦ βασιλέως λαθραία συνίσταται, Μαξίμου καὶ Βαλβίνου στρατιώτας αὐτῷ τινας ἐπαναστησάντων. ἧς φωραθείσης αὐτοί τε οἱ τῆς σκευωρίας ἄρξαντες ἀναιροῦνται, καὶ τῶν κοινωνησάντων αὐτοῖς οἱ πολλοί.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Καρχηδόνιοι, τῆς τοῦ βασιλέως εὐνοίας ἀλλοτριωθέντες, 3 Σαβιανὸν εἰς βασιλείαν παράγουσι. Γορδιανοῦ δὲ κινήσαντος τὰς ἐν Λιβύῃ δυνάμεις, ἐπανήκθέντες πρὸς αὐτὸν τῇ γνώμῃ, τόν τε ἐπιθέμενον τῇ τυραννίδι παραδιδόασι, συγγνώμης δὲ τυχόντες, τῶν περιεχόντων αὐτοὺς κινδύνων ἠλευθερώθησαν.

Ἐν τούτῳ δὴ πρὸς γάμον ἄγεται Γορδιανὸς 4 Τιμησικλέους θυγατέρα, τὴν ἐπὶ παιδεύσει διαβοήτου ἀνδρός. ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἀ-

Verum illis inter navigandum vi tempestatis extinctis, Gordiano alterius filio senatus summam rerum tradidit, cujus opera populus Romanus de superioris temporis mœstitia remisit, imperatore per scenicos gymnicosque ludos ab ea cives avocante. Posteaquam omnes velut ex profundo veterno jam recreati essent, adversus imperatorem clandestinæ quædam insidiæ parantur, Maximo & Balbino milites ei quosdam summittentibus: quibus deprehensis, tam ipsi sceleris auctores, quam alii participes non pauci cæduntur.

Non multo post & Karthaginienses à benevolentia principis alienati, Sabianum ad imperium efferunt. Sed quum Gordianus copias Africanas excivisset, animis cum eo reconciliatis, adfectatorem tyrannidis dedunt, & impetrata delictorum venia, periculis imminentibus erepti sunt.

Dum hæc geruntur, Gordianus uxorem ducit Timesiclis filiam, nobilis ex doctrina viri: quem & præfectum prætorio

1. Immane quantum à Zosimo dissentit Herodianus, qui Gordianos asserit prius diem obiisse, quam Aquileiam obsederit Maximinus, patrem sc. Capelliano persequente, laqueo vitam finiisse, filiumque pro Carthaginis mœnibus dimicantem, vulneribus confectum fusumque.

2. Gordiani senioris ex filia nepoti sec. Herodianum: sed cui in animo est hasce scriptorum dividuas recensere, consulat Herod. l. 7. ubi totum pene narrationis filum diversum longe est ab hoc Zosimi compendio.

3. Alii [Σαβινιανὸν.]

4. Alii [Μισιθέου,] sed, ut Sylburgio videtur, *corruptius*.

creavit, eoque facto visus est id, quod administrationi rerum propter ætatem ipsius sane teneram deesset, supplere. Jam confirmato imperio, Persæ adgressuri nationes orientales exspectabantur: quod regnum eorum Sapores accepisset post Artaxerxem, qui Parthis illud ereptum rursus ad Persas transtulerat. Nam post Alexandrum Philippi filium, & alios imperii Macedonum successores, Antiocho superioribus illis satrapiis imperante, Arsaces Parthus, propter illatam fratri Teridati contumeliam, bello adversus Antiochi satrapam suscepto, Parthis auctor fuit ut ejectis Macedonibus regnum sibi vindicarent. Imperator igitur universo cum apparatu contra Persas movebat. Quumque Romanus exercitus primo prœlio superior exstitisse visus esset, Timesicles præfectus prætorio vita functus, non parum imperatoris de securitate regni fiduciam imminuit. Nam Philippo in ejus locum suffecto, paulatim benevolentia militum erga imperatorem extincta est. Ortus enim Philippus ex Arabia, gente nequissima, nec meliori ratione fortunam ad ampliorem progressus, utprimum hunc magistratum accepit, imperii libidine raptus, ad res novas promtissimum quenque militum demulcens incitabat: quumque militares annonas abunde convehi cerneret, imperatore propter Carras & Ni-

Cyzicum versus navigantes. Quumque rebus infectis inde dilapsi fuissent, ac propter Hellespontum navigatione directa, & ad montem Atho delati, naves ibi suas refecissent, Casandriam & Thessalonicam obsidebant, machinisque mœnibus admotis, parum aberat quin eas caperent. Quia vero principem adventare cum copiis inaudierant, mediterraneis locis petitis, omnem propter Doberum & Pelagoniam agrum prædis agendis infestabant: quo in agro tribus hominum millibus amissis, quod in equitatum Dalmatarum incidissent, cum reliquis adversus imperatoris copias dimicarunt. Occepto prœlio, quum ab utraque parte multi cecidissent, Romani quidem in fugam se conjiciebant; verum per itinera nullis hominum trita vestigiis barbaros ex improviso adorti, quinquaginta millia cæciderunt. Quædam Scytharum pars Thessaliam Græciamque circumvecta, passim ea loca populabatur: quæ quum adgredi oppida propterea non posset, quod ea muris alioque necessario præsidio se diligenter communivissent, homines in agris repertos abducebat.

Dum Scythæ dispersi vagarentur in hunc modum, ceu diximus, magnamque suorum partem amitterent, majora

1. Deesse videtur [πολλῶν, συχνῶν,] aut quid consimile.

quædam

quædam adpetens Zenobia, Zabdam in Ægyptum mittit; Timagene quodam Ægyptio Palmyrenis Ægypti dominatum quærente. Coacto exercitu de Palmyrenis, & Syris, & Barbaris, ad septuaginta usque millia, quibus Ægyptiorum millia quinquaginta occurrebant, & acri commisso prœlio, Palmyreni longe hoc bello superiores, quum in Ægypto præsidium quinque millium constituissent, discessere.

Probus, cui datum erat ab imperatore negotium maris à piratis repurgandi, posteaquam teneri à Palmyrenis Ægyptum cognovisset: cum copiis suis, & Ægyptiorum, quotquot alieni à Palmyrenorum partibus erant, hostes adgressus, præsidium ejecit. Sed quum Palmyreni denuo cum exercitu venissent, itidemque Probus Ægyptias Africanasque copias coegisset: victoria quidem Ægyptii potiebantur, & Ægypti finibus Palmyrenos exigebant: verum quod Probus montem Babyloni vicinum occupasset, & hostes ibidem à transitu in Syriam excluderet, Timagenes, uti eorum locorum peritus, cum bis mille Palmyrenis ejus montis vertice conscenso, nihil tale cogitantes Ægyptios adortus occidit: quos inter & Probus deprehensus, ipse sibi manus adtulit.

ἡ Ζηνοβία πραγμάτων, Ζάβδαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκπέμπει, Τιμαγένους ἀνδρὸς Αἰγυπτίου τὴν ἀρχὴν Αἰγύπτου Παλμυρηνοῖς καταπραττομένου. συναχθέντος δὲ τοῦ στρατεύματος ἐκ Παλμυρηνῶν καὶ Σύρων καὶ Βαρβάρων ἐς ἑπτὰ μυριάδας, καὶ Αἰγυπτίων δὲ πέντε μυριάσιν ἀντιπαραταξαμένων, μάχης καρτερᾶς γενομένης ὑπερῆσαν οἱ Παλμυρηνοὶ παρὰ πολὺ τῷ πολέμῳ, καὶ φρουρὰν ἐγκαταστήσαντες πεντακισχιλίων ἀνδρῶν, ἀνεχώρησαν.

[1] Πρόβος δὲ καθῆραι τῶν καταποντιστῶν τὴν θάλατταν ἐκ βασιλέως ταχθεὶς, ἐπειδὴ τὴν Αἴγυπτον ἔγνω παρὰ Παλμυρηνῶν ἐχομένην, ἅμα τῇ σὺν αὐτῷ δυνάμει καὶ Αἰγυπτίων, ὅσοι μὴ τὰ Παλμυρηνῶν φρονοῦντες ἔτυχον, ἐπιθέμενος, τὴν μὲν φρουρὰν ἐξέβαλεν· αὖθις δὲ Παλμυρηνῶν ἐπιστρατευσάντων, συναγαγόντος δὲ καὶ Πρόβου στρατόπεδον Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων, ὑπέρτεροι μὲν ἦσαν Αἰγύπτιοι, καὶ τῶν ὁρίων τῆς Αἰγύπτου Παλμυρηνοὺς ἤλαυνον· Πρόβου δὲ τὸ πρὸς τῇ Βαβυλῶνι καταλαβόντος ὄρος, καὶ ταύτῃ τὴν ἐπὶ Συρίαν τῶν πολεμίων πάροδον ἀποκλείοντος, Τιμαγένης ἅτε δὴ ἴδρις τῶν τόπων, ἅμα δισχιλίοις Παλμυρηνῶν τὴν ἄκραν τοῦ ὄρους καταλαβὼν, ἀδοκήτοις ἐπιστὰς τοῖς Αἰγυπτίοις διέφθειρεν· ἐν οἷς καὶ ὁ Πρόβος ἁλοὺς ἑαυτὸν ἀποσφάττει.

1. *Probatus* sec. Pollionem.

Τῆς

Τῆς Αἰγύπτου τοίνυν ὑπὸ Παλμυρηνοῖς γενομένης, οἱ ἐκ τῆς ἐν Ναϊσσῷ Κλαυδίου καὶ Σκυθῶν μάχης περιλειφθέντες, προβαλλόμενοι τὰς ἁμάξας ὡς ἐπὶ Μακεδονίαν ἐχώρουν, σπάνει δὲ τῶν ἐπιτηδείων λιμῷ πιεζόμενοι διεφθείροντο αὐτοί τε καὶ ὑποζύγια. προσάγουσι δὲ αὐτοῖς ἡ Ῥωμαίων ἵππος ὑπαντιάσασα, πολλοὺς μὲν ἀνῄρουσα, τοὺς λοιποὺς ἐπὶ τὸν Αἷμον ἀπέστρεψε. κυκλωθέντες δὲ τοῖς Ῥωμαίων στρατοπέδοις, οὐκ ὀλίγους ἀπέβαλον. ἐπεὶ δὲ [1] διαστάντων πρὸς ἑαυτοὺς πεζῶν καὶ ἱππέων, ἔδοξε βασιλεῖ τοὺς πεζοὺς τοῖς Βαρβάροις διαμαχέσασθαι, καρτερᾶς γενομένης μάχης ἐτρέποντο Ῥωμαῖοι· καὶ ἀναιρεθέντων οὐκ ὀλίγων, ἡ ἵππος ἐπιφανεῖσα μετρίαν αὐτοῖς τὴν τοῦ πταίσματος πεποίηκεν αἴσθησιν.

Πρόσω δὲ τῶν Σκυθῶν ἐλασάντων, καὶ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπακολουθούντων, οἱ Κρήτην καὶ Ῥόδον περιπλεύσαντες Βάρβαροι, πράξαντες οὐδὲν ἀφηγήσεως ἄξιον, ἀνεχώρησαν. λοιμοῦ δὲ καταλαβόντος ἅπαντας αὐτοὺς, οἱ μὲν κατὰ Θρᾴκην, οἱ δὲ κατὰ Μακεδονίαν ἐφθάρησαν. ὅσοι δὲ διεσώθησαν, ἢ τάγμασι Ῥωμαίων συνηρίθμησαν, ἢ

Ægypto jam Palmyrenorum in poteſtatem redacta, quotquot ex pugna Claudii & Scytharum ad Naiſsum pugnata ſuperſtites erant Barbari, curribus ſeſe munientes Macedoniam contendebant, & ob inopiam commeatus fame preſſi, tam ipſi quam eorum jumenta peribant. Progredientibus equeſtres Romanorum copiæ, quum occurriſſent, & multos interfeciſſent, reliquos ad Hæmum ſe convertere coegerunt. Ibi Romanis exercitibus undique circumdati, non paucos ex ſuis amittebant. Poſteaquam vero, diſſidentibus inter ſe peditibus & equitibus, viſum imperatori fuit ut pedites adverſus Barbaros dimicarent, acri exorto prœlio, Romani terga dabant: quum jam non paucis interemtis, equitatus adventu factum eſt ut modicum ex peditum delicto detrimentum ſentiretur.

Scythis longius digreſſis, & Romanis eos perſequentibus, qui Cretam & Rhodum circumvecti navibus erant Barbari, nulla re memorabili geſta receſſerunt. Quumque peſtilens lues cunctos invaſiſſet, partim in Thracia, partim Macedonia perierunt. Quotquot autem incolumes evaſere, vel in ordines Romanos recepti ſunt, vel terram colen-

1. *Eo tempore quo parta eſt plena victoria, milites Claudii ſecundis rebus elati, ita in prædam verſi ut non cogitarent à pauciſſimis ſe poſſe fatigari, dum occupati animo atque corporibus avertendis prædis inſerviunt: denique in ipſa victoria prope duo millia militum à paucis Barbaris, & iis qui fugerant, interempti ſunt.* Treb. Poll.

dam nacti, totos agriculturæ se dediderunt.

Sed quod in Romanos quoque pestis sævire cepisset, cum alii complures in exercitu mortui sunt, tum etiam Claudius vivendi finem fecit, vir omni genere virtutum ornatus, & qui magnum sui desiderium subditis reliquit.

Quintillus inde Claudii frater dictus est imperator: qui ubi perpaucos menses vixisset, & nihil memoria dignum gessisset, Aurelianus ad regium solium evehitur, quum quidem (veluti scriptores historiarum aliqui tradunt) Quintillo necessarii sui fuissent auctores, simulatque cognitum esset Aureliano delatum imperium, ut mortem sibi consciscеret, ac multo se meliori viro sponte sua de imperio cederet, quod & fecisse perhibetur, à medico quodam vena secta, continuatoque fluxu sanguinis, donec exaruisset.

Aurelianus autem, confirmato imperio, quum Roma movisset, Aquileiam contendit, & inde Pannonicas ad nationes accessit, quas incursionem Scytharum propemodum experturas cognoverat. Quumque misisset ad eos, exploratores qui nuntiarent ut

[1] γῆν λαβόντες εἰς γεωργίαν, ταύτῃ προσεκαρτέρησαν.

Ἁψαμένου δὲ τοῦ λοιμοῦ καὶ Ῥωμαίων, ἀπέθανον μὲν πολλοὶ καὶ τοῦ στρατεύματος, τελευτᾷ δὲ καὶ Κλαύδιος, ἐν πάσαις διαπρέψας ταῖς ἀρεταῖς, καὶ πολλὸν ἑαυτοῦ πόθον τοῖς ὑπηκόοις ἐναποθέμενος.

Κυντίλλου δὲ, ὃς ἀδελφὸς ἦν Κλαυδίου, βασιλέως ἀναῤῥηθέντος, ὀλίγους τε βιώσαντος μῆνας, καὶ μνήμης οὐδὲν ἄξιον πεπραχότος, Αὐρηλιανὸς εἰς τὸν βασίλειον ἀναβιβάζεται θρόνον· Κυντίλλου, κατά τινας τῶν λογοποιῶν, ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων συμβουλευθέντος, ἅμα τῷ γνῶναι τὴν βασιλείαν Αὐρηλιανῷ παραδεδομένην, ἑαυτὸν ὑπεξαγαγεῖν, καὶ [2] ἑκόντα τῆς ἀρχῆς ἀποστῆναι τῷ πολλῷ κρείττονι. ὃ δὴ καὶ πεποιηκέναι λέγεται, τῶν ἰατρῶν τινὸς φλέβα τεμόντος αὐτῷ, καὶ ἐνδόντος ῥεῦσαι τὸ αἷμα, μέχρις αὖος ἐγένετο.

Αὐρηλιανὸς δὲ κρατυνάμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης ἐλάσας, ἐπὶ τὴν Ἀκυληΐαν ἐχώρει. κἀκεῖθεν ἤλαυνεν ἐπὶ τὰ Παιόνων ἔθνη, τούτοις τοὺς Σκύθας μαθὼν ἐπιθέσθαι. πέμψας δὲ σκοποὺς ἀπαγγέλλοντας εἰσαγαγεῖν εἰς τὰς πόλεις σιτία καὶ ζῶα, καὶ πᾶν ὅ, τι οὖν

1. Factus miles barbarus & colonus ex Gotho. idem.

2. Aliter Pollio. Quintillus autem ob brevitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit: nam septima decima die quod se gravem & serium contra milites ostenderet, ac verum principem pollicebatur, eo genere quo Galba, quo Pertinax, interemptus est. *Idem.*

τοὺς ἐναντίοις ἔμελλον ὠφελήσειν, ταύτῃ τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς λιμὸν αὔξειν διενοεῖτο. περαιωθέντων δὲ τῶν Βαρβάρων, καὶ μάχης ἐν τῇ Παιονίᾳ γενομένης ἰσοπαλοῦς, νὺξ ἐπιγενομένη τὴν νίκην ἀμφήριστον ἀμφοτέροις πεποίηκεν. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ τὸν ποταμὸν οἱ Βάρβαροι διαβάντες, ἅμα ἡμέρᾳ περὶ σπονδῶν ἐπεκηρυκεύοντο.

Πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς Ἀλαμανοὶ καὶ τὰ πρόσοικα τούτοις ἔθνη γνώμην ποιοῦνται τὴν Ἰταλίαν ἐπιδραμεῖν, ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ καὶ τοῖς περὶ ταύτην τόποις εἰκότως πλέον πεφροντικὼς, ἱκανὴν τῇ Παιονίᾳ καταλιπὼν ἐπικουρίαν, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐτράπη. καὶ καταστὰς ἐς μάχην ἐν ταῖς περὶ τὸν Ἴστρον ἐσχατιαῖς, πολλὰς τῶν Βαρβάρων ἀπώλεσε μυριάδας. ἐν τούτῳ καὶ τὰ περὶ τὴν Ῥώμην ἐπράχθη, τινῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας [1] ὡς ἐπιβουλῇ κατὰ τοῦ βασιλέως κοινωνησάντων εἰς αἰτίας ἠγμένων, καὶ θανάτῳ ζημιωθέντων. [2] ἐτειχίσθη δὲ τότε ἡ Ῥώμη, πρότερον ἀτείχιστος οὖσα. καὶ λαβὸν τὴν ἀρχὴν ἐξ Αὐρηλιανοῦ, συνεπληρώθη βασιλεύοντος Πρόβου τὸ τεῖχος.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον εἰς ἔννοιαν ἦλθεν νεωτερισμοῦ Ἐπιτίμιός τε καὶ Οὐρβανὸς καὶ Δομετιανός· καὶ

annonas & jumenta, & quicquid aliud hostibus usui futurum esset, in oppida convehe-rent: hac ratione famem, quæ hostes urgebat, adaugere cogitabat. Posteaquam Barbari flumen transjecissent, & in Pannonia prœlio ancipiti dimicatum esset; nox interveniens victoriam utrisque dubiam reddidit. Eadem nocte Barbari, transjecto flumine, simulac illuxisset, de pace legatis missis agebant.

Imperator, intellecto Alamannos cum remotioribus & finitimis sibi nationibus Italiam incursionibus vexare decrevisse, non abs re de Roma viciniisque urbi locis magis sollicitus, satis magno Pannoniæ relicto præsidio, versus Italiam perrexit, & in extremis ad Istrum partibus conserto prœlio, multa Barbarorum millia delevit. Interim & illa Romæ gesta sunt, ubi quidam ex senatu velut insidiarum principi structarum participes, accusati fuerunt, & morte multati. Tunc & Roma muris cincta est, quibus antea carebat, eaque res ab Aureliano cepta, Probo imperante perfecta fuit.

Eodem tempore venerunt in suspicionem rerum novarum Epitimius & Urbanus &

1. Merito inquit [ὡς ἐπιβουλῇ] *interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles senatores, cum his leve quiddam & quod contemni à mitiore principe potuisset, vel unus, vel levis, vel vilis testis objiceret.* Vopiscus.

2. Quod certe dici non potest nisi si muros innuat ampliatos, *adhibito enim consilio senatus,* inquit Vopisc. *muros urbis Romæ dilatavit.*

Domitianus: ſtatimque deprehenſi, pœnas dederunt.

Rebus per Italiam & Pannoniam in hunc modum adminiſtratis, expeditionem contra Palmyrenos imperator ſuſcipere cogitabat, qui jam in poteſtate ſua nationes Ægyptias, & univerſum orientem, uſque ad Ancyram Galatiæ, tenebant: ipſamque porro Bithyniam Chalcedonem uſque ſibi vindicaturi fuerant, niſi gentes illæ, fama traditi Aureliano imperii ad ſe perlata, Palmyrenorum dominatum excuſſiſſent. Itaque principe cum exercitu progreſſo, Ancyra Romanorum in ditionem venit, & Tyana, & urbes deinceps omnes Antiochiam uſque: ubi reperta Zenobia, magnis inſtructa copiis & ipſe paratus ad pugnam, ceu par erat occurrebat. Videns autem Palmyrenos equites armatura gravi eademque tuta fretos, equitandi quoque peritia longe ſuos excellere: pedites trans Orontem fluvium alicubi ſeparatim conſtituit, & Romanis equitibus ex compoſito præcepit ne recta cum recenti & viribus integro Palmyrenorum equitatu manum conſererent, ſed exſpectato illius impetu, fugam ſe capeſſere ſimularent, idque tantiſper facerent, donec & ipſos & e-

παραχρῆμα τιμωρίαν ὑπέσχον ἁλόντες.

Διῳκημένων δὲ ὧδε τῶν περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Παιωνίαν, ὁ βασιλεὺς στρατείαν ἐπὶ Παλμυρίνους ἄγειν διενοεῖτο, κρατοῦντας ἤδη τῶν τε Αἰγυπτιακῶν ἐθνῶν καὶ τῆς ἑῴας ἁπάσης, καὶ μέχρις Αγκύρας τῆς Γαλατίας· ἐθελήσαντας δὲ καὶ Βιθυνίας μέχρι Χαλκηδόνος ἀντιλαβέσθαι, εἰ μὴ βεβασιλευκέναι γνόντες Αὐρηλιανὸν, τὴν Παλμυρινῶν ἀπεσείσαντο προστασίαν. ἐλάσαντος τοίνυν ἅμα στρατῷ τοῦ βασιλέως, Αγκύρα τε προσετίθετο τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ, καὶ [1] Τύανα μετὰ ταύτην, καὶ ἑξῆς ἅπασαι μέχρις Αντιοχείας. ἐν ᾗ Ζηνοβίαν εὑρὼν ἅμα στρατῷ πολλῷ παρεσκευασμένην, εἰκότως ἐς μάχην ἀπήντα καὶ αὐτὸς εὐτρεπής. ὁρῶν δὲ τοὺς Παλμυρηνῶν ἱππέας ὁπλίσει βαρείᾳ καὶ ἀσφαλεῖ τεθαῤῥηκότας, καὶ ἅμα πείρᾳ τῇ περὶ τὴν ἱππασίαν πολὺ τῶν σφετέρων προέχοντας, τοὺς μὲν πεζοὺς πέραν που τοῦ Ορόντου ποταμοῦ διεχώρισε, σύνθημα δὲ τοῖς Ρωμαίων ἱππεῦσι δέδωκε, μὴ ἐκ τοῦ εὐθέος ἀκμῆτι τῇ Παλμυρηνῶν ἵππῳ συνάψαι, δεξαμένους δὲ τὴν αὐτῶν ἔφοδον, ἐς φυγὴν δοκεῖν τρέπεσθαι· καὶ τοῦτο ποιεῖν ἄχρις ἂν ἴδωσιν αὐτούς τε καὶ τοὺς ἵππους ὑπὸ

1. Ubi tunc temporis vixit famoſiſſimus ille, & præſtigiarum potius quam miraculorum famâ celebris, Apollonius Tyanæus, cui ſervatam Tyanam, cum extrema minitaretur Aurelianus, acceptam refert Vopiſcus.

τοῦ καύματος ἅμα καὶ τοῦ τῶν ὅπλων βάρους πρὸς τὴν δίωξιν ἀπειπόντας. οὗ δὴ γινομένου, καὶ τῶν βασιλέως ἱππέων τὸ παράγγελμα φυλαξάντων, ἐπειδὴ τοὺς ἐναντίους ἐθεάσαντο παρειμένους ἤδη, καὶ τοῖς ἵπποις [1] κεκλικόσιν ἀκινήτους τοὺς ἐπικειμένους, ἀναλαβόντες τοὺς ἵππους ἐπῄεσαν, καὶ αὐτομάτους τῶν ἵππων ἐκπίπτοντας συνεπάτουν. φόνος οὖν ἦν συμμιγὴς, τῶν μὲν ξίφεσι, τῶν δὲ ὑπὸ τῶν ἵππων οἰκείων τε καὶ πολεμίων ἀναιρουμένων.

Εἰσελθόντων δὲ τῶν ὅσοι διαφυγεῖν οἷοί τε γεγόνασιν, εἰς τὴν Αντιόχειαν, [2] Ζάβδας ὁ Ζηνοβίας στρατηγὸς ὀῤῥωδῶν μήποτε μαθόντες οἱ τῆς Αντιοχείας οἰκήτορες τὸ περὶ τὴν μάχην πταῖσμα, σφίσιν ἐπιθοῖντο, ἄνδρα μεσαιπόλιον, ἐμφέρειαν τινὰ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἰδέαν δοκοῦντά πως ἔχειν, εὑρὼν, καὶ σχῆμα περιθεὶς οἷον εἰκὸς ἦν Αὐρηλιανὸν ἔχειν μαχόμενον, διὰ μέσης ἄγει τῆς πόλεως, ὡς δὴ τὸν βασιλέα ζωγρίᾳ ἑλών. καὶ τούτῳ τῷ σοφίσματι τοὺς Αντιοχεῖς ἀπατήσας, αὐτός τε ὑπεξέδυ τῆς πόλεως, οὔσης τῆς νυκτὸς, ἅμα τῷ λελειμμένῳ στρατεύματι, καὶ τὴν Ζηνοβίαν ἑαυτῷ συνεξαγαγὼν ἐπὶ τὴν Ἔμισαν ἀνεχώρησεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔχων ἐν νῷ γινομένης ἡμέρας ἀναλαβεῖν τὸ

quos ob æſtum pariter & gravitatem armorum, à perſequendo deſiſtere cernerent. Hoc quum factum eſſet, ac imperatoris equites id obſervaſſent quod imperatum fuerat, ubi primum fatigatos hoſtes, & hactenus incumbentes laſſis equis immobiles conſpexerunt, equis à curſu revocatis, eos adorti ſunt, & ſponte ſua delabentes ex equis obtriverunt. Itaque promiſcua cædes erat, quum alii gladiis, alii partim à ſuis, partim hoſtium equis interimerentur.

Antiochiam vero ingreſſis quotquot evadere fuga potuerant, Zabdas Zenobiæ militum magiſter metuens ne forte Antiocheni cives adverſi prœlii fama percepta ſuos invaderent: repertum hominem ſemicanum, qui vultum ſpeciemque principis quodammodo referre videretur, & tali amictum habitu quali prœliantem Aurelianum uſum fuiſſe vero eſſet ſimile, per urbem mediam ducit, quaſi qui vivum imperatorem cepiſſet. Atque hoc commento deceptis Antiochenis, & ipſe noctu cum exercitu reliquo ex urbe ſe ſubduxit, Zenobiaque ſecum ſumta, Emiſam diſceſſit. Imperator in animo habens, quum primum illuxiſſet, revocatis ad ſe pedeſtribus copiis, utrinque fuſos & fugatos hoſtes adgredi,

1. Steph. κεκμηκόσι.
2. Pollioni [Sabas,] Voſpico [Zabas.]

di, cognita Zenobiæ fuga, ingressus est Antiochiam, civibus eum perlubenter excipientibus. Quumque comperisset complures urbem deseruisse, metu ne quod malum incurrerent, ut qui Zenobiæ partibus adhæsissent: edictis ad quævis loca missis, profugos domum revocabat, potius ad coactionem & necessitatem, quam voluntatem & arbitrium animi, relatis iis quæ accidissent.

Quod conspicati exsules, concursu ad urbem facto, comiter ab imperatore tractati sunt: qui constitutis urbanis rebus, Emisam copias duxit. Quumque partem quandam Palmyrenorum collem occupasse comperisset, imminentem suburbio Daphnes, quem propter acclivitatem loci transitum adversariorum impediturum existimarent, milites hortatus est ut confertis clypeis & densa phalange locum in sublimem succedentes, tela lapidesque, siqui forte conjicerentur, ipsa densitate phalangis repellerent. quos quidem ad id quod imperaverat cupidos & alacres habebat. Ubi, ceu jussi fuerant, acclivem locum subiissent, jamque rebus omnibus pares adversariis essent: mox in fugam illi conjecti sunt, quorum alii per præcipitia lapsi discerpebantur, alii cædebantur ab insequentibus tam his quam reliquis, quotquot itidem in collem istum evaserant. Post partam victoriam secure trans-

πεζὴν δύναμιν, καὶ ἑκατέρωθεν ἐπιθέσθαι στρατεῦσιν ἤδη τοῖς πολεμίοις, ἐπειδὴ τῆς Ζηνοβίας ἔγνω φυγὴν, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν εἰσῄει, δεξαμένων αὐτὸν ἀσμένως τῶν πολιτῶν. εὑρὼν δὲ τοὺς πολλοὺς τὴν πόλιν ἀπολιπόντας δέει τοῦ μὴ κακοῦ τινὸς, ὡς τὰ Ζηνοβίας φρονήσαντας, πειραθῆναι, προγράμματα πανταχοῦ πέμψας τοὺς πεφευγότας ἐκάλει, τῷ ἀκουσίῳ καὶ ἀναγκαστῷ πλέον ἢ προαιρέσει τὰ συμβάντα ἀναθείς.

Συνδραμόντων δὲ ἅμα τῷ θεάσασθαι τὰ προγράμματα τῶν πεφευγότων, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως μεταχόντων φιλοφροσύνης, διαθεὶς τὰ περὶ τὴν πόλιν, ἐπὶ τὴν Ἔμισαν ἤλαυνε. μοῖραν δέ τινα Παλμυρηνῶν λόφον καταλαβοῦσαν ἄκρων ὑπερκείμενον Δάφνης τοῦ προαστείου, τῷ ὑπερδεξίῳ τοῦ τόπου τὴν τῶν ἐναντίων πάροδον εἴργειν οἰομένην, τοῖς στρατιώταις ἐνεκελεύσατο συνασπισαμένοις, καὶ πυκνῇ τῇ φάλαγγι τὴν πρὸς τὸ ὄρθιον ἀνάβασιν ποιουμένοις, τά τε βέλη καὶ τοὺς ὀλοιτρόχους, εἰ καὶ τούτους τυχὸν ἐπαφεῖεν, τῇ πυκνότητι τῆς φάλαγγος ἀποσείσασθαι. καὶ πρὸς τὸ παράγγελμα εἶχε προθύμους. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὸ προσταχθὲν τὴν πρὸς τὸ ἄναντες ἄνοδον ἐποιήσαντο, καταστάντες τοῖς ἐναντίοις ἰσοπαλεῖς, ἔτρεψαν εὐθὺ εἰς φυγήν. καὶ οἱ μὲν, κατὰ τῶν κρημνῶν φερόμενοι διεῤῥήγνυντο, τοὺς δὲ οἱ διώκοντες ἀπέσφαττον, οὗτοί τε καὶ οἱ μεταχόντες τῆς ἐπὶ τὸν λόφον ἀνόδου. μετὰ δὲ τὴν νίκην ἐπ᾽ ἀδείας τὴν διά-

βασιν

βασιν ποιουμένοις, [1] χαίροντας κύριον, κατὰ πάντα τῆς ὁδοιπορείας τοῦ βασιλέως χρωμένου. δέχεται μὲν οὖν αὐτὸν Ἀπάμεια καὶ Λάρισα καὶ Ἀρέθουσα. τὸ δὲ τῶν Παλμυρηνῶν στρατόπεδον ἰδὼν ἐν τῷ πρὸ τῆς Ἐμίσης πεδίῳ συνειλεγμένον εἰς πλῆθος ἑπτὰ μυριάδων, ἔκ τε αὐτῶν Παλμυρηνῶν καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τῆς στρατείας αὐτοῖς εἵλοντο μεταχεῖν, ἀναστρατοπεδεύετο τῇ τε Δαλματῶν ἵππῳ καὶ Μυσοῖς καὶ Παίωσι· καὶ ἔτι γε Νωρικοῖς καὶ Ραίτοις, ἅπερ ἐστὶ Κελτικὰ τάγματα. ἦσαν δὲ πρὸς τούτοις οἱ τοῦ βασιλικοῦ τέλους, ἐκ πάντων ἀριστίνδην συνειλεγμένοι καὶ πάντων διαπρεπέστατοι. συνετέτακτο δὲ καὶ ἡ Μαυρουσία ἵππος αὐτοῖς, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αἵ τε ἀπὸ Τυανῶν δυνάμεις, καὶ ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, καὶ Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Παλαιστίνης, τέλη τινὰ τῶν ἀνδρειοτάτων. οἱ δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης πρὸς τῇ ἄλλῃ ὁπλίσει κορύνας καὶ ῥόπαλα ἐπεφέροντο. συμπεσόντων δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, ἔδοξεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἵππος κατά τι μέρος ἐκκλίνειν, ὡς ἂν μὴ πλήθει τῶν Παλμυρηνῶν ἱππέων πλεονεκτούντων καὶ περιϊππαζομένων πως, τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ἐμπεσὸν εἰς κύκλωσιν λάθῃ. τῶν τοίνυν Παλμυρηνῶν ἱπ-

euntes, læti eodem modo principe hoc iter conficiente: quem Apamea & Lariſſa & Arethuſa excipiebant. Ubi Palmyrenorum exercitum ante Emiſam in campo collectum vidiſſet, cujus eſſet numerus hominum ad ſeptuaginta millia, de Palmyrenis ipſis, & aliis, quotquot hac in expeditione cum eis ſe conjunxerant: caſtra & ipſe metabatur adverſus hoſtes, cum equitatu Dalmatico, & Myſis, & Pannoniis: & præterea Noricis atque Rhætis, quæ legiones Celticæ ſunt. Præter hos erant & prætoriæ cohortis omnium ſelectiſſimi ex fama virtutis, omniumque præſtantiſſimi viri. Cum his & Maurorum equitatus inſtructus erat, & ex Aſia copiæ Tyanenſes, & Meſopotamicæ, & Syriacæ, & Phœniſſæ, & Palæſtinæ, fortiſſimi dubio procul ordines. Et qui venerant è Palæſtina, præter arma cætera, clavas atque fuſtes ſecum adferebant. Exercitibus inter ſe congreſſis, viſus eſt equitatus Romanus ex aliqua parte deflectere, ne multitudine Palmyrenis equitibus noſtros ſuperantibus, & exercitum Romanum circumdantibus, præter ſpem ab eis ille tacite cingeretur. Palmyrenis

1 Hic, ſi uſpiam, agendum eſt conjecturis. Interpolaris Leunclavii lectio ſic ſe habet. ἔχαιρον. καίριον κατὰ πάντα τῇ ὁδοιπορίᾳ τοῦ βασιλέως χρωμένου. Quid ſi, ne loco moveatur τῆς ὁδοιπορίας, ita legatur? τῆς ὁδοιπορίας τοῦ βασιλέως ἐχομένου, locutione Zoſimo admodum familiari, verborum etiam affinitate haud ita refragante.

autem

autem equitibus eos persequentibus qui pedem retro tulerant, & in hunc modum ordines suos deserentibus, contrariam in partem Romanis equitibus, quod facere decreverant, cessit. Nam reapse ab hostibus urgebantur, quibus longe inferiores erant. Quumque plurimi etiam caderent, tandem accidit ut universa pugna peditum virtute niteretur. Etenim quum illi Palmyrenorum aciem ruptam conspexissent ex eo quod equites illorum in hoste persequendo toti essent, conversis ordinibus confusos ac dispersos adoriebantur. Secundum hæc ingens hominum cædes subsequi, illis quidem adversarios consuetis armis petentibus, Palæstinis vero clavis & fustibus ictus inferentibus iis qui ferreis & æreis loricis se muniverant: id quod ex aliqua parte non parvam victoriæ causam præbuit, hostibus ad insolitos clavarum ictus attonitis. Quum autem Palmyreni jam totis viribus fugerent, ac inter fugiendum seipsos obtererent, & ab hostibus interficerentur: tum vero campus omnis hominum equorumque cadaveribus compleri, & alii, quotquot effugere poterant, in urbem sese recipere.

Zenobia non abs re, quod victa fuisset, ingenti mœrore adfecta, quid agendum esset sedulo deliberabat: denique communi judicio visum est omnibus, spem quidem rerum Emisenarum abjiciendam esse,

πέων τοὺς ἐκκλίναντας διωκόντων, καὶ ταύτῃ τὴν τάξιν τὴν οἰκείαν παρελθόντων, εἰς ἐναντίον ἀπέβη τοῖς Ῥωμαίων ἱππεῦσι τὸ βουληθέν. ἐδιώκοντο γὰρ τῷ ὄντι, πολὺ τῶν πολεμίων ἐλαττωθέντες. ὡς δὲ καὶ ἔπιπτον πλεῖστοι, τότε δὴ τῶν πεζῶν τὸ πᾶν ἔργον γενέσθαι συνέβη. τὴν γὰρ τάξιν τοῖς Παλμυρηνοῖς διαρραγεῖσαν ἰδόντες, ἐκ τοῦ τοὺς ἱππέας τῇ διώξει σχολάσαι, συστραφέντες ἀτάκτοις αὐτοῖς καὶ ἐσκεδασμένοις ἐπέθεντο. καὶ φόνος ἦν ἐπὶ τούτῳ πολὺς, τῶν μὲν τοῖς συνήθεσιν ἐπιόντων ὅπλοις, τῶν δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης τὰς κορύνας καὶ τὰ ῥόπαλα τοῖς σιδήρῳ καὶ χαλκῷ τεθωρακισμένοις ἐπιφερόντων. ὅπερ μάλιστα τῆς νίκης ἐν μέρει γέγονεν αἴτιον, τῷ ξένῳ τῆς τῶν ῥοπάλων ἐπιφορᾶς τῶν πολεμίων καταπλαγέντων. φευγόντων δὲ ἤδη τῶν Παλμυρηνῶν προτροπάδην, καὶ ἐν τῷ φεύγειν ἑαυτοῖς τε συμπατούντων, καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρουμένων, τὸ πεδίον ἐπληροῦτο νεκρῶν ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων, ὅσοι διαδρᾶναι δεδύνηνται, τὴν πόλιν καταλαβόντων.

Ἀθυμίας δὲ πολλῆς εἰκότως ἐπὶ τῇ ἥττῃ Ζηνοβίαν ἐχούσης, βουλὴ προὐτέθειτο περὶ τοῦ πρακτέου· καὶ κοινῇ γνώμῃ πᾶσιν ἐδόκει, τοῖς μὲν περὶ τὴν Ἔμισαν πράγμασιν ἀπογνῶναι, διὰ τὸ καὶ τοὺς Ἐμισηνοὺς ἀλλο-

τρίως

τείως πρὸς αὐτὴν ἔχοντας τὰ Ῥωμαίων αἱρεῖσθαι· Πάλμυραν δὲ καταλαβεῖν, καὶ τῷ τῆς πόλεως ὀχυρῷ τὴν ἀσφάλειαν ἐπιτρέψαντας, σχολαίτερον σκοπῆσαι τὰ κατὰ σφᾶς. οὐδὲν ἦν ἔργου καὶ λόγου τὸ μέσον, ἀλλὰ συνέθεον ἐφ᾽ ὅπερ ἐδόκει.

Πυθόμενος δὲ τὴν Ζηνοβίας φυγὴν ὁ Αὐρηλιανὸς, εἰς μὲν τὴν Ἔμισαν εἰσῄει, προθύμως αὐτὸν τῶν πολιτῶν δεχομένων· εὑρὼν δὲ πλοῦτον ὃν οὐχ οἷά τε ἐγεγόνει Ζηνοβία μετακομίσαι, παραχρῆμα σὺν τῷ στρατῷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Πάλμυραν εἴχετο. καὶ ἐπιστὰς τῇ πόλει, κύκλῳ περιλαβὼν τὸ τεῖχος ἐπολιόρκει, τῆς τροφῆς ἐκ τῶν πλησιαζόντων ἐθνῶν τῷ στρατοπέδῳ χορηγουμένης. τῶν δὲ Παλμυρηνῶν ἐπιτωθαζόντων, ὡς ἀδυνάτου τῆς ἁλώσεως οὔσης, ἤδη δὲ τινὸς καὶ εἰς αὐτὸν τὸν βασιλέα λόγους αἰσχροὺς ἀφιέντος, παρεστώς τις τῷ βασιλεῖ Πέρσης ἀνὴρ, εἰ κελεύεις, ἔφη, τὸν ὑβριστὴν τοῦτον ὄψει νεκρόν. ἐγκελευσαμένου δὲ τοῦ βασιλέως, προστησάμενος ἑαυτοῦ τινὰς ὁ Πέρσης τοὺς ἀποκρύπτοντας, ἐντείνας τὸ τόξον, καὶ βέλος ἁρμόσας ἀφίησιν. ὁ δὴ προκεκυφότι τῆς ἐπάλξεως τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἔτι τὰς ὕβρεις ἐπαφιέντι προσπαγὲν, καταβάλλει τοῦ τείχους αὐτὸν, καὶ νεκρὸν τῷ στρατοπέδῳ καὶ τῷ βασιλεῖ δείκνυσιν.

Ἐπεὶ δὲ ἀντεῖχον οἱ πολιορκούμενοι, σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀπα-

propterea quod ipſi Emiſeni alienis in eam animis, Romanorum partes ſequerentur: occupandam vero Palmyram, & oppido munito ſalute ſecuritateque ſua credita, de ſumma rerum in otio majore diſpiciendum. Dictum, factum: concurrebant omnes ad id quod decretum fuerat.

Aurelianus autem, fuga Zenobiæ cognita, Emiſam ingrediebatur, civibus alacriter eum excipientibus. Potitus opibus quas Zenobia ſecum auferre nequiverat, ſtatim cum exercitu Palmyram contendit. Quum eo veniſſet, & oppidum caſtris undique cinxiſſet, in obſidione perſtabat, vicinis gentibus exercitui commeatum ſuppeditantibus. Interim Palmyreni ridiculis principem jocis inſectabantur, quaſi fieri non poſſet ut oppidum caperetur. Quumque fœda verba quidam in ipſum imperatorem quoque jactitaret, adſtans ei quidam natione Perſa, ſi jubes, inquit, hominem maledicum jam mortuum conſpicies. Quum adnuiſſet imperator, Perſa quibuſdam ante ſe conſtitutis, per quos ipſe tegeretur, arcum tendit, & aptatum ei telum emittit: quod defixum in hominem extra muri pinnam conſpectantem, & contumelias iſtas adhuc effutientem, illum de muro dejecit, & militibus ac imperatori mortuum oſtendit.

Quum obſeſſi reſiſterent, qui hoſtes ob inopiam commeatus

obsidionem soluturos speraverant, & proposito suo constanter inhærentes, se quoque conspicerent alimentorum penuria premi, habito consilio statuunt, ad Euphratem profugiendum esse, atque istic à Persis quærendum auxilium, novasque contra Romanos res moliendas. His ita deliberatis, Zenobiam camelo feminæ impositam (sunt autem illæ velocissimæ, & ipsos equos celeritate superant) ex oppido subducunt.

Aurelianus, Zenobiæ fugam permoleste ferens, de industria naturali nihil remittit, sed confestim ablegat equites qui eam persequerentur. Hi quum illam adtigissent jam ipsum Euphratem transjecturam, de navi receptam ad Aurelianum perducunt. Ille, propter inopinatum spectaculum maxima lætitia perfusus, tamen quod ambitioso natura homini ad animum accidisset, futurum ut ob victam feminam non magnam apud posteros gloriam inveniret: quandam animi molestiam sentiebat.

Palmyrenorum vero qui oppido inclusi obsidebantur, partim hi erant animi ut oppidum periculo suo propugnare vellent, omnibusque viribus bellum Romanum sustinere:

ἀπαγορεύσειν τοὺς πολεμίους ἐλπίσαντες, καὶ [1] ἐγκαρτεροῦντες, θεώμενοι καὶ αὐτοὶ τροφῆς ἐνδείᾳ πιεζόμενοι, γνώμην ποιοῦνται ἐπὶ τὸν Εὐφράτην δραμεῖν, κἀκεῖσε παρὰ Περσῶν βοήθειαν εὑρέσθαι, πράγματά τε Ῥωμαίοις νεώτερα μηχανήσασθαι. ταῦτα βουλευσάμενοι, καὶ καμήλῳ τὴν Ζηνοβίαν ἀναβιβάσαντες (αἳ δὴ καμήλων εἰσὶ τάχισται, καὶ ἵππους ὑπεραίρουσαι τάχει) τῆς πόλεως ὑπεξάγουσιν.

Αὐρηλιανὸς δὲ ἀχθόμενος ἐπὶ τῇ τῆς Ζηνοβίας φυγῇ, τῷ κατὰ φύσιν οὐκ ἐνδοὺς δραστηρίῳ, πέμπει παραχρῆμα τοὺς διώξοντας ταύτην ἱππέας. οἱ δὲ, καταλαβόντες ἤδη τὸν Εὐφράτην αὐτὴν μέλλουσαν περαιοῦσθαι, καταγαγόντες τε ἐκ τοῦ πλοίου, πρὸς τὸν Αὐρηλιανὸν ἄγουσιν. ὁ δὲ τῷ μὲν ἀπροσδοκήτῳ τῆς θέας περιχαρὴς ἐγεγόνει· φιλότιμος δὲ ὢν φύσει, λαβὼν κατὰ νοῦν ὡς γυναικὸς κρατήσας οὐκ ἔσται τοῖς ἐσομένοις ἐπίδοξος, [2] ἐδυσχέραινεν.

Τῶν δὲ ἐναποκεκλεισμένων τῇ πόλει Παλμυρηνῶν αἱ γνῶμαι, τῶν μὲν, προκινδυνεύειν τῆς πόλεως ἐθελόντων, καὶ διαπολεμεῖν παντὶ σθένει Ῥωμαίοις· τῶν δὲ, ἱκετηρίας ἀπὸ τοῦ

1. Steph. ἐγκαρτεροῦντας θεώμενοι.

2. Atqui constat ex missis ab Aureliano ad Mucaporem literis hunc triumphum non adeo vilem æstimasse, cum Zenobiam dignissimo ornet elogio, *quod non quasi fœmina pugnaverit, quasi mortem timens.*

τείχους

τείχους προτεινομένων, αἰτούντων τε συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι. δεξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως τὴν ἱκετείαν, καὶ θαρρεῖν παρακελευσαμένου, πρὸ τῆς πόλεως ἐξεχέοντο, δῶρα καὶ ἱερεῖα προσάγοντες. Αὐρηλιανὸς δὲ τὰ μὲν ἱερεῖα τιμήσας, τὰ δὲ δῶρα δεξάμενος, 1 ἀθώους ἠφίει.

Τῆς δὲ πόλεως γενόμενος κύριος, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν πλούτου καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς καὶ ἀναθημάτων κρατήσας, ἐπανελθὼν εἰς τὴν Ἔμισσαν, εἰς κρίσιν ἤγαγε Ζηνοβίαν τε καὶ τοὺς ταύτῃ συναραμένους. ἐπεὶ δὲ αἰτίας ἔλεγεν, ἑαυτὴν 2 ἐξαιροῦσα, πολλοὺς τε ἄλλους ἦγεν εἰς μέσον, ὡς παραγαγόντας οἷα γυναῖκα· 3 ἐν οἷς καὶ Λογγῖνος ἦν, οὗ συγγράμματα ἔστι μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα. ᾧπερ ἐφ' οἷς κατηγορεῖτο ἐλεγχομένῳ, παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς θανάτου ζημίαν ἐπέθηκεν, ἣν οὕτω γενναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος, ὥστε καὶ τοὺς σχετλιάζοντας ἐπὶ τῷ πάθει παραμυθεῖσθαι. καὶ ἄλλων δὲ Ζηνοβίας κατειπούσης κολάσεσιν ὑπαχθέντων.

Ἄξιον τὰ συνενεχθέντα πρὸ τῆς Παλμυρηνῶν καθαιρέσεως ἀφηγήσασθαι, εἰ καὶ τὴν ἱστορίαν ἐν ἐπιδρο-

partim de muro gestus supplices ostendebant, & præteritorum veniam poscebant. Quum imperator hanc supplicationem accepisset, eosque bono animo esse jussisset, extra oppidum effusi, dona cum victimis adducebant. Aurelianus, honore victimis habito, donisque susceptis, illæsos dimittebat.

Oppido suam in potestatem redacto, quum divitiis ejus, & supellectile reliqua & donariis potitus esset, Emisam reversus, Zenobiam cum illis qui eam juverant pro tribunali stitit. Illa, causas exponens, & culpa semet eximens, multos alios in medium producebat, qui eam veluti feminam seduxissent: quorum in numero & Longinus erat, cujus exstant scripta magnam doctrinæ studiosis utilitatem adferentia. Ei convicto de his propter quæ accusabatur, statim pœnam mortis imperator statuit: quam adeo fortiter Longinus pertulit, ut illos etiam qui hanc calamitatem ejus indigno ferebant animo, consolaretur. Itidem alii, quos Zenobia detulerat, suppliciis adficiebantur.

Fuerit autem pretium operæ, quæ ante Palmyrenorum eversionem accidere, narrare: licet hanc historiam velut in

1. Aureliani tamen literæ Ceionio Basso datæ sic auspicantur: *non oportet ulterius progredi militum gladios, jam satis Palmyrenorum casum atque occisum est. &c.*
2. Ἐξαιροῦσα Sylb.
3. Καὶ δὴ καὶ Λογγῖνον, propter πολλούς τε ἄλλους. Steph.

transcursu texere videar, propter institutum operis nostri, quod in proœmio declaravimus. Quum enim Polybius exposuerit quo pacto imperium perexiguo tempore Romani adquisiverint, ego quo pacto temporis non magno spatio suis delictis idem perdiderint, indicaturus sum. Sed hæc, ubi ad eam historiæ partem accessero. Palmyrenis ergo potitis imperii Romani non exigua parte, sicuti recensuimus, multa divinitus denuntiata sunt, quæ postea sequutam eversionem eis portenderent. Et quænam illa fuerint, dicam. Seleuciæ, quod est oppidum Ciliciæ, templum Apollinis erat, quem Sarpedonium vocant, & in eo oraculum. De hoc quidem deo quæ perhibentur, & quod omnibus ab illuvie locustarum vexatis Seleuciadas dare solitus fuerit, (eæ sunt aves quæ in locis propter fanum hoc sitis degunt) & cum petentibus eas dimittere, quæ cum locustis circumvolitantes, & rostris eas capientes, infinitam earum multitudinem statim momento quasi temporis absumebant, & homines ab illarum clade liberabant: hæc igitur ejus temporis hominum felicitati relinquo, quum ætas nostra divinum illud beneficium repu-

μὴ φαίνομαι ποιησάμενος, διὰ τὴν εἰρημένην ἐν προοιμίῳ μοὶ πρόθεσιν. Πολυβίου γὰρ ὅπως ἐκτήσαντο Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διεξελθόντος, ὅπως ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν αὐτὴν διέφθειραν, ἔρχομαι λέξων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἐπειδὰν ἐν ἐκείνῳ γένωμαι τῆς ἱστορίας τῷ μέρει. Παλμυρηνοῖς δὲ μέρους οὐκ ὀλίγου τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἤδη κεκρατηκόσιν, ὡς διεξήλθον, ἐκ τοῦ θείου πολλὰ προεμηνύθη, τὴν συμβᾶσαν αὐτοῖς δηλοῦντα καθαίρεσιν. τίνα δὲ ταῦτα, ἐρῶ. ἐν Σελευκείᾳ τῇ κατὰ Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυτο, καλουμένου Σαρπηδονίου, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον. τὰ μὲν οὖν περὶ τοῦ θεοῦ τούτου λεγόμενα, καὶ ὡς ἅπασι τοῖς ὑπὸ λύμης ἀκρίδων ἐνοχλουμένοις Σελευκιάδας παρεδίδου (ὄρνεα δὲ ταῦτα ἐνδιαιτώμενα τοῖς περὶ τὸ ἱερὸν τόποις) συνεξέπεμπε τοῖς αἰτοῦσιν· αἳ δὲ ταῖς ἀκρίσι συμπεριϊπτάμεναι, καὶ τοῖς στόμασι ταύτας δεχόμεναι, παραχρῆμα πλῆθος τὸ ἄπειρον ἐν ἀκαρεαίῳ διέφθειρον, καὶ τῆς ἐκ τούτων βλάβης τοὺς ἀνθρώπους ἀπήλλαττον· ταῦτα μὲν τῇ τηνικαῦτα τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίᾳ παρίημι, [1] τοῦ καθ' ἡμᾶς γένους ἀποσεισαμένου θείαν εὐεργεσίαν. τοῖς Παλμυρηνοῖς

1. Nihil mitius deinceps à Pagano expectandum, qui cum animum habuerit à Christianâ religione alienissimum, ubi facto est opus, totus futurus est in contumeliis.

δὲ χρωμένοις εἰ καθέξουσι τὴν τῆς ἑῴας ἡγεμονίαν, ἔχρησεν ὁ θεὸς οὕτως,

[1] Ἔξιτε μοῦ μεγάρων ἀπατήμονες ἠλίθιοι ἄνδρες,

Φύτλης ἀθανάτων ἐρικυδέος ἀλγυντῆρες.

Πυνθανομένοις δὲ περὶ τῆς Αὐρηλιανοῦ κατὰ Παλμυρηνῶν στρατείας, ὁ θεὸς ἀνεῖλε,

Κίρκος τρήρωσιν ἱερὸν γόον ἡγηλάζων.

Οἶος πολλῇσιν ταῖς δὲ φρίσσουσι φονῆα.

Καὶ ἕτερον δὲ Παλμυρηνοῖς συνηνέχθη τοιοῦτον. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βίβλου, καθ' ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. τούτου πλησίον λίμνη τίς ἐστιν ἐοικυῖα χειροποιήτῳ δεξαμενῇ. κατὰ μὲν οὖν τὸ ἱερὸν καὶ τοὺς πλησιάζοντας τόπους πῦρ ἐπὶ τοῦ ἀέρος λαμπάδος ἢ σφαίρας φαίνεται δίκην, [2] συνόδων ἐν τῷ τόπῳ χρόνοις τακτοῖς γινομένων. ὃ καὶ μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς ἐφαίνετο χρόνων. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ δῶρα προσέφερον οἱ συνιόντες ἔκ τε χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα. καὶ ὑφάσματα μέντοι λινοῦ τε καὶ βύσσου, καὶ ἄλλης ὕλης τιμιωτέρας. καὶ εἰ μὲν δεκτὰ

diaverit. Cæterum Palmyrenis oraculum consulentibus, an orientis imperium habituri essent, in hæc verba Deus respondit,

Fallaces pravique domo discedite nostra,

Qui nimis usque graves diis immortalibus estis.

Itidem quibusdam consulentibus de Aureliani adversus Palmyrenos expeditione, Deus oraculum hoc edidit,

Falco præit sacro luctu compluribus unus,

Quæ tamen haud cessant hostem exhorrere, columbis.

Præterea quid aliud tale Palmyrenis accidit. Aphaca locus est inter Heliopolim & Biblum, ubi fanum est Veneris Aphacitidis. Propter fanum istud lacus quidam est, cisternæ manu factæ similis. Juxta fanum & vicina loca ignis instar lampadis aut globi conspicitur, quoties statutis temporibus ibi conventus habentur: qui quidem ad nostram ætatem usque conspectus fuit. Ad lacum dona, quotquot ibi conveniebant, in honorem deæ ferebant, ex auro & argento facta, itemque telas lineas, & byssinas, alteriusque materiæ preciosioris. Ac si quidem illa viderentur accepta,

1. Atqui credideram Pana magnum dudum obmutuisse.

2. Consultissima ignis coruscatio, quæ ratas sibi leges habet, certa apparendi tempora! sagax illa aquarum solertia non sine delectu dona admittentium! (*levioribus nimirum semper repudiatis.*) Petita hæc ab utroque elemento miracula à Zosimo tam pertinaciter propugnata nobis abunde indicant quali erga nos animo futurus sit, qui confictis pro Gentilismo mendaciis tantum tribuit. Ubi necesse habeo lectorem præfari me non authorem, alias satis elegantem & qui omnium manibus teratur, dignissimum insectari, sed vitæ institutum Christiano nomini infensissimum.

pari

pari cum aliis pondere panni quoque ſubſidebant: ſin eſſent ingrata & reiicula, tum ipſas telas aquæ videre erat innatantes, tum ſiquid erat ex auro & argento, & aliis materiis, quarum eſt ea natura ut ſupra aquam ſe non attollant, ſed demergantur. Palmyreni ergo, quum tempore celebritatis, anno ante ſuum interitum proximo conveniſſent, & in honorem deæ dona partim aurea, partim argentea, partim textilia conjeciſſent in lacum, eaque omnia demergerentur in profundum: anno proximo, celebritatis ejuſdem tempore, viſa ſunt in ſuperficiem evecta. qua re dea quid futurum eſſet ſignificabat.

Ac numinis quidem erga Romanos benevolentia, quamdiu ſacræ cæremoniæ ſervarentur, hujuſmodi fuit. Verum poſteaquam ad ea tempora pervenero, quibus temporibus Romanum imperium paullatim ad barbariam quandam redactum, exiguam ad magnitudinem, eamque plane labefactatam, decrevit: tum vero etiam cauſſas ejus infelicitatis exponam, & oracula pro viribus adjiciam, quibus oraculis ea quæ contigere ſunt indicata.

Interim tempus eſt ut eo revertar unde digreſſus ſum, ne ſeriem hiſtoriæ imperfe-

ἐφάνη, παραπλησίοις τοῖς βάρεσι καὶ τὰ ὑφάσματα κατεδύετο· εἰ δὲ ἀδεκτα καὶ ἀπόβλητα, αὐτά τε ἦν ἰδεῖν ἐπιπλέοντα τῷ ὕδατι τὰ ὑφάσματα, καὶ εἴ τι περ ἦν ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἄλλαις ὕλαις, αἷς φύσις οὐκ αἰωρεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ καταδύεσθαι. τῶν Παλμυρηνῶν τοίνυν ἐν τῷ πρὸ τῆς καθαιρέσεως ἔτει συνελθόντων ἐν τῷ τῆς ἑορτῆς καιρῷ, καὶ εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ δῶρα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ ὑφασμάτων κατὰ τῆς λίμνης ἀφέντων, πάντων τε τοῦ βάθους καταδυόντων, κατὰ τὸ [1] ἐχόμενον ἔτος ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς ὤφθη τε αἰωρούμενα πάντα, τῆς θεοῦ διὰ τούτου τὰ ἐσόμενα δηλωσάσης.

Ἡ μὲν οὖν εἰς Ῥωμαίους εὐμένεια τοῦ θείου, τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας φυλαττομένης, τοιαύτη. ἐπειδὰν δὲ εἰς ἐκείνους ἀφίκωμαι τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ κατὰ βραχὺ [2] βαρβαρωθεῖσα εἰς ὀλίγον τι, καὶ αὐτὸ διαφθαρέν, περιέστη· τηνικαῦτα καὶ τὰς αἰτίας παραστήσω τοῦ δυστυχήματος, καὶ τοὺς χρησμοὺς ὡς ἂν οἷός τε ὦ παραθήσομαι, τοὺς τὰ συνενεχθέντα μηνύσαντας.

Ἐπανελθεῖν δὲ τέως καιρὸς ὅθεν ἐξέβην, ἵνα μὴ τὴν τάξιν τῆς ἱστορίας ἀτελῆ δόξω καταλιμπάνειν.

1. Eodem ſenſu utitur Laertius adv. ἐχομένως, Pro *deinceps*.

2. En æruginem meram, & in authorem, qui illam evomuit, optimo jure retorquendam!

Αὐρηλιανοῦ τοίνυν ἐπὶ τὴν Ερώπην ἐλαύνοντος, καὶ συνεπάγοντος οἱ Ζηνοβίαν τε καὶ τὸν παῖδα τὸν ταύτης, καὶ πάντας ὅσοι τῆς ἐπαναστάσεως αὐτοῖς ἐκοινώνησαν, αὐτὴν μὲν Ζηνοβίαν φασὶν ἢ νόσῳ ληφθεῖσαν, ἢ τροφῆς 1 ἀναλαβεῖν οὐκ ἀνασχομένην, ἀποθανεῖν. τοὺς δὲ ἄλλους πλὴν τοῦ Ζηνοβίας παιδὸς ἐν μέσῳ τοῦ μεταξὺ Χαλκηδόνος καὶ Βυζαντίου πορθμοῦ καταποντωθῆναι.

Ἐχομένου δὲ Αὐρηλιανοῦ τῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ὁδοῦ, κατέλαβεν ἀγγελία τοιαύτη, ὡς τῶν ἐν Παλμύρᾳ καταλειφθέντων τινὲς Ἀψαῖον παραλαβόντες, ὃς καὶ τῶν προλαβόντων αὐτοῖς γέγονεν αἴτιος, ἀποπειρῶνται Μαρκελλίνου τοῦ καθεσταμένου τῆς μέσης τῶν ποταμῶν παρὰ βασιλέως ὑπάρχου, καὶ τὴν τῆς ἑώας ἐγκεχειρισμένου διοίκησιν, εἴπως ἀνέχεται σχῆμα βασίλειον ἑαυτῷ περιθεῖναι. τοῦ δὲ εἰς τὸ διασκέψασθαι τὸ πρακτέον ἀναβαλλομένου, τὰ παραπλήσια καὶ αὖθις καὶ πολλάκις ἠνώχλουν. ὁ δὲ ἀποκρίσεσι χρώμενος ἀμφιβόλοις, αὐτὸς μὲν Αὐρηλιανῷ τὸ σκεφθὲν κατεμήνυσε· Παλμυρηνοὶ δὲ Ἀντιόχῳ περιθέντες ἁλουργὲς ἱμάτιον, κατὰ τὴν Παλμύραν εἶχον.

Αὐρηλιανὸς δὲ ταῦτα ἀκηκοώς, αὐτόθεν ὡς εἶχεν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐστέλλετο. καταλαβὼν δὲ τὴν Ἀντιόχει-

ctam relinquere videar. Igitur Aureliano versus Europam movente, Zenobiamque cum filio, & cæteris omnibus qui rebellionis participes fuerant, secum ducente: Zenobiam quidem ipsam aiunt, vel morbo correptam, vel à cibis abstinentem, decessisse: reliquos autem, excepto Zenobiæ filio, in medio interjecti Chalcedoni Byzantioque freti submersos.

Eodem Aureliano iter Europæum persequente, nuncius adlatus est hujusmodi, quosdam scilicet relictos apud Palmyram, nactos Apsæum, qui & præteritorum auctor eis exstiterat, tentare Marcellinum, Mesopotamiæ ab imperatore præfectum, cui & orientis administratio credita fuerat, ut imperatoria veste se circumdari pateretur. Illo, deliberandi causa quid esset agendum, rem protrahente, consimili modo rursus ac sæpius quidem ei molesti erant. Verum ipse responsis ambiguis utens, quid facere constituisset, Aureliano significabat. Palmyreni autem, quum Antiocho vestem purpuream injecissent, apud Palmyram se continebant.

His auditis, mox Aurelianus, ut instructus erat, orientem versus proficiscitur. Quum Antiochiam venisset, ac popu-

1. Μεταλαβεῖν Steph. Huic, inquit Pollio, ab Aureliano vivere concessum est, ferturque vixisse cum liberis matronæ jam more Romanæ, data sibi possessione in Tiburti quæ hodieque Zenobia dicitur..

lo peragendis ludis equeſtribus intento ſemet exhiberet, omnibus ob inopinatum ejus adventum peterritis, Palmyram copias duxit. Quumque ſine prœlio cepiſſet oppidum, & evertiſſet, Antiochum propter humilitatem ne ſupplicio quidem dignum arbitratus, dimiſit. Alexandrinis etiam, qui ſeditiones excitaverant, & ad defectionem ſpectaverant, celeriter in ordinem redactis, cum triumpho Romam ingreſſus, maximo populi ſenatuſque concurſu exceptus eſt. Tunc & templum Solis magnifice conſtructum, donariis quæ Palmyra ſecum advexerat, collocatis in eodem Solis & Beli ſimulacris, ornavit. His rebus geſtis, Tetricum & alios perduelles nullo labore victos pro dignitate punivit. Itidem novam monetam publice diſtribuit, quum plebem, quicquid haberet adulterinæ monetæ, tradere juſſiſſet: commerciis hoc modo ab omni confuſione vindicatis. Præter hæc & panum honorario munere populum Romanum donavit: omnibuſque rebus conſtitutis, Roma diſceſſit.

Quum apud Perinthum hæreret, quæ mutato nomine jam Heraclea dicitur, hujuſmodi adverſus eum ſtructæ ſunt in-

αν, καὶ ἵππων ἁμίλλης ἐπιτελουμένης τῷ δήμῳ φανεὶς, καὶ τῷ ἀδοκήτῳ πάντας ἐκπλήξας, ἐπὶ τὴν Παλμύραν ἤλαυνεν. ἀμαχητὶ δὲ τὴν πόλιν ἑλὼν, καὶ καταςκάψας, οὐδὲ τιμωρίας ἄξιον Ἀντίοχον διὰ τὴν εὐτέλειαν εἶναι νομίσας, ἀφίησι. συντάχει δὲ καὶ Ἀλεξανδρέας στασιάσαντας καὶ πρὸς ἀπόστασιν ἰδόντας παραστησάμενος, θρίαμβον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσαγαγὼν, μεγίστης ἀποδοχῆς ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς γερουσίας ἐτύγχανεν. ἐν τούτῳ καὶ τὸ τοῦ Ἡλίου δειμάμενος ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς τοῖς ἀπὸ Παλμύρας ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν, Ἡλίου τε καὶ Βήλου καθιδρύσας ἀγάλματα. τούτων οὕτω διῳκημένων, Τέτρικον καὶ ἄλλους ἐπαναστάντας οὐ σὺν πόνῳ καθελὼν, [1] κατὰ τὴν ἀξίαν μετῆλθεν. ἤδη δὲ καὶ ἀργύριον νέον δημοσίᾳ διέδωκε, τὸ κίβδηλον ἀποδόσθαι τοὺς ἀπὸ τοῦ δήμου παρασκευάσας, τούτῳ τε τὰ συμβόλαια συγχύσεως ἀπαλλάξας. ἐπὶ τούτοις καὶ [2] ἄρτων δωρεᾷ τὸν Ῥωμαίων ἐτίμησε δῆμον. διαθέμενος δὲ ἅπαντα, τῆς Ῥώμης ἐξώρμησε.

Διατρίβοντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλεια μετωνόμασται, συνίσταταί τις ἐπιβουλὴ

1. Sed Tetricum, referente Pollione, non ſolum paſſus eſt vivere, quin & totius Italiæ correctorem fecit.

2. *Panibus urbis Romæ unciam auxit de Ægyptio Vectigali*; de quo facto non parum gloriatur in epiſtolâ ad Præfectum annonæ miſſâ. Videſis Vopiſcum.

τοιάδε.

τοιάδε. ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις [1] Ἔρως ὄνομα, τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτὴς τεταγμένος. τούτῳ πταῖσμά τινος ἕνεκεν ὁ βασιλεὺς ἀπειλήσας, ἐς φόβον καθέστησε. καὶ δεδιὼς μὴ ταῖς ἀπειλαῖς ἔργον ἐπιτεθείη, τῶν δορυφόρων τισὶν, οὓς μάλιστα τολμηροτάτους ᾔδει, κοινολογεῖται· καὶ γράμματα δείξας ἅπερ ἦν εἰς τύπον τῶν βασιλέως γραμμάτων αὐτὸς μιμησάμενος, (ἐκ πολλοῦ γάρ οἱ τὰ τῆς μιμήσεως ἐκμεμελέτητο) πείθει θάνατον ὑφορωμένους, (τοῦτο γὰρ ἦν ἐκ τῶν γραμμάτων τεκμήρασθαι) πρὸς τὴν κατὰ τοῦ βασιλέως ὁρμῆσαι σφαγήν. ἐπιτηρήσαντες οὖν αὐτὸν ἐξιόντα τῆς πόλεως δίχα τῆς ἀρκούσης φυλακῆς, ἐπελαύνουσι· καὶ πάντες ἐπαγαγόντες τὰ ξίφη, διώλεσαν. αὐτὸς μὲν οὖν ἐτάφη μεγαλοπρεπῶς αὐτόθι παρὰ τοῦ στρατοπέδου, τῶν ἔργων ἕνεκα καὶ τῶν κινδύνων, οὓς ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀπεδείξατο πραγμάτων.

Τακίτου δὲ τὴν Ῥώμης ἀναδεξαμένου βασίλειαν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, Σκύθαι διὰ τῆς Μαιώτιδος λίμνης περαιωθέντες, διὰ τοῦ Πόντου τὰ μέχρι Κιλικίας ἐπέδραμον. οἷς ἐπεξελθὼν Τάκιτος, τοὺς μὲν αὐτὸς καταπολεμήσας ἐξεῖλε, τοὺς δὲ Φλωριανῷ παραβεβλημένῳ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ παραδοὺς, ἐπὶ τὴν

sidiæ. Erat quidam in aula cui nomen esset Eros, ab imperatore ad efferenda foras responsa sua destinatus. Huic delicti cujusdam causa minatus imperator, metum injecit: quo perculsus, ne forte minas hasce res ipsa comitaretur, cum satellitibus quibusdam, quos audacissimos cognoverat, re communicata, monstratisque literis quas ad formam literarum imperatoris effinxerat, (quippe jamdudum ad hanc imitationem se studiose condocefecerat) mortem imminere sibi suspicantibus (id enim de literis colligi certis argumentis poterat) persuadet ut imperatori cædem intentarent. Itaque quum principem observassent egressum ex urbe sine satis magna custodia corporis, in eum irruunt, & omnes strictis gladiis hominem interficiunt. Sepultus est ibidem ab exercitu magnifice, rerum gestarum periculorumque causa, quæ pro republica exantlaverat.

Tacito autem Romanum imperium consequuto, Scythæ transjecta palude Mæotide, per Pontum in Ciliciam usque incursionibus omnia vexarunt, quos adgressus Tacitus, partim debellatos ad internecionem delevit, partim Floriano præfecto prætorio debellandos tradidit, & in Europam ipse con-

1. Vopisco audit Mnestheus, qui Aurelianum tradit Muscaporis manu interfectum; in cæteris cum Zosimo convenit.

tendit: ubi lapſus in inſidias, ex hujuſmodi cauſa necatur. Maximino propinquo ſuo imperium Syriæ conceſſerat: is principes in republica viros aſperrime tractans, invidiam pariter & metum in eis excitavit: quæ quum odium peperiſſent, tandem ad inſidias ventum eſt, quarum in ſocietatem admiſſis illis qui Aurelianum necaverant: Maximinum adgreſſi trucidant, & perſequuti moventem caſtra Tacitum interficiunt.

Hinc ad perturbationem civilem res redierunt, aliis in orientem Probum imperatorem deligentibus, aliis Romæ Florianum. Ac Probus quidem obtinebat Syriam, & Phœnicen, & Palæſtinam, & Ægyptum univſeram: ſitas vero à Cilicia regiones ad Italiam uſque, Florianus. Eidem & tranſalpinæ nationes parebant, Galli & Hiſpani, cum inſula Britannica: prætereaque omnis Africa cum Mauritanis gentibus.

Ambobus ad bellum inſtructis, Tarſum Florianus veniens, ibidem caſtra locanda ſtatuit, victoria contra Scythas in Boſporo ſemiperfecta relicta, qua re factum eſt ut jam circumſeſſis ad ſua redeundi copiam concederet. Cæterum Probo bellum terente, veluti

Εὐρώπην ἐξώρμησεν. ἔνθα δὴ καὶ εἰς ἐπιβουλὴν ἐμπεσὼν, ἐξ αἰτίας ἀναιρεῖται τοιᾶσδε. Μαξιμίνῳ γένει προσήκοντι τῆς Συρίας ἀρχὴν παραδέδωκεν· οὗτος τοῖς ἐν τέλει τραχύτατα προσφερόμενος, εἰς φθόνον ἅμα καὶ φόβον κατέστησε. τεκόντων δὲ τούτων μῖσος, τὸ λειπόμενον εἰς ἐπιβουλὴν ἐτελεύτησεν. ἧς κοινωνοὺς ποιησάμενοι τοὺς Αὐρηλιανὸν ἀνελόντας, αὐτῷ μὲν ἐπιθέμενοι Μαξιμίνῳ κατέσφαξαν· διώξαντες δὲ ἀναζευγνύντα Τάκιτον, [1] ἀναιροῦσιν.

Ἐντεῦθεν εἰς ἐμφύλιον κατέστη τὰ πράγματα ταραχήν. τῶν μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν, βασιλέα Πρόβον ἑλομένων· τῶν δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην, Φλωριανόν. καὶ Πρόβος μὲν εἶχε Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν· τὰ δὲ ἀπὸ Κιλικίας μέχρις Ἰταλίας, Φλωριανός. ὑπήκουον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη, Γαλάται καὶ Ἴβηρες, ἅμα τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ· καὶ προσέτι γε ἅπασα Λιβύη, καὶ τὰ Μαυρούσια φῦλα.

Παρασκευασμένων δὲ εἰς πόλεμον ἀμφοτέρων, εἰς τὴν Ταρσὸν ὁ Φλωριανὸς ἀφικόμενος, [2] αὐτῇ στρατοπεδεύειν ἔγνωκε, τὴν κατὰ τῶν ἐν τῷ Βοσπόρῳ Σκυθῶν νίκην ἡμιτελῆ καταλελοιπώς· ταύτῃ τοι καὶ τοῖς ἐγκεκλεισμένοις ἐνδοὺς τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν. τρίβοντος δὲ Πρόβου τὸν πό-

1. *Interemptus eſt inſidiis militaribus ut alii dicunt, ſexto menſe ut alii, morte interiit.* Vopiſcus.

2. Ἐν αὐτῇ. Steph.

λεμον, οἷα καὶ ἐξ ἐλάττονος πολλῷ δυνάμεως αὐτὸν ἀναδεξαμένου, κατὰ τὴν Ταρσὸν ἐν τῷ θέρει γινομένου καύματος, ἀηθήσαντες οἱ Φλωριανῷ συντεταγμένοι, διὰ τὸ ἐκ τῆς Εὐρώπης τὸ πλέον τοῦ στρατεύματος εἶναι, νόσῳ δεινῇ περιπίπτουσιν. ὅπερ μαθὼν ὁ Πρόβος, εἰς καιρὸν ἐπιθέσθαι διέγνω. τῶν δὲ Φλωριανοῦ στρατιωτῶν καὶ παρὰ δύναμιν ἐπεξελθόντων, ἐγένοντο μὲν ἀκροβολισμοὶ πρὸ τῆς πόλεως· ἔργου δὲ οὐδενὸς ἀφηγήσεως ἀξίου πραχθέντος, ἀλλ' ἀποστάντων ἀλλήλων τῶν στρατοπέδων, ἐλθόντες μετὰ ταῦτα τινὲς τῶν ἅμα Πρόβῳ στρατευομένων, παραλύουσι Φλωριανὸν τῆς ἀρχῆς. οὗ γενομένου, χρόνον μὲν ἐφυλάχθη τινά· τῶν δὲ περὶ αὐτὸν οὐ κατὰ τὴν Πρόβου προαίρεσιν τοῦτο γεγενῆσθαι λεγόντων, ἀναλαβεῖν τὴν ἁλουργίδα Φλωριανὸς αὖθις ἠνέσχετο. μέχρις ἐπανελθόντες οἱ τὰ Πρόβῳ σὺν ἀληθείᾳ περὶ τούτου δοκοῦντα μηνύοντες, ἀναιρεθῆναι παρὰ τῶν οἰκείων [1] Φλωριανὸν πεποιήκασι.

Περιστάσης δὲ τῆς βασιλείας εἰς Πρόβον, ἐλαύνων ἐπὶ τὰ πρόσω, προοίμιον ἐποιήσατο τῶν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πράξεων ἔργον ἐπαινετόν. παρὰ γὰρ τῶν ἀνελόντων Αὐρηλιανὸν καὶ ἐπιθεμένων Τακίτῳ δίκην ἔγνω λαβεῖν· ἀλλὰ προφανῶς μὲν οὐ πράττει τὸ βουληθέν, δέει τοῦ μή τινα ταραχὴν ἐκ τούτου συμβῆναι, λόχον δὲ στήσας ἀνδρῶν οἷς τοῦτο τεθαρρη-

qui longe minoribus illud copiis susceperat, per æstatem magno quodam æstu Tarsi exorto, qui erant in castris Floriani milites caloris insueti, quod major exercitus pars ex Europa foret, diro morbo peribant; quo cognito, Probus in tempore tentandum hostem statuit. Floriani militibus etiam ultra vires egressis, velitationes quidem ante urbem fiebant: sed quod nihil dignum commemoratione gestum fuisset, diremtis exercitibus accedentes quidam, qui Probo militabant, imperio Florianum abdicant. Quo facto, ad tempus aliquod custoditus fuit: sed quum sui dicerent, non hoc de Probi factum sententia, purpuram Florianus iterum sumsit, donec reversi, qui significarent quid reapse Probus de ipso statueret, à suis Florianum interfici curarunt.

Probus imperio potitus, dum movet ulterius, exordium actionum pro republica suarum dedit facinus sane laudabile. Nam de iis qui Aurelianum occiderant, & Tacito insidias fecerant, supplicium sumere decrevit. Sed palam quidem id quod facere deliberaverat, non facit, metuens ne quid ea res turbarum daret: verum turma quadam militum constitu-

1. *Occisus Tarsi à militibus, qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat.* Vopisc.

ta, quorum fidei rem commisisset, ad epulum cædis auctores invitat. Posteaquam hac illi spe convenissent ut mensæ imperatoris adhiberentur, in pergulam quandam secessit Probus, de qua conspici res peragenda posset, ac signum facinori perpetrando destinatis dedit. Hi vero inermes eos adorti qui convenerant, omnes, excepto dumtaxat uno, peremerunt: quem non multo post comprehensum, velut auctorem periculi, vivum igni cremavit.

His rebus à Probo gestis, Saturninus, genere Maurus, imperatori maxime familiaris, & cui propter hanc ipsam caussam administratio Syriæ credita fuerat, ab imperatoris fide discessit, & de rebellione cogitare cœpit, quod ubi Probus audivisset, & conatum ejus reprimendum statueret, orientales eum milites anteverterunt, rebellione cum ipso Saturnino extincta.

Sopivit & aliam seditionem in Britannia concitatam, idque per Victorinum genere Maurum, cujus hortatu perduellem istum Britanniæ præsidem fecerat. Nam quum ad se Victorinum arcessivit, eumque de consilio dato reprehendisset, delictum illud correcturum ablegat. Victorinus in Britanniam statim profectus,

κῶς ἔτυχεν, ἐφ' ἑστίασιν τοὺς φονέας ἐκάλει. τῶν δὲ συνελθόντων ἐλπίδι τοῦ βασιλικῆς κοινωνῆσαι τραπέζης, πρός τι τῶν ὑπερῴων ἀναχωρήσας ὁ Πρόβος, ἐξ οὗ τὸ γινόμενον ἄποπτον ἦν, σύνθημα τοῖς ἐπιτεταγμένοις τὸ δρᾶμα ἐδίδου. τῶν δὲ τοῖς συνεληλυθόσιν ἀφράκτοις οὖσιν ἐπιθεμένων, ἅπαντας πλὴν ἑνὸς κατέσφαξαν· ὃν μετ' οὐ πολὺ συλλαβὼν, ὡς αἴτιον σφίσι κινδύνου γεγονότα, παραδέδωκε ζῶντα τῷ πυρί.

Ταῦτα διαπεπραγμένῳ τῷ Πρόβῳ [1] Σατουρνῖνος γένος Μαυρούσιος, ἐπιτήδειος ὢν ἐς τὰ μάλιστα τῷ βασιλεῖ, διὰ τοῦτό τε καὶ τὴν Συρίας ἀρχὴν ἐπιτετραμμένος, τῆς βασιλέως ἀποστὰς πίστεως εἰς ἐπαναστάσεως ἔννοιαν ἦλθεν. ὅπερ ἀκούσαντι τῷ Πρόβῳ, καὶ διανοουμένῳ τὸ ἐγχείρημα μετελθεῖν, ἔφθασαν οἱ κατὰ τὴν ἑῴαν στρατιῶται συγκατασβέσαντες τῇ τυραννίδι τὸν ἄνθρωπον.

Ἔπαυσε καὶ ἄλλην ἐπανάστασιν ἐν τῇ Βρεττανίᾳ μελετηθεῖσαν, διὰ Βικτωρίνου Μαυρουσίου τὸ γένος. ᾧπερ πεισθεὶς, ἔτυχε τὸν ἐπαναστάντα τῆς Βρεττανίας ἄρχοντα προστησάμενος. καλέσας γὰρ τὸν Βικτωρῖνον πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἐπὶ τῇ συμβουλῇ μεμψάμενος, τὸ πταῖσμα ἐπανορθώσοντα πέμπει. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν Βρεττανίαν εὐθὺς

1 *Gallis oriundum* tradit Vopiscus *ex gente hominum inquietissima & avida semper vel faciendi principis vel imperii.*

ἐξορ-

ἐξορμήσας, περινοίᾳ οὐκ ἄφρονι τὸν τύραννον ἀναιρεῖ.

Ταῦτα δὲ διαθεὶς τὸν εἰρημένον μοι τρόπον, καὶ κατὰ Βαρβάρων ἀνεδήσατο νίκας, δύο πολέμους ἀγωνισάμενος· καὶ τῷ μὲν αὐτὸς παραγεγονώς, τῷ δὲ ἑτέρῳ στρατηγὸν προστησάμενος. ἐπεὶ δὲ ταῖς ἐν Γερμανίᾳ πόλεσιν ἐνοχλουμέναις ἐκ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον Βαρβάρων ἠναγκάζετο βοηθεῖν, αὐτὸς μὲν ὡς ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἤλαυνεν· ἐνισταμένου δὲ τοῦ πολέμου, καὶ λιμοῦ πᾶσι τοῖς αὐτόθι τόποις ἐνσκήψαντος, ἄπλετος ὄμβρος καταῤῥαγεὶς συγκατήγαγε ταῖς ψεκάσι καὶ σῖτον. ὥστε καὶ σωροὺς αὐτομάτως ἐν τόποις τισὶ συντεθῆναι. πάντων δὲ τῷ παραδόξῳ καταπλαγέντων, τὴν μὲν ἀρχὴν ἅψασθαι καὶ τούτῳ θεραπεῦσαι τὸν λιμὸν οὐκ ἐθάῤῥουν· ἐπεὶ δὲ παντὸς δέους ἡ ἀνάγκη καρτερωτέρα, πέψαντες ἄρτους καὶ μεταλαβόντες, ἅμα καὶ τὸν λιμὸν ἀπεσείσαντο, καὶ τοῦ πολέμου ῥᾷστα τῇ τοῦ βασιλέως περιγεγόνασι τύχῃ. κατώρθωσε δὲ καὶ ἄλλους πολέμους οὐ σὺν πόνῳ πολλῷ. μάχας δὲ καρτερὰς ἠγωνίσατο πρότερον μὲν πρὸς Λογίωνας, ἔθνος Γερμανικόν· οὓς καταγωνισάμενος, καὶ Σέμνωνα ζωγρήσας ἅμα τῷ παιδὶ τὸν τούτων ἡγούμενον, ἱκέτας ἐδέξατο, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὴν λείαν πᾶσαν, ἣν εἶχον, ἀναλαβών, ἐπὶ ῥητοῖς ὁμολογίαις ἠφίει, καὶ αὐτὸν Σέμνωνα μετὰ τοῦ παιδὸς ἀπέδωκε.

ſollerti commento perduellem interficit.

His ita geſtis ut diximus, victoriis Probus etiam adverſus Barbaros potitus eſt, duobus bellis confectis, quorum alteri ipſemet interfuit, alteri ducem quendam præfecit, & quoniam civitatibus Germanicis quæ à vicinis Rheno Barbaris infeſtabantur, neceſſario ſubveniendum erat: Rhenum verſus ipſemet cum copiis movit. Occepto bello, quum fames omnibus in locis ingruiſſet: immenſus imber delapſus, una cum guttis frumentum quoque detulit: adeo quidem ut ejus acervi quibuſdam in locis per ſe conſtruerentur. Omnibus ad rem novam & incredibilem obſtupefactis, initio quidem frumentum attingere, ac famis eo remedio uti non audebant: verum ubi neceſſitas omni metu valentior urgeret, panes coquebant, eiſque veſcentes, ſimul & famem pellebant, & imperatoris fortuna in eo bello ſuperiores nullo prope negotio diſcedebant. Alia quoque bella levi labore confecit. Acres etiam pugnas commiſit, primum contra Logiones, nationem Germanicam: quibus devictis, quum Semnonem eorum ducem cum filio vivum in poteſtatem redegiſſet, ſupplices factos in fidem recepit, & captivis omnique præda recuperata, quam habebent, certis eos conditionibus dimiſit, ipſo quoque cum filio Semnone reddito.

Alterum

Alterum contra Francos prœlium pugnavit: quibus opera ducum ſtrenue victis, ipſe cum Burgundorum Vandilorumque copiis dimicavit. Quumque vires ſuas inferiores videret, partem quandam ab hoſtibus avellere cogitabat, & cum ea prœlio decernere. Qua in re conſilio principis fortuna non defuit, quum enim exercitus utramque fluminis ripam occupaſſent, Barbaros in adverſa ripa caſtra metatos ad pugnam Romani provocabant. Hac illi re perciti, quotquot ſane poterant transjiciebant, ſigniſque collatis Barbari partim cædebantur, partim vivi Romanorum in poteſtatem veniebant. Reliqui, quum pacem ea lege petiiſſent ut prædam cum captivis quos habebant redderent, impetrato quod poſtulaverant, non omnia reſtituerunt. Quamobrem indignatus imperator diſcedentes adortus, merito ſupplicio multavit, ipſis trucidatis, & Igillo duce capto. Quotquot autem vivos in poteſtatem redigere poterat, in Britanniam miſit: qui ſedes ea in inſula nacti, quoties deinde ſeditionem aliquis moliretur, utiles imperatori fuerunt.

His bellis ita propter Rhenum ab eo geſtis, operæ pretium fuerit ne illa quidem ſilentio præteriri quæ id temporis

Καὶ δευτέρα γέγονεν αὐτῷ μάχη πρὸς Φράγκους· οὓς διὰ τῶν στρατηγῶν κατακράτος νενικηκὼς, αὐτὸς Βουργούνδοις καὶ Βανδίλοις ἐμάχετο. πλήθεσι δὲ τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐλαττουμένην ὁρῶν, μοῖράν τινα παρασπάσασθαι τῶν πολεμίων διενοεῖτο, καὶ ταύτῃ διαμάχεσθαι. καί πως συνέδραμε τῇ γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἡ τύχη. τῶν γὰρ στρατοπέδων ὄντων παρ᾽ ἑκάτερα ποταμοῦ, εἰς μάχην τοὺς πέραν Βαρβάρους οἱ Ῥωμαῖοι παρεκαλοῦντο. οἱ δὲ ἐπὶ τούτῳ παροξυνθέντες, ὅσοιπερ οἷοί τε ἦσαν ἐπεραιοῦντο. καὶ συμπεσόντων σφίσι τῶν στρατοπέδων, οἱ μὲν ἀπεσφάττοντο τῶν Βαρβάρων, οἱ δὲ καὶ ζῶντες ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους γεγόνασι. τῶν δὲ λειπομένων σπονδὰς αἰτησάντων, ἐφ᾽ ᾧτε καὶ τὴν λείαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους οὓς ἔτυχον ἔχοντες ἀποδοῦναι, τυχόντες τῆς αἰτήσεως οὐ πάντα ἀπέδοσαν. [1] πρὸς ὃ βασιλεὺς ἀγανακτήσας, ἀναχωροῦσιν αὐτοῖς ἐπιθέμενος, ἀξίαν ἐπέθηκε δίκην, αὐτούς τε ἀποσφάξας, καὶ τὸν ἡγούμενον Ἴγιλλον ζωγρίᾳ ἑλών. ὅσους δὲ ζῶντας οἷός τε γέγονεν ἑλεῖν, εἰς Βρεττανίαν παρέπεμψεν· οἳ τὴν νῆσον οἰκήσαντες, ἐπαναστάντος μετὰ ταῦτα τινὸς, γεγόνασι βασιλεῖ χρήσιμοι.

Τούτων οὕτω περὶ τὸν Ῥῆνον αὐτῷ διαπολεμηθέντων, ἄξιον μηδὲ τὰ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἰσαύροις

1. *Maxime tamen, ipſis regibus conſentientibus, in eos vindicatum eſt, qui prædam fideliter non reddiderunt.* Vopiſc.

πραχθέντα

περιχυθέντα περιδραμεῖν. [1] Λύδιος τὸ γένος Ἴσαυρος, ἐντεθραμμένος τῇ συνήθει λῃστείᾳ, στῖφος ὅμοιον ἑαυτῷ περιποιησάμενος, τὴν Παμφυλίαν ἅπασαν καὶ Λυκίαν ἐπῄει. συνελθόντων δὲ στρατιωτῶν ἐπὶ τῇ τῶν λῃστῶν καταλήψει, πρὸς Ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον οὐχ οἷός τε ὢν ἀντιτάττεσθαι, Κρύμναν καταλαμβάνει, πόλιν οὖσαν Λυκίας, ἐν ἀποκρήμνῳ τε κειμένην, καὶ κατὰ μέρος χαράδραις βαθυτάταις ὠχυρωμένην· ἐν ταύτῃ πολλοὺς ὡς ἐν ἀσφαλεῖ καὶ τειχήρει καταφυγόντας εὑρών. ἐπεὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίους εἶδεν ἐγκειμένους τῇ πολιορκίᾳ, καὶ τὴν ἐν ταύτῃ τριβὴν γενναίως ὑφισταμένους, τὰ οἰκοδομήματα καθελὼν, ἀρόσιμον ἐποίησε τὴν γῆν, σπείρων τε σῖτον παρεσκεύαζε τοῖς ἐν τῇ πόλει δαπάνην.

Ὁρῶν δὲ τὸ πλῆθος πολλῆς δεόμενον χορηγίας, τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν ἄῤῥενά τε καὶ θήλεα ἠφίει, τῆς πόλεως ἐκβαλών· ἐπεὶ δὲ οἱ πολέμιοι τὸ Λυδίου βούλευμα περιϊδόμενοι τοὺς ἐκβληθέντας αὖθις ἐπὶ τὴν πόλιν ἰέναι συνήλαυνον, ἐμβαλὼν εἰς τὰς περὶ τὴν πόλιν χαράδρας διέφθειρεν. ὄρυγμα δέ τι, χρῆμα θαυμάσιον, ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὰ ἐκτὸς διορύξας, καὶ μέχρι τῶν ἐπέκεινα τοῦ πολεμίου στρατοπέδου τόπων ἐκτείνας, ἐξέπεμπε διὰ τούτου τινὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐφ' ἁρπαγῇ θρεμμάτων καὶ ἄλλης τροφῆς· ἐκ τούτου τε χορηγίαν

Isauri patrarunt. Lydius quidam, Isaurus natione, consuetis latrociniis innutritus, agmine hominum sibi similium comparato, totam Pamphyliam atque Lyciam populabatur. Quum autem milites ad capiendos latrones coivissent, quod Lydius exercitui Romano se non posset opponere, Crymnam adiit, oppidum Lyciæ, situm in loco prærupto, & ex parte fossis profundissimis munitum. Ibi compluribus repertis, qui eo velut ad tutum murisque cinctum locum confugerant, posteaquam Romanos intentos obsidioni, moram ejus fortiter ferre conspexit: ædificiis dirutis, solum frumentarium fecit, & frumentum serens, iis qui erant in oppido victum parabat.

Sed quod eam multitudinem ingenti annona videret egere, quidquid erat ætatis inutilis, tam mares, quam feminas, ejectos oppido dimisit. Quum hostes perspecto adversarii consilio, rursus ejectos in oppidum cogerent, in ambientes oppidum fossas præcipitatos perdidit. Meatu autem operis admirandi ab oppido versus exteriora ducto, & ultra hostium castra porrecto, per eum ex oppido quosdam emittebat, qui pecora cæteraque alimenta raperent. Atque hinc commeatum obsessis ex intervallo satis copiosum suppeditabat

1. Vopiscus Palfurium vocat, quem à Probo captum refert & interfectum.

tabat: donec id hostes mulieris cujusdam indicio deprehenderunt. Verum ne sic quidem animum despondebat Lydius, sed vinum paulatim suis adimebat, & frumenti eis solito minus admetiebatur. Hoc quoque modo deficientibus alimentis, ad eam necessitatem redactus est, ut omnes quotquot erant in oppido, perderet: exceptis hominibus sibi necessariis & idoneis, qui ad oppidi præsidium sufficere viderentur. Retinuit & mulieres nonnullas, quas ad usum naturæ necessarium communes omnibus esse jussit.

Quumque constanter adversus quodvis periculum dimicare constituisset, post istæc omnia tale quiddam accidit. Erat cum eo quidam qui & machinas conficere noverat, & machinis emittere tela singulari cum dexteritate poterat: adeo quidem ut quoties Lydius adversus aliquem ex hostibus telum emittere juberet, à scopo non aberraret. Huic ergo quum imperasset ut quendam ex adversariis vulneraret, isque telo emisso aberrasset, vel casu fortuito, vel data opera, veste nudatum flagris misere cæcidit, mortem præterea comminatus. Ille, tum propter verbera succensens, tum minis territus, oblato tempore semet ex oppido subducit. Quum quosdam in milites incidisset, & quidquid egisset ac perpessus esset iis exposuisset, quandam in muro fenestram monstravit, per quam Lydius quidquid in

ἐν μέρει τοῖς πολιορκουμένοις ἀπόρει· μέχρις οἱ πολέμιοι τοῦτο γυναικὸς αὐτοῖς μηνυσάσης ἐξεῦρον. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀπεῖπεν ὁ Λύδιος, ἀλλ' οἴνου μὲν κατὰ βραχὺ τοὺς αὐτῷ συνόντας ἀπέστησε, καὶ σῖτον ἐμέτρει τοῦ συνήθους ἐλάττονα. τῶν δὲ σιτίων καὶ οὕτως ἐκλειπόντων, εἰς ἀνάγκην κατέστη τοῦ πάντας ἀπολέσαι τοὺς ἐν τῇ πόλει, πλὴν ἀνδρῶν αὐτῷ τε ἐπιτηδείων, καὶ πρὸς φυλακὴν ἀρκεῖν δοκούντων. κατέσχε δὲ καὶ τὰς γυναῖκας, ἃς ἐπὶ τῇ τῆς φύσεως ἀναγκαίᾳ χρείᾳ κοινὰς εἶναι πεποίηκε πᾶσιν.

Ἐπεὶ δὲ πρὸς πάντα κίνδυνον ἐγνώκει διαπαλαῖσαι, συμβαίνει τι μετὰ πάντα ταῦτα τοιοῦτον. συνῆν τις ἀνὴρ αὐτῷ μηχανὰς τὲ κατασκευάζειν εἰδὼς, καὶ ἐκ μηχανῶν εὐστόχως ἀφιέναι βέλη δυνάμενος· ὥστε ὁσάκις ἐνεκελεύσατο ὁ Λύδιος αὐτῷ κατά τινος τῶν πολεμίων ἀφιέναι βέλος μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ. τούτῳ τοίνυν ἐπιτάξας τρῶσαι τινὰ τῶν ἐναντίων, ἐπειδὴ διήμαρτε βέλος ἐκπέμψας ἢ ἐκ τύχης ἢ ἐκ προνοίας, γυμνώσας τῆς ἐσθῆτος ἐσχάτως ἐμαστίγωσε, προσαπειλήσας καὶ θάνατον. ὁ δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς βασάνοις ἀγανακτῶν, καὶ ἐπὶ ταῖς ἀπειλαῖς δεδιὼς, καιροῦ δοθέντος ὑπεξάγει τῆς πόλεως ἑαυτόν. ἐντυχὼν δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, καὶ ὅσα πέπραχέ τι καὶ ἔπαθε πρὸς τούτοις ἐκφήνας, ἐπέδειξεν οὖσαν ἐν τῷ τείχει θυρίδα, δι' ἧς εἰώθει Λύδιος κατασκοπεῖν τὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ γινόμενα·

νόμενα· ταύτης τῆς περικύπτοντα κατὰ τὸ συνῆθες ὑπισχνεῖτο τοξεύειν. ὑποδεξαμένου δὲ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ τοῦ τῆς στρατείας ἡγουμένου, στήσας μηχανὴν, προστησάμενός τε τοὺς αὐτὸν ἀποκρύπτοντας, ὡς ἂν μὴ παρὰ τῶν ἐναντίων ὁρῷτο, περικύπτοντα τῆς ὀπῆς τὸν Λύδιον θεασάμενος, καὶ τὸ βέλος ἀφιεὶς, πλήττει καιρίαν. ὁ δὲ πράξας καὶ μετὰ τὴν πληγὴν εἰς τινὰς τῶν συνόντων αὐτῷ τὰ ἀνήκεστα, καὶ τοῖς λελειμμένοις ὅρκους ἐπαγαγὼν περὶ τοῦ μὴ ἐνδοῦναι τῇ πολιορκίᾳ καθάπαξ, μόλις ἐξέλιπεν. οἱ δὲ κατὰ τὴν πόλιν οὐκ ἐνεγκόντες τὴν πολιορκίαν, ἐξέδοσαν ἑαυτοὺς τῷ στρατοπέδῳ. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸ λῃστικὸν τέλος ἐδέξατο.

[1] Τῆς δὲ κατὰ Θηβαΐδα Πτολεμαΐδος ἀποστάσης βασιλέως, πόλεμον δὲ προκόπτοντα ἐπὶ χρόνον βραχὺν ἀραμένης, αὐτήν τε καὶ τοὺς συμμαχήσαντας αὐτῇ Βλέμμυας παρεστήσατο Πρόβος διὰ τῶν τότε στρατηγησάντων. Βαστέρνας δὲ, Σκυθικὸν ἔθνος, ὑποπεσόντας αὐτῷ προσιέμενος, κατῴκισε [2] Θρᾳκίοις χωρίοις· καὶ διετέλεσε τοῖς Ῥωμαίων βιοτεύοντες νόμοις.

Καὶ Φράγκων τῷ βασιλεῖ προσελθόντων, καὶ τυχόντων οἰκήσεως, μοῖρά τις ἀποστᾶσα πλοίων εὐπορή-

castris gereretur speculari consuerat. Per eam more suo prospectantem telo se petiturum pollicebatur. Ob hanc causam quum dux ejus expeditionis hominem ad se recepisset, constituta machina, nonnullisque collatis ante se, per quos occultaretur, ne ab hostibus conspici posset, Lydium per foramen illud prospectantem intuitus, emisso telo vulnere lethali percutit. Ille quum post acceptum vulnus in quosdam ex suis crudeliter desæviisset, ac jurejurando superstites obstrinxisset, obsidioni nullo modo cessuros, vix tandem expiravit. Qui erant in oppido, non ferentes amplius obsidionem, exercitui se dediderunt. Atque hunc finem latrocinium illud habuit.

Quum autem & Ptolemais, in Thebaide sita, defecisset ab imperatore, bellumque perexiguum ad tempus duraturum suscepisset: tam ipsam, quam socios belli Blemmyas Probus opera ducum suorum ad deditionem compulit. Basternas, gentem Scythicam, quæ illi se subjecit, in Thracia sedibus concessis reliquit. Hi Romanorum moribus atque legibus constanter usi sunt.

Itidem quum Franci ad imperatorem accessissent, & ab eo sedes obtinuissent: pars eorum quædam defectionem molita,

1. *Copton præterea & Ptolemaidem urbes ereptas Barbarico servitio, Romano addidit juri.* id.
2. In Romano solo, inquit Vopiscus.

magnamque navium copiam nacta, totam Græciam conturbavit. In Siciliam quoque delata, & urbem Scyracusanam adorta, magnam in ea cædem edidit. Tandem quum & in Africam adpulisset, ac rejecta fuisset, adductis Karthagine copiis, nihilo minus domum redire, nullum passa detrimentum, potuit.

Hoc quoque Probo imperante contigit. Gladiatores numero ad octoginta, conspiratione facta, custodibusque suis interemptis, in urbem progressi, quidquid offerretur, deripiebant: multis (ut fieri solet) eorum numero permistis. Verum & illos imperator missis copiis excîdit. His rebus à Probo gestis, qui & præclare ac juste administravit imperium,

σασα, τὴν Ἑλλάδα συνετάραξεν ἅπασαν· καὶ Σικελίᾳ προσσχοῦσα καὶ τῇ Συρακουσίων προσμίξασα, πολὺν κατὰ ταύτην εἰργάσατο φόνον. ἤδη δὲ καὶ Λιβύῃ προσορμισθεῖσα, καὶ ἀποκρουσθεῖσα, δυνάμεως ἐκ Καρχηδόνος ἐπενεχθείσης, οἷα τε γέγονεν ἀπαθὴς ἐπανελθεῖν οἴκαδε.

Πρόβου δὲ βασιλεύοντος καὶ τόδε συνέβη. τῶν μονομάχων ἐς ὀγδοήκοντα συστάντες, διαχειρισάμενοι τοὺς φυλάττοντας, εἰς τὰ τῆς πόλεως ἐξελάσαντες, τὰ ἐν ποσὶν ἐληΐζοντο, πολλῶν (οἷα συμβαίνειν φιλεῖ) συναναμιχθέντων αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ τούτους βασιλεὺς δύναμιν ἐκπέμψας ἐξέτεινε. τούτων διαπεπραγμένων τῷ Πρόβῳ, καλῶς τε καὶ δικαίως οἰκονομήσαντι τὴν ἀρχήν, . . .

Sciendum hujus libri finem desiderari, & secundi principium.

ΖΩΣΙ-

ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσυνηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βιβλίον Δεύτερον.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fisci,

HISTORIÆ NOVÆ

Liber Secundus.

1 * * * * * *

2 Ἐκ τοῦ τὸν μακρότατον ἀνθρώπου βίον τὸ μέσον διάστημα περιλαμβάνειν ταύτης τῆς ἑορτῆς. σέκουλα γὰρ τὸν αἰῶνα

EX eo, quod hominis vita longissima medium celebritatis hujus spatium complectatur. Nam seculum Romani vocant quod ævum

1. Interciderunt aliquot paginæ, quæ lacuna ut suppleatur (nam de Caro ejusque filiis nulla hic facta est mentio) quantum ad continuandum historiæ filum sufficiet, ex aliis historicis accersitum paucis subnectam. *Probo successit Carus, qui contra Persas profectus usque ad Ctesiphontem pervenit, & imperatoris Persici nomen meruit. Morbo subinde, seu, ut alii malunt, fulmine absumptus est. Filios habuit Numerianum indolis egregiæ & de quo respublica optima quæque sperare potuisset, nisi ab Apro interfectus occidisset, & Carinum adulterii, libidinis, luxuriæ & demum nullo non vitiorum stigmate notandum, quem Diocletianus, Augustus antea dictus, è medio sustulit.*

2. De ludis secularibus, quod ad temporis in quo peragi consueverant, rationem spectat, jam olim diximus in Herodiani Severo. Quid hic loci innuat Zosimus, ita explicandum puto, intervallum illud seu διάστημα quod interest inter ludos seculares jam peractos & proxime peragendos, totam hominis ætatem, qua longissima est, complecti. Quod perinde est ac si tantum dixerit, *centesimo aut circiter anno festum illud celebrari solere.* Animadvertas licet authorem nostrum nullam omittere occasionem qua Gentilis superstitio, Christiano cultui opposita, sola videatur esse in causa quod Romani propitio semper cœlo uterentur, postea, *si Diis placet*, in pejus ruituri. *Uti infra videre est.*

nostri,

nostri. Prodest autem ad pestes, atque lues; & morbos sanandos. Originem ex causa quadam hujusmodi habuit. Valesus Valesius, à quo Valerianorum familia deducitur, vir erat apud Sabinos illustris. Is ante domum suam lucum habebat ex arboribus maxime proceris, quibus fulmine tactis, & exustis, quidnam arbores hæ vi fulminis absumtæ portenderent, ambigebat. Quum autem morbo ipsius liberi correpti essent, præter adhibitam medicorum artem, haruspices adibat. Qui quum ex ignis delapsi modo conjecissent, deûm hanc iram esse: non abs re cæsis hostiis numen Valesius haruspicum opera placabat. Et quoniam cum uxore in metu versabatur, & liberum mortem tantum non modo sequuturam exspectabat, coram Vesta prolapsus, duas integras animas liberum loco se daturum ei, suam videlicet ac matris eorum, pollicebatur. Quumque respiceret ad lucum fulmine tactum, audire sibi visus est vocem, quæ juberet ut Tarentum liberos abduceret, atque ibi calfactam aquam Tiberinam in Ditis patris & Proserpinæ foco, liberis bibendam daret. His auditis, etiam magis de salute liberum desperabat. Nimirum Tarentum remoto Ita-

Ῥωμαῖοι καλοῦσι. συντελεῖ δὲ πρὸς λοιμῶν καὶ φθορῶν καὶ νόσων ἀκέσεις. ἔσχε δὲ τὴν ἀρχὴν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Οὐάλεσος Οὐαλέσιος, ἀφ' οὗ τὸ Οὐαλεριανῶν κατάγεται γένος, ἦν ἐν τῷ Σαβίνων ἔθνει περιφανής. τούτῳ πρὸ τῆς οἰκίας ἄλσος ἦν ἐκ δένδρων μεγίστων· τούτων πεσόντος κεραυνοῦ καταφλεχθέντων, ἠπόρει πρὸς [1] τὸ ἐκ τοῦ κεραυνοῦ καταφλεχθέντων σημαινόμενον. νόσου δὲ τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐνσκηψάσης ὑπὲρ τὴν τῶν ἰατρῶν τέχνην, διὰ τῶν μάντεων ᾔει. τῶν δὲ διὰ τοῦ τρόπου τῆς τοῦ πυρὸς πτώσεως ὅτι θεῶν ἐστὶ μήνιος τεκμηραμένων, εἰκότως δι' ἐκθυσιῶν ὁ Οὐαλέσιος τὸ θεῖον ἐξιλεοῦτο διὰ τῶν μάντεων. ὢν δὲ μετὰ τῆς γυναικὸς ἐν φόβῳ, καὶ τὸν τῶν παίδων θάνατον [2] ἐλπίζων ὅσον οὐδέπω συμβήσεσθαι, προσπεσὼν τῇ Ἑστίᾳ δύο τελείας ἀντὶ τῶν παίδων αὐτῇ δώσειν ὑπισχνεῖτο ψυχάς, ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς τῶν παίδων μητρός. ἀποβλέπων δὲ εἰς τὸ κεραυνόβλητον ἄλσος, ἀκούειν φωνῆς ἔδοξεν, ἀπάγειν εἰς Τάραντα κελευομένης τὰ τέκνα, κἀκεῖσε θερμήναντα τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ ἐπὶ τῆς Ἅδου καὶ Περσεφόνης ἐσχάρας, τοῖς παισὶ δοῦναι πιεῖν. ταῦτα ἀκούσας, τότε δὴ πλέον τὴν τῶν παίδων σωτηρίαν ἀπήλπισεν. Τά-

1. *Πρὸς τὸ τῶν ἐκ τοῦ κεραυνοῦ &c.* *Steph.*

2. Simili sensu apud Latinos occurrit [spero] ubi sc. mala omni remedio sunt majora, tam certo eventura expectamus, ac bona illa de quibus in antecessum spes concepimus ampliores.

ραντα

ρυντά τε γὰρ πόῤῥω που τῆς Ἰταλίας εἶη, καὶ οὐκ ἂν ἐν ταύτῃ τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ φανήσεσθαι. διδόναι δὲ αὐτῷ πονηρὰν ἐλπίδα καὶ τὸ θερμῆναι τὸ ὕδωρ ἐπὶ βωμοῦ χθονίων δαιμόνων ἀκοῦσαι. ἐπὶ τούτοις ἀπορησάντων καὶ τῶν τερατοσκόπων, αὖθις πυθόμενος, ἔγνω δεῖν τῷ θεῷ πείθεσθαι, καὶ ἐμβαλὼν πλοίῳ ποταμίῳ τὰ τέκνα, κατήγαγε τὸ πῦρ. ἐκθανόντων δὲ αὐτῶν ὑπὸ καύματι, τούτῳ προσέπλει τῆς ὄχθης τῷ μέρει, καθ᾽ ὃ τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῖθρον ἠρεμαῖον ἐδόκει. καλύβῃ δὲ ποιμένος ἐναυλισθεὶς, ἅμα τοῖς παισὶν ἤκουε κατάγεσθαι δεῖν ἐν τῷ Τάραντι. ταύτην γὰρ εἶχεν ὁ τόπος προσηγορίαν, τῷ κατὰ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν ὁμώνυμος ὢν [1] Τάραντι. προσκυνήσας οὖν ἐπὶ τῇ συντυχίᾳ τὸ θεῖον ὁ Οὐάλεσος, ἐπὶ τὴν χέρσον ὀκεῖλαι τῷ κυβερνήτῃ προσέταττε, καὶ ἀποβὰς τοῖς ποιμέσιν ἐξεῖπεν. ἀρυσάμενος δὲ ἐκ τοῦ Θύμβρεως ὕδωρ, καὶ τοῦτο θερμήνας ἐπὶ τινὸς κατὰ τὸν τόπον ὑπ᾽ αὐτοῦ πεποιημένης ἐσχάρας, ἔδωκε πιεῖν τοῖς παισίν. οἱ δὲ, ἅμα τῷ πιεῖν ὕπνου προσγινομένου, κατέστησαν ὑγιεῖς. ὄναρ δὲ θεασάμενοι προσαγαγεῖν ἱερεῖα μέλανα Περσεφόνῃ καὶ Ἅδῃ, καὶ τρεῖς ἐπαλλήλους ἄγειν [2] παννυχίδας ᾠδῶν καὶ χορῶν, ἀφηγήσαντο πρὸς τὸν πατέρα τὸ ὄναρ, ὡς αὐ-

liæ loco ſitum eſſe, nec ibi Tiberinam aquam ſe reperturum. Præterea ſpem non bonam & illud ſibi præbere, quod aquam in ara deorum inferorum calfaciendam audiviſset. Ob hæc quum animum haruſpices quoque deſpondiſsent, iiſdem rurſus auditis, deo parendum ſtatuit. Itaque conjectis in fluviale navigium liberis, ignem ſecundo flumine ſecum ferebat. Tantum vero non extinctis æſtu liberis, ad eam fluminis partem cum navi ſe convertebat, qua parte motus fluminis tranquillior videretur. Quumque paſtoriciam quandam in caſam ſuis cum liberis ſe contuliſset, Tarenti divertendum audivit. Hæc enim loci ejus erat appellatio, Tarento propter Iapygium promontorium ſito cognominis. Quapropter ob caſum hunc numine Valeſus adorato, gubernatori mandat ut navim ad terram adpellat. Qua egreſsus, rem omnem paſtoribus indicat. Quumque hauſtam è Tiberi aquam in quodam foco, ab ſe id loci facto, calfeciſset, eam liberis bibendam exhibuit. Illi ſimul atque hanc haurirent, accedente ſomno valetudini reſtituti ſunt. Quumque per quietem conſpexiſsent, offerendas eſse nigras hoſtias Diti patri & Proſerpinæ, continuumque trinoctium cantilenis & tripudiis

1. In ea Italiæ parte quæ dicta eſt *magna Gracia*.
2. Unde illud Auſonii:
Trima Tarentino celebrata Trinoctia ludo.

exigen-

exigendum: nocturnum illud visum patri referebant, quasi magnus quidam vir, & divinam majestatem præ se ferens, hæc in campo Martio fieri jussisset, ubi locus equorum exercitio vacat. Quum autem Valesius aram ibi vellet exstruere, fodientibus lapidicinariis eo loco reperta est ara jam facta, qua in ara perscriptum erat, *Diti patri ac Proserpinæ*. Itaque tum clarius quid agendum esset edoctus, ad eam aram nigras hostias obtulit, & nocturnas ibidem pervigilationes exegit.

Hæc autem ara, sacrificiique ratio, tali quadam ex causa principium habuit. Bellum inter Romanos & Albanos erat, & quum utrinque jam in armis essent, quidam prodigiosa facie conspectus est, amictus pelle nigra, & clamans, Ditem patrem atque Proserpinam eis imperasse, rem sacram sub terra prius sibi facerent, quam ventum ad manus esset. Atque his dictis evanuit. Romani spectro territi, & aram sub terra struxerunt, & facta re sacra, defossam ad altitudinem viginti pedum aram occultarunt: ut, Romanis exceptis, aliis omnibus res ignota foret. Hac igitur reperta, Valesius, & peracto sacro nocturnisque pervigilationibus, adpellatus est Manius Valerius Tarentinus. Nam deos inferos Romani Manes dicunt, & incolumem esse, Valere, Tarentini denique nomen ei da-

δρὸς μεγάλου καὶ θεοπρεποῦς ταῦτα ποιεῖν ἐπισκήψαντος ἐπὶ τοῦ Ἀρείου πεδίου, καθ' ὃ καὶ ἀνεῖται τόπος εἰς γυμνάσιον ἵππων. βουλομένου δὲ τοῦ Οὐαλεσίου βωμὸν αὐτόθι καθιδρῦσαι, καὶ τῶν λιθοξόων ὀρυττόντων ἐπὶ τοῦτο τὸν τόπον, βωμὸς εὑρέθη πεποιημένος, ἐν ᾧ γράμματα ἦν, Ἅδου καὶ Προσεφόνης. τότε τοίνυν σαφέστερον διδαχθεὶς τὸ πρακτέον, τούτῳ τῷ βωμῷ τὰ μέλανα προσήγαγεν ἱερεῖα, καὶ τὰς παννυχίδας ἐν αὐτῷ διετέλει ποιῶν.

Οὗτος δὲ ὁ βωμὸς καὶ ἡ τῆς ἱερουργίας κατάστασις ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ῥωμαίοις καὶ Ἀλβανοῖς πόλεμος ἦν, ὄντων δὲ ἀμφοτέρων ἐν ὅπλοις, ἐπεφάνη τις τερατώδης τὴν ὄψιν, ἠμφιεσμένος δέρματι μέλανι, καὶ βοῶν, ὡς Ἅδης καὶ Προσεφόνη πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν θυσίαν ὑπὸ γῆν αὐτοῖς ποιῆσαι προσέταξαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀφανὴς γίνεται. τότε τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι ταραχθέντες ἐπὶ τῷ φάσματι, καὶ τὸν βωμὸν ὑπὸ γῆς ἱδρυσάμενοι, καὶ τὴν θυσίαν πεποιηκότες, χώματι βάθους εἴκοσι ποδῶν κατεκάλυψαν τὸν βωμὸν, ὡς ἂν πλὴν Ῥωμαίων ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἄδηλον εἴη. τοῦτον ὁ Οὐαλέσιος εὑρὼν, καὶ τὴν θυσίαν καὶ τὰς παννυχίδας ἐπιτελέσας, ἐκλήθη Μάνιος Οὐαλέριος Ταραντῖνος. τούς τε γὰρ χθονίους θεοὺς Μάνης καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, Βαλῆρε. Ταραντῖνος δὲ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ

Τάραντι

Τάραντι θυσίας. χρόνοις δὲ ὕστερον λοιμοῦ συμβάντος τῇ πόλει, τῷ πρώτῳ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει Πόπλιος Βαλέριος Ποπλικόλας ἐν τούτῳ τῷ βωμῷ θύσας Ἄδῃ καὶ Περσεφόνῃ μέλανα βοῦν καὶ δάμαλιν μέλαιναν, ἠλευθέρωσε τῆς νόσου τὴν πόλιν, ἐπιγράψας τῷ βωμῷ ταῦτα· Πόπλιος Βαλέριος Ποπλικόλας τὸ πῦρ ἀρείου πεδίου Ἄδῃ καὶ Περσεφόνῃ καθιέρωσα, καὶ θεωρείας ἤγαγον Ἄδῃ καὶ Περσεφόνῃ ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἐλευθερείας.

Μετὰ δὲ ταῦτα νόσων καὶ πολέμων ἐνσκηψάντων, ἔτει μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἐπὶ [1] τριακοσίοις πεντηκοστῷ καὶ δευτέρῳ, λύσιν εὑρεῖν ἡ γερουσία τῶν κακῶν ἐκ τῶν Σιβύλλης βουλομένη χρησμῶν, τοῖς εἰς τοῦτο τεταγμένοις ἀνδράσι τοὺς χρησμοὺς ἀνερευνῆσαι παρεκελεύσατο. τῶν δὲ λοιπῶν παυθήσεσθαι τὸ κακόν, εἰ θύσαιεν Ἄδῃ καὶ Περσεφόνῃ προσαγορευσάντων, ἀναζητήσαντες τὸν τόπον, Ἄδῃ καὶ Περσεφόνῃ κατὰ τὸ προσαχθὲν [2] καθήγνισαν, Μάρκου Ποπίτου τὸ τέταρτον ὑπατεύοντος· καὶ τῆς ἱερουργίας συντελεσθείσης τῶν ἐπικειμένων ἀπαλλαγέντες, τὸν βωμὸν αὖθις ἐκά-

tum, ob rem ſacram ad Tarentum factam. Sequentibus inde temporibus, anno poſt exactos reges primo, quum peſtis urbem occupaſset, P. Valerius Poplicola mactato in hac ara Diti patri & Proſerpinæ bove nigro, nigraque bucula, peſte liberavit urbem, inſcriptis aræ verbis hiſce, *P. Valerius Poplicola ignem campi Martii Diti patri & Proſerpinæ dedicavi, ludoſque Diti patri & Proſerpinæ pro libertate P. Rom. feci.*

Secundum hæc morbis & bellis ingruentibus, anno ab urbe condita ſupra trecenteſimum quinquageſimo ſecundo, Senatus iis ſe malis liberare de Sibyllinis oraculis volens, eos, ad quos hæc cura pertinebat, oracula conſulere juſſit. Illis mali finem fore nuntiantibus, ſi Diti patri & Proſerpinæ rem ſacram feciſſent: perquiſitum locum Diti patri & Proſerpinæ, ceu juſſi fuerant, M. Potito quartum cos. dedicarunt: & peracto ſacro malis urgentibus liberati, rurſus aram abſconderunt, in extremo campo Martio alicubi ſitam. Eo-

1. Ludi ſeculares quos in annum U. C. 352. rejicit Zoſimus, Μάρκου Ποπίτου τὸ τέταρτον ὑπατεύοντος, ſi ad Faſtos Capitolinos exigantur, quos præfigendos curavit Sylburgius Hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus Græcis minoribus, in nullius conſulatum incidere potuerunt; quippe quod eo anno Tribuni militares memorentur poteſtate conſulari, L. Valerius Potitus & L. Juliu Julus.

2. Καθηγίσαν, *Stephanus*. Quoad ea quæ proxime ſequuntur, conſtat ex Anteate & Livio ludos ſeculares ſecundos factos eſſe anno U. C. 406. M. Popillio 4. & M. Valerio Coſſ. ut exinde fieri poſſit conjectura corruptum eſſe numerum à Zoſimo aſſignatum, cum facilis admodum & proclivis fuerit error mutandi Ποπιλλίου in Ποπίτου.

dem ſacrificio ad tempus neglecto, quum rurſus adverſi quidam caſus accidiſſent, Octavianus Auguſtus ludos renovavit, factos illos quidem ante L. Cenſorino, M. Manlio Puelio cos. tunc autem L. Cenſorino, & C. Sabino, quum Ateius Capito leges ludorum expoſuiſſet; ac tempus, quo rem ſacram fieri, atque edi ſpectacula oporteret, xv. viri ad quos oraculorum Sibyllinorum cuſtodia pertinet, inveſtigaſſent. Poſt Auguſtum, Claudius ludos celebravit, numero præſtitutorum annorum neglecto. Poſt eum Domitianus, Claudio valere juſſo, numeratoque ambitu annorum, ex quo ludos Auguſtus feciſſet, traditam ab initio legem ſervare viſus eſt. Secundum hos Severus, quum anni cx. jam præteriiſſent, cum filiis Anto-

λῦψαι, ἐν ἐσχάτῳ που κείμενον τοῦ Ἀρείου πεδίου. ταύτης δὲ χρόνον τῆς θυσίας ἀμεληθείσης, αὖθις τινῶν συμπεσόντων ἀποθυμιῶν, ἀνενεώσατο τὴν ἑορτὴν Ὀκταβιανὸς ὁ Σεβαστὸς, [1] προτελεσθείσης μὲν ὄντων ὑπάτων Λουκίου Κενσωρείνου καὶ Μάρκου Μαλλίου Πουλλίου, [2] τότε δὲ Λουκίου Κενσωρείνου καὶ Γαΐου Σαβίνου, τὸν θεσμὸν Ἀτηΐου Καπίτωνος ἐξηγησαμένου, τοὺς χρόνους καθ' οὓς ἔδει τὴν θυσίαν γενέσθαι καὶ τὴν θεωρείαν ἀναχθῆναι, τῶν πεντεκαίδεκα ἀνδρῶν, οἳ τὰ Σιβύλλης θέσφατα φυλάττειν ἐτάχθησαν, ἀνερευνησάντων. μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτὴν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμόν. μεθ' ὃν Δομετιανὸς τὸν Κλαύδιον παραπεμψάμενος, καὶ τὴν περίοδον τῶν ἐτῶν, ἀφ' οὗ τὴν ἑορτὴν ὁ Σεβαστὸς ἀπετέλεσεν, ἀριθμήσας, ἔδοξε τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδοθέντα φυλάττειν θεσμόν. ἐπὶ τούτοις ὁ Σευῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν [3] ἐκστάντων ἐτῶν ἅμα τοῖς

---

1. Tertios ſeculares omiſit Zoſimus celebratos, ſec. Antiatem & Livium, P. Claudio Pulchro. & L. Junio Pullo Coss. anno U. C. 505. Hos vero factos conſtat anno 605. referente eodem Livio, L. Cenſorino & Manio Manilio Coss. ut ſcripſiſſe videatur Zoſimus Μάρκου Μαλλίου pro Μανίου Μανιλίου. quid hic loci agat Πουλλίου non ſatis ſcio, cum vix eſſe poſſit Romani Commatis nomen: niſi ſi pro Pætilio occurrat quo tamen Cos. ut infra dicetur, ſecundi ludi celebrati ſunt.

2. C. Furnio & C. Junio Silano Coss. ſec. Dionem anno U. C. 737. Cenſorini enim & Sabini conſulatus refertur in annum 715. Atque hæc quæ ex Panvinii faſtis fuſius collegit Sylburg. contracta habes quantum Zoſimo explicando noſtroque inſtituto convenit.

3. Rectius forſan ἐνστάντων. Nam & Sylburg. præpoſitionem corruptam eſſe ſuſpicatur, quod ſi fiat, alia præpoſitione aptius commutari non poteſt. Ut ob oculos habeat lector quicquid de his ludis diverſi tradiderunt authores, en ordinem in Faſtis Panvinianis obſervatum, in quibus 1. ludi referuntur ad annum 298. M. Va. Max. Lactucino. Sp. Virg. Tricoſto Cælimontano Coss. 2. ad annum 408. M. V. Corvo II. C. Pætelio Libone Viſolo Coss. 3. ad annum 518. P. Cor. Lent. Caudino & C. Lic. Varo Coss. 4. ad annum 628. Mam. Æm. Lepido L. Aur. Oreſte Coss. 5. ſub Auguſti imperio ut ſupra. Cæteros ex hiſtoricis facile eſt repetere Suetonio & Herodiano.

παισὶ

παισὶν Ἀντωνίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο, Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων. τοιοῦτος δέ τις ὁ τρόπος ἀναγέγραπται τῆς ἑορτῆς. περιιόντες οἱ κήρυκες εἰς τὴν ἑορτὴν, συνιέναι πάντας ἐκέλευον ἐπὶ θέαν, ἣν οὔτε πρότερον εἶδον, οὔτε μετὰ ταῦτα θεάσονται. κατὰ δὲ τὴν ὥραν τοῦ θέρους, πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων τοῦ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, ἐν τῷ Καπετωλίῳ καὶ ἐν τῷ νεῷ τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον οἱ δεκαπέντε ἄνδρες ἐπὶ βήματος καθήμενοι τῷ δήμῳ διανέμουσι τὰ καθάρσια. ταῦτα δέ ἐστι δᾷδες καὶ θεῖον καὶ ἄσφαλτον. δοῦλοι δὲ τούτων οὐ μετέχουσιν, ἀλλὰ ἐλεύθεροι μόνοι. συνελθόντος δὲ τοῦ δήμου παντὸς ἔν γε τοῖς εἰρημένοις τόποις καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ ἐν τῷ Αὐεντίνῳ λόφῳ καθίδρυται, σῖτον καὶ κριθὴν ἕκαστος φέρει, καὶ κύαμον· καὶ ταῖς Μοίραις ἄγουσι παννυχίδας μετὰ σεμνότητος ἐν νυξίν. ἐνστάντος δὲ τοῦ χρόνου τῆς ἑορτῆς, ἣν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐν τῷ τοῦ Ἄρεως ἐπιτελοῦσι πεδίῳ, καὶ ταῖς ἴσαις νυξὶ, καθιεροῦτο τὰ τελούμενα παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Θύμβριδος ἐν τῷ Τάραντι. θύουσι δὲ θεοῖς, Διὶ καὶ Ἥρᾳ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ προσέτι γε Μοίραις καὶ Εἰλειθυίαις καὶ Δήμητρι καὶ Ἅδῃ καὶ Πρσεφόνῃ. τῇ δὲ πρώτῃ τῶν θεωριῶν νυκτὶ δευτέρας ὥρας ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ τριῶν παρασκευασθέντων βωμῶν τρεῖς ἄρνας θύει, μετὰ τῶν δεκαπέντε ἀνδρῶν, καὶ τοὺς βωμοὺς καθαιμάξας ὁλοκαυτοῖ τὰ θύματα.

nino & Geta ludos eosdem restituit, Chilone Liboneque Coss. Modus ludorum hujusmodi relatus est in literas. Circumeuntes præcones, universos invitabant ad spectaculum, quod neque vidissent antea, neque visuri posthac essent. Ipso autem messis tempore, perpaucis diebus antequam ludi peragerentur, in Capitolio temploque Palatino xv. viri sedentes in suggestu, lustralia populo distribuebant. Ea sunt faces, & sulphur, & bitumen. Nec participes horum servi sunt, sed liberi duntaxat homines. Posteaquam populus universus in locis iis quæ diximus, & in templo Dianæ, quod est in Aventino colle, convenit: triticum & hordeum, & fabas quisque secum fert, ac Parcis nocturnas pervigilationes caste publiceque agitant. Ubi ludorum tempus adpetiit, quos tribus diebus totidemque noctibus in campo Martio faciunt, hostiæ propter ripam Tiberis ad Tarentum diis consecrantur. His autem diis rem sacram faciunt, videlicet Jovi, Junoni, Apollini, Latonæ, Dianæ, tum præter hos, Parcis, & Lucinis, & Cereri, & Diti patri, & Proserpinæ. Prima nocte spectaculorum, ad horam secundam, tribus aris in ripa fluminis exstructis, imperator cum xv. viris tres agnos cædit, & aris sanguine respersis solidas victimas adolet. Scena vero sine theatro structa, lumina cum

rogis accenduntur, & hymnus recens factus canitur, adeoque ſpectacula conſentanea rebus divinis eduntur. Et hæc qui peragunt, pro mercede primitias fructuum, tritici, hordei, fabarum, accipiunt. Nam illæ, ceu dictum eſt, univerſo populo diſtribuuntur. Proximo ſecundum hunc die, conſcenſo Capitolio, & conſuetis ibidem victimis oblatis ad exſtructum inde theatrum venientes, Apollini & Dianæ ludos faciunt. Inſequenti die matronæ nobiles ad horam ab oraculo conſtitutam in Capitolium convenientes, deo ſupplicant, & hymnis eum, ceu fas eſt, celebrant. Die tertio, in Apollinis æde Palatina, ter novem illuſtres pueri, cum totidem virginibus, omnes utrinque florentes, hoc eſt, qui ambos parentes adhuc ſuperſtites habent, hymnos & pæanes Græca Romanaque lingua canunt, quibus ſubjectæ Romanis urbes ſervantur. Itidem alia ſecundum præſcriptum divinitus modum peragebantur: quæ ſane quam diu ſunt obſervata, nullum reſpublica Romana detrimentum cepit. Ut

κατασκευασθείσης δὲ σκηνῆς δίχα θεάτρου, φῶτα ἀνάπτεται καὶ πυρά, καὶ ὕμνος ᾄδεται νεωστὶ πεποιημένος, θεωρίαι τε ἱεροπρεπεῖς ἄγονται. κομίζονται δὲ οἱ ταῦτα ποιοῦντες μισθὸν τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν σίτου καὶ κριθῆς καὶ κυάμων. αὗται γάρ, ὡς εἴρηταί μοι, καὶ τῷ δήμῳ παντὶ διανέμονται. τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ εἰς τὸ Καπετώλιον ἀναβάντες, κἀνταῦθα τὰς νενομισμένας θυσίας προσαγαγόντες, ἐντεῦθέν τε ἐπὶ τὸ κατεσκευασμένον θέατρον ἐλθόντες, τὰς θεωρίας ἐπιτελοῦσιν Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι. τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ γυναῖκες ἐπίσημοι, κατὰ τὴν ὥραν ἣν ὁ χρησμὸς ὑπηγόρευσεν, εἰς τὸ Καπετώλιον συνελθοῦσαι λιτανεύουσι τὸν θεόν, καὶ ὑμνοῦσιν ὡς θέμις. [1] ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ ἐν τῷ κατὰ τὸ παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ τρεὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς μετὰ παρθένων τοσούτων, οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅπερ ἐστίν, ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνους ᾄδουσι τῇ τε Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων φωνῇ, καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ Ῥωμαίους σώζονται πόλεις. ἄλλα τε κατὰ τὸν ὑφηγημένον παρὰ τοῦ θείου τρόπον ἐπράττετο· ὧν ἐπιτελουμένων διέμεινεν ἡ ἀρχὴ Ῥωμαίων ἀλώβητος. ὡς ἂν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν

1. Niſi ſubſtituatur ὥρᾳ δὲ τρίτῃ nihil aliud dicendum habeo quam Zoſimum ſui fuiſſe oblitum. Quicunque enim proxime præcedentia repetiverit, primæ diei officium imperatori aſſignatum inveniet, (viz. quod tres agnos immolare debeat) cæteriſque ſacrificiis impendi ſolitum Diis certis offerendis. Poſthac vero bis occurrit (Τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ) ut quarto loco jam ſe offerat [τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ] ut vel neceſſe ſit [τρίτῃ] idem prorſus ſonare quod τετάρτῃ, aut aliud vocabulum ſurrogare (alius quippe requiritur ſenſus) Tribus enim diebus abſolvuntur hæc ſacra, ut ſupra Zoſimus.

πραγμά-

παραδειγμάτων ἀληθῆ ταῦτα εἶναι πιστεύσωμεν, αὐτὸν παραθήσομαι τὸν Σιβύλλης χρησμὸν, ἤδη πρὸ ἡμῶν παρ' ἑτέρων ἀνειρημένον.

autem & reapse vera istæc esse credamus, ipsum Sibyllæ oraculum adjiciam, quod ante nos etiam ab aliis est relatum.

Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι	*Ast ubi mortalis longissima venerit ætas*
Ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων,	*Vitæ centenis denis redeuntibus annis,*
Μεμνῆσθαι Ῥωμαῖε, καὶ οὐ μάλα λῆσαι 1 ἑαυτοὺς,	*Sis Romane memor, nec te ulla oblivia fallant:*
Μεμνῆσθαι τάδε πάντα, θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισι	*Sis memor ut facias Diis immortalibus illo*
Ῥέζειν ἐν πεδίῳ παρὰ Θύμβειδος ἄπλετον ὕδωρ,	*Rem sacram in campo quem Thybridis adluit unda,*
2 Ῥοπῇ στεινότατον, νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ,	*Nox brevior tenebris terras ubi texerit atris,*
Ηελίου κρύψαντος ἑὸν φάος. ἔνθα σὲ ῥέζειν	*Solque suum jubar abdiderit: tum victima Parcis*
Ἱερὰ παντογόνοις Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας.	*Agnorum atque ovium pariter cadat Oceaninis.*
Κυανέας δ' ἐπὶ ταῖσδ' Εἰλειθυίας ἀρέσασθαι	*Postea cæruleæ placantor & Ilithyæ,*
Παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις. αὖθι δὲ γαίῃ	*Lucinæ, quibus has sacris decet. Inde feraci*
Πληθομένῃ χοῖρός τε καὶ ὗς ἱεροῖτο μέλαινα.	*Telluri porcus mactetur, cum sue nigra.*
Ζάλλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων	*Inde boves albi Jovis adducuntor ad aram,*
Ηματι, μηδ' ἐπὶ νυκτί. θεοῖσι γὰρ οὐρανίοισι	*Idque die, haud noctu. Nam diis cœlestibus una*
Ημέριος πέλεται θυέων τρόπος. ὡς δὲ καὶ αὔτως	*Sacra diurna placent. Simili ratione juvenca*
Ἰρεύειν δαμάλεις τε βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ηρης	*Junoni nitida & labis mactabitur expers.*

1. Steph. legit [ἑαυτόν.]
2. Ὀππῃ, *idem.*

Hinc & sacra feret paria abs te Phœbus Apollo,
Latona genitus, quem Solem nomine dicunt.
Pæanasque canent sublata voce Latini
Ædibus in sacris pueri, innuptæque puellæ:
Sic tamen ex alia ut consistant parte puellæ,
Ex alia pueri, dicant sua carmina: quorum
Vivat uterque parens, superis vescatur & auris.
At quæ nuptarum fuerint numeroque locoque,
Adsideant flexis genibus Junonis ad aram
Divam exorantes, cunctorum ut vota secundet.
Vota quidem & marium, magis at muliebria vota.
Quilibet è que domo secum ferat omnia, quæ fas
Mortales superis, ceu primitias epularum,
Mitibus & divis, divis offerre beatis.
Omnia cœlitibus sint hæc cumulata per aras,
Ex his suppedites ut femellis maribusque,
Qui sacris aderunt. Etenim noctesque diesque

Δεξάσθω νηὸς παρὰ στεῦ. καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ὅστε καὶ Ἠέλιος κικλήσκεται, ἶσα δεδέχθω
Θύματα Λητοΐδης. ἀειδόμενοι τε Λατῖνοι
Παιᾶνας, κούροις κούραισί τε νηὸν ἔχοιεν
Ἀθανάτων· χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν,
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς· ἀλλὰ γονήων
Πάντων ζωόντων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.
Αἱ δὲ γάμου ζεύγλαις δεδμημέναι, ἤματι κείνῳ
Γνὺξ Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι,
Δαίμονα λισσέσθωσαν, ἅπασι 1 θελήματα δοῦναι
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσι
Πάντες δ' ἐξ οἴκοιο φερέσθων ὅσσα κομίζειν
Ἐστὶ θέμις θνητοῖσιν,, ἀπαρχομένοις βιότοιο,
Δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα. καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίδαις τάδε πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω,
Ὄφρα τε θηλυτέρῃσι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν
Ἔνθεν πορσύνῃς μεμνημένος. ἤμασι δ' ἔστω

1. Leunclavius leg. [δὲ λήματα.]

Νυξὶ

Νυξί τ' ἐπασσυτέρῃσι θεοσέπτους κατὰ θώκους
Παμπληθὴς ἄγυρις. σπουδὴ δὲ γέλως τε μεμίχθω.
Ταῦτά τοι ἐν φρεσὶν ᾗσιν ἀεὶ μεμνημένος εἴη·
Καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλὴ καὶ πᾶσα Λατίνη
Αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

1 Εἰ τοίνυν, ὡς τὸ θεοπρόπιον φησὶ καὶ τὸ ἀληθὲς ἔχει, τούτων ἁπάντων κατὰ θεσμὸν ἐπιτελουμένων, ἐφυλάττετο μὲν ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ, καὶ διετέλεσε τὴν καθ' ἡμᾶς πᾶσαν ὡς εἰπεῖν οἰκουμένην ὑφ' ἑαυτοὺς ἔχοντες· ἀμεληθείσης δὲ τῆς ἑορτῆς 2 ἀποθεμένου Διοκλητιανοῦ τὴν βασιλείαν, ὑπερρύη κατὰ βραχὺ καὶ ἔλαθε κατὰ τὸ πλέον βαρβαρωθεῖσα, ὡς αὐτὰ ἡμῖν τὰ πράγματα ἔδειξε. βούλομαι δὲ καὶ ἐκ τῶν χρόνων ἀληθῆ δεῖξαι τὸν λόγον. ἀπὸ γὰρ τῆς Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὑπατείας, καθ' ἣν Σεβῆρος τὴν τῶν Σικυλαείων ἤγαγεν ἑορτὴν, ἄχρις ὅτε Διοκλητιανὸς ἐννάκις, ὀκτάκις δὲ Μαξιμιανὸς, γεγόνασιν ὕπατοι, διέδραμεν εἰς ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς ἑκατόν. καὶ τότε Διοκλητιανὸς ἰδιώτης ἐκ βασιλέως ἐγένετο· καὶ 3 Μαξιμιανὸς ταυτὸ τοῦτο πεποίηκε. τρεῖς δὲ ἤδη γεγονότων ὑπάτων Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου, τῆς δε-

Vis hominum præsens ad pulvinaria divum
Ingens sit numero, ludicra & seria tractans.
Hæc adeo tibi sint memori bene condita mente.
Itala sic tellus omnis, tellusque Latina
Æternum tua sceptra colet, tua jussa capesset.

Jam quod his omnibus legitime peractis, sicut oraculum tradit, & ipsa res exigit, incolume futurum fuerit imperium Romanum, omnemque nobis cognitum (prope dixerim) orbem sub potestate sua perpetuo habiturum: ludis autem neglectis, imperio se abdicante Diocletiano, paulatim quasi defluxerit, taciteque redactum sit ad quandam majori ex parte Barbariam; id quod ipsæ nobis res declararunt. Eam vero sententiam nostram veram esse, de ipsa notatione temporum probare volo. Nam à consulatu Chilonis & Libonis, quo Severus ludos seculares exhibuit, donec Diocletianus nonum, Maximianus octavum, consules facti sunt, centum & unus annus elapsi fuerunt. Ac tum quidem privatus ex imperatore Diocletianus factus est: cujus exemplum Maximianus est sequutus. Verum Constan-

1. Stephanus mutat particulam [εἰ] in [εὐ.]
2. Imperium Nicomediæ deposuit, privatusque exinde Salonis vixit hortorum amœnitati vacans.
3. Imperio se abdicavit Mediolani, sed non pari qua Diocletianus constantia, in proposito mansit.

tino & Licinnio tertium cos. centum & decem annorum ſpacium completum fuit, quo jam ludos conſueto more celebratos oportuit. Eo neglecto, ad infelicitatem illam res prolabi neceſſe fuit, quæ hoc tempore nos urget.

Ac Diocletianus quidem annis tribus poſtea mortuus eſt: qui vero jam facti erant imperatores, Conſtantius & Maximianus Gallerius, Cæſares appellavere Severum & Maximinum, qui natus erat ex ſorore Gallerii, quum Italiam Severo, Maximino provincias ad ſolem orientem ſitas attribuiſſent. Rebus recte adfectis, quod ubique locorum Barbari perlubenter, ob res ſuperiorum temporum feliciter in eos geſtas, quieſcerent: Conſtantinus natus ex conſuetudine mulieris quæ materfamilias non eſſet, nec in manum imperatori Conſtantio legitime conveniſſet, jamdudum cum animo ſuo de imperio cogitans, & modo cupiditate majori accenſus, ex quo Severus & Maximinus dignitatem cæſaream conſequuti fuerant, ea loca relinquenda ſtatuit, quibus in locis agebat, & ad Conſtantium patrem proficiſcendum, qui apud nationes tranſalpinas erat, & in Britannia plerumque vivebat. Veritus autem ne forte fugiens adprehenderetur, quod compluribus jam notiſſimus eſſet amor

κα καὶ ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ὁ χρόνος συνεπληροῦτο, καθ' ὃν ἔδει τὴν ἑορτὴν κατὰ τὸ νενομισμένον ἀχθῆναι. τούτου δὲ μὴ φυλαχθέντος, ἔδει εἰς τὴν νῦν συνέχουσαν ἡμᾶς ἐλθεῖν τὰ πράγματα δυσκληνείαν.

Διοκλητιανὸς μὲν τελευτᾷ τρισὶν ἐνιαυτοῖς ὕστερον· ἤδη δὲ καταστάντες αὐτοκράτορες Κωνστάντιος καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Γαλέριος, ἀνέδειξαν καίσαρας Σεβῆρον καὶ Μαξιμῖνον, ἀδελφῆς ὄντα παῖδα τοῦ Γαλερίου, Σεβήρῳ μὲν τὴν Ἰταλίαν, Μαξιμίνῳ δὲ τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον παραδόντες· τῶν δὲ πραγμάτων εὖ διακειμένων, καὶ τῶν πανταχοῦ βαρβάρων ἐκ τῶν προλαβόντων κατορθωμάτων ἀσμένως ἡσυχαζόντων, Κωνσταντῖνος [1] ἐξ ὁμιλίας γυναικὸς οὐ σεμνῆς οὐδὲ κατὰ νόμον συνελθούσης Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ γεγεννημένος, ἤδη μὲν ἔχων ἔννοιαν ἐν ἑαυτῷ βασιλείας, εἰς μείζονα δὲ καταστὰς ἐπιθυμίαν ἀφ' οὗ Σεβῆρος καὶ Μαξιμῖνος τῆς τοῦ Καίσαρος τιμῆς ἔτυχον, ἔγνω τοὺς τόπους λιπεῖν ἐν οἷς ἔτυχε διατρίβων, ἐξορμῆσαι δὲ πρὸς τὸν πατέρα Κωνστάντιον, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὄντα, καὶ τῇ Βρεττανίᾳ συνεχέστερον ἐνδημοῦντα. δεδιὼς δὲ μή ποτε φεύγων καταληφθείη, (περιφανὴς γὰρ ἦν ἤδη πολλοῖς ὁ κατέχων αὐτὸν ἔρως τῆς βασιλείας) τοὺς ἐν τοῖς σταθμοῖς ἵπ-

1. Ἐξ *ἀνίσων αὐτῷ γεγεννημένος γάμων*, inquit Eutropii Metaphraſtes Pæanius. lib. 10.

πους

πους, οὓς τὸ δημόσιον ἔτρεφεν, ἅμα τῷ φθάσαι τὸν σταθμὸν κολούων καὶ ἀχρείους ἐῶν, τοῖς ἑξῆς ἑστῶσιν ἐχρῆτο· καὶ ἑξῆς τοῦτο ποιῶν, τοῖς μὲν διώκουσιν ἀπέκλεισε τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω πορείαν, αὐτὸς δὲ προσήγγιζε τοῖς ἔθνεσιν ἐν οἷς ἦν ὁ πατήρ.

Συμβὰν δὲ τὸν αὐτοκράτορα [1] Κωνστάντιον ἐν αὐτῷ τελευτῆσαι τῷ χρόνῳ, τῶν μὲν ὄντων αὐτῷ γνησίων παίδων οὐδένα πρὸς βασιλείαν ἔκριναν ἀξιόχρεων, ὁρῶντες δὲ Κωνσταντῖνον εὖ ἔχοντα οἱ περὶ τὴν αὐλὴν στρατιῶται, καὶ ἅμα δωρεῶν μεγαλοπρεπῶν ἐπαρθέντες ἐλπίσι, τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν αὐτῷ περιέθεσαν. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ δειχθείσης κατὰ τὸ σύνηθες, οὐκ ἀνασχετὸν εἶναι νομίσας Μαξέντιος, ὁ Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου παῖς, εἰ Κωνσταντίνῳ μὲν ἐκβαίη τὸ σπουδασθὲν, ἐξ ἀσέμνου μητρὸς γεγονότι, βασιλέως δὲ τοιούτου παῖς αὐτὸς γεγονὼς, οἴκοι κείμενος μένοι, τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἑτέρων ἐχόντων· προσλαβὼν ὑπηρέτας τῆς ἐγχειρήσεως Μαρκελλιανὸν καὶ Μάρκελλον ταξιάρχους, καὶ Λουκιανὸν, ὃς τοῦ χοιρείου κρέως ἦν χορηγὸς, ὃ τὸ δημόσιον ἐπεδίδου τῷ Ῥωμαίων δήμῳ, καὶ προσέτι γε τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν στρατιώτας, οὓς Πραιτωριανοὺς καλοῦσιν, εἰς τὸν βασίλειον θρόνον παρὰ τούτων

imperii, quo flagrabat, equos ſtabularios, quos alebat reſpublica, quumprimum aliquod ſtabulum attigiſſet, mutilans & inutiles reddens, quotquot ad iter ulterius reſtabant, iis utebatur. Quod quum facere non deſineret, perſequentes excludebat quo minus ulterius progrederentur, & ipſe propius ad eas nationes accedebat apud quas pater erat.

Quumque contingeret ut Conſtantius imperator eodem tempore de vita decederet, prætoriani milites neminem ex legitimis ipſius liberis idoneum regno judicabant: ſed Conſtantinum ad hoc aptum videntes, ſimulque ſpe magnificarum largitionum erecti, Cæſaris ei dignitatem tribuebant: cujus imagine Romæ pro more exhibita, Maxentius Maximiani Herculii filius, non tolerandum ratus, Conſtantino quidem ex animi ſententia rem ſuccedere, qui muliere non matrona genitus eſſet, ſe vero talis imperatoris filium deſidem hærere domi, aliis paternum imperium obtinentibus: adjunctis ſibi conatus hujus adminiſtris Marcelliano & Marcello, tribunis militum, & Luciano (ſuillæ carnis præbitore, quam fiſcus populo Romano largiebatur) & aulicis præterea militibus (quos prætorianos vocant) in regium ab his ſolium collocatus eſt, magnis

1. Qui Eboraci deceſſit moderati principis fama.

se vicissim muneribus adfecturum pollicitus eos à quibus hoc consequutus esset. Facinus quidem ipsum auspicati sunt, Abellio prius interfecto, quod is præfecti urbi locum obtinens, horum molitionibus adversari visus esset.

Maximianus Gallerius his cognitis, Severum Cæsarem ablegat bellum Maxentio facturum. Eum Mediolano profectum, cum & Maurorum ordinibus accedentem, Maxentius militum animis majori ex parte pecunia corruptis, atque etiam præfecto prætorio Anullino sibi conciliato, nullo negotio vicit. Severus fuga Ravennam elapsus est, urbem munitam & populosam, quæque copiam victus tantam haberet, quanta tum ipsi tum militibus ejus sufficeret. His intellectis, Maximianus Herculius pro filio Maxentio non abs re sollicitus, Lucania relicta, in qua id temporis erat, Ravennam contendebat: quum perspexisset, Severum hac invitum ejici non posse, quod munita foret, & commeatu abundaret: sacramentis circumvento Romam ut iret persuasit. Quo quidem pergens, ubi quendam ad locum venisset quem tres tabernas vocant, ab insidiis, quas eo loco Maxentius collocaverat, adprehensus necatur, cervicibus laqueo fra-

ἀντεβιβάσθη, μεγάλαις ἀμείβεσθαι δωρεαῖς τοὺς τοῦτο δόντας αὐτῷ καταπαγγειλάμενος. ὥρμησαν δὲ ἐπὶ τὴν πρᾶξιν Ἀβελλίου πρότερον ἀναιρεθέντος, ἐπειδὴ τῆς πόλεως ὑπάρχου τόπον ἐπέχων ἔδοξε τοῖς ἐγχειρουμένοις ἐναντιοῦσθαι.

Ταῦτα μαθὼν Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος ἐκπέμπει τὸν Καίσαρα Σεβῆρον πολεμήσοντα Μαξεντίῳ. ἐξορμήσαντα δὲ αὐτὸν τοῦ Μεδιολάνου, καὶ [1] διὰ τῶν Μαυρουσίων ἐλθόντα ταγμάτων, χρήμασι τὸ πολὺ μέρος τῶν σὺν αὐτῷ στρατιωτῶν διαφθείρας Μαξέντιος, ἤδη δὲ καὶ τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον προσποιησάμενος Ἀνουλλῖνον, ἐκράτησε ῥᾷστα Σεβήρου, συμφυγόντος εἰς τὴν Ῥάβενναν, πόλιν ὀχυρωτέραν τε καὶ πολυάνθρωπον, καὶ τροφῶν ἔχουσαν πλῆθος αὐτῷ τε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ στρατιώταις ἀρκοῦν. ταῦτα γνοὺς Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, καὶ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς εἰκότως ἀγωνιῶν Μαξεντίου, τῆς Λουκανίας ἐν ᾗ τότε ἦν ἐξορμήσας, ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ᾔει. συνιδὼν δὲ ὡς οὐκ ἂν ἄκων ταύτης ἐκβληθείη Σεβῆρος ἀσφαλοῦς τε οὔσης καὶ τροφὰς ἐχούσης ἀρκούσας, ὅρκοις ἀπατήσας ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλθεῖν ἔπεισε. διιόντα τοίνυν αὐτὸν, καὶ εἴς τι χωρίον ἐλθόντα, ᾧ Τρία καπηλεῖα προσηγορία, λόχος ἐγκαθεσταθεὶς αὐτόθι παρὰ [2] Μαξεντίου συλλαβὼν καὶ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἀφ-

1. Leg. μετ.
2. Leuncl. legit Μαξιμιανοῦ.

τίσας ἀνεῖλεν. οὐκ ἐνεγκὼν δὲ μετρίως τὰ ἐπὶ τῷ Καίσαρι Σεβήρῳ γενόμενα Μαξιμιανὸς ὁ Γαλέριος, ἐκ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἔγνω παραγενέσθαι, δίκην τὸν Μαξέντιον τῶν ἡμαρτημένων πρέπουσαν ἐπιθεῖναι. γενόμενος δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τοὺς στρατιώτας οὐ πιστῶς περὶ αὐτὸν ἔχειν αἰσθόμενος, ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἀνέζευξε, μάχης οὐδεμιᾶς γενομένης.

Ἐν τούτῳ καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος δυσανασχετῶν ἐπὶ ταῖς κατεχούσαις τὴν πολιτείαν ταραχαῖς, πρὸς Διοκλητιανὸν ἀφικνεῖται, τηνικαῦτα ἐν Καρνούτῳ πόλει Κελτικῇ διατρίβοντα· καὶ πείθειν ἐπιχειρεῖ τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν καὶ μὴ περιϊδεῖν τὴν τοσούτῳ χρόνῳ καὶ πόνοις αὐτῶν περισωθεῖσαν, ἐκδοθῆναι παραφροσύνῃ νεότητι καὶ παρανοίᾳ τῶν 1 εἰσφρησάντων ἑαυτοὺς τῇ βασιλείᾳ, σπαραττομένην. Διοκλητιανοῦ δὲ μὴ θεμένου τοῖς αἰτουμένοις, ἀλλὰ τὴν ἡσυχίαν ἔμπροσθεν ποιησαμένου τοῦ πράγματα ἔχειν, (ἴσως γὰρ καὶ προῄδει τὴν καθεξῆς τὰ πράγματα σύγχυσιν, οἷα καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον ἀεὶ προσκείμενος 2 ἀγχιστείᾳ) διαμαρτὼν τῆς πείρας ὁ Ἑρκούλιος, καὶ μέχρι Ῥαβέννης ἐλθὼν, αὖθις ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἤλαυνεν, ἐντευξόμενος ἐκεῖσε διατρίβοντι Κωνσταντίνῳ. φύσει δὲ ὢν φιλοπράγμων καὶ ἄπιστος, δώσειν ὑποσχόμενος τὴν

ctis. Cæterum Maximianus Gallerius haud æquo ferens animo quæ in Severum Cæsarem designata fuerant: ab oriente Romam eundum statuit, & meritas à Maxentio pœnas exigendas. Ut in Italiam adpulerat, parum fidos erga se militum animos sentiens, ad orientem nullo commisso prœlio rediit.

Tunc & Maximianus Herculius, eas turbas quæ rempublicam vexarent, indigne ferens, ad Diocletianum, id temporis Carnuti (oppidum hoc Celticum est) degentem venit, eique persuadere nititur, imperium resumat, nec id patiatur, tam diuturno tempore tantisque laboribus ipsorum conservatum, insanienti juventæ, ac illorum dementiæ, à quibus occupatum esset, expositum quassari. Sed Diocletiano postulatis ejus non adsentiente, sed negotiorum occupationi quietem anteferente, (nam fortassis etiam rerum perturbationem sequuturam prospiciebat, ut erat vir religionis observantissimus) Herculius eo conatu frustratus, & Ravennam usque progressus, rursum versus Alpes contendit; ut ibi commorantem Constantinum conveniret. Quumque natura curiosus & infidus esset, promissa illi Fausta filia, eoque

1. Verbum hoc ab εἰσφρῶ deducitur per Sync. pro εἰσφέρω.
2. Alii leg. ἁγιστείᾳ.

promiſſo impleto, fallere conabatur hominem, & perſuadere, diſcedentem ex Italia Gallerium Maximianum perſequeretur, & inſidias Maxentio strueret. Ad hæc quum illum obſequentem nactus eſſet, à Conſtantino diſcedens, imperium recuperare nitebatur, ea ſpe quod ad odia mutua Conſtantinum generum & filium Maxentium impulſurus eſſet.

Dum hæc ille molitur, Maximianus Gallerius ex conſuetudine ſuperiorum temporum familiarem ſibi Licinnium, imperatorem creat, quod hujus opera bello Maxentium perſequi cogitaret. Poſteaquam Gallerius hæc agitans conſilia, ex incurabili vulnere vitam cum morte commutaſſet, imperium Licinnius quoque ſibi vindicabat. Eidem recuperando, ceu diximus, intentus Maximianus Herculius, ut milites à benevolentia & ſtudiis erga Maxentium alienaret, operam dabat. At quum is largitionibus, & miſeris ſupplicationibus, ſuas in partes eos pertraxiſſet, Conſtantino ſtruere nitebatur inſidias, eorum opera militum quos ille penes ſe habebat. Verum, quod Fauſta conatum illius antevertiſſet, ac rem totam Conſtantino indicaſſet, in deſperationem rerum omnium adductus Herculius, apud Tarſum morbo extinguitur.

θυγατέρα Φαῦσταν αὐτῷ, καὶ τὴν ὑπόσχεσιν αὐτῷ πληρώσας, παράγειν ἐπεχείρει καὶ πείθειν, ὡς ἂν διώκοι μὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀναχωροῦντα Γαλλέριον Μαξιμιανὸν, ἐπιβουλεύοι δὲ Μαξεντίῳ. ὡς ἔχων δὲ πρὸς ταῦτα πειθήνιον, ἀνεχώρει μὲν τῆς Κωνσταντίνου, τὴν δὲ βασιλείαν ἀναλαβεῖν αὖθις ἐσπούδαζεν, ἐλπίδι τοῦ καὶ Κωνσταντῖνον τὸν κηδεστὴν καὶ τὸν υἱὸν Μαξέντιον κακῶς διαθήσειν.

ficari; omnes, quoſcumque vivos reperiſſent, tradituros ſe polliciti, patrium eo nomine jusjurandum præſtiterunt.

Quod ubi factum fuiſſet, tantaque captivorum multitudo reddita, quantam erat veriſimile de quadraginta per vim captis urbibus fuiſse coactam: Cæſar quid ageret, ambigebat; qui & oppida funditus deleta cerneret, & relictam non exiguo tempore terram prorſus incultam, & reſtitutos à Barbaris egentes annonæ non exiguæ; quæ vicinis ab urbibus ſuppeditari propterea non poterat, quod & ipſæ Barbarorum graſſationis expertes non fuiſsent, & annonæ ſatis magnam copiam non haberent. Itaque quum ignoraret, quo pacto præſenti rerum ſtatui conſuleret: hujuſmodi quiddam machinatur. Ad extremos Germaniæ limites, ubi Gallicæ cujuſdam nationis ſedes ſunt, Rhenus in Atlanticum mare ſemet exonerat. Ab eo litore nongentis inſula Britannica ſtadiis diſtat. Itaque collectis lignis ex iis ſilvis, quæ ſilvæ flumini adjacent, octingentas naves lembis majores ſtruxit. His in Britanniam miſſis, frumentum adferri curat, ejuſque fluvialibus navigiis adverſo Rheno ſubvehendi rationem invenit. Quo ſæpius iterato, quod navigatio brevis eſſet, abunde præbuit iis, quos opidis ſuis reſtituerat, unde partim victitarent, partim ſementem facerent, ad meſſem

usque commeatum haberent. Atque has res gessit, quum prope necdum vigesimum & quintum ætatis annum adtigisset

Quumque milites animis in eum benevolis essent, propter frugalitatem in victu, & virilem in bellis animum, & captandis lucris continentiam, & propter virtutes denique cæteras, quibus omnes, prope dixerim, sui seculi homines superabat: invidia Constantius, ob res præclare gestas à Juliano, tactus; ratusque sagacitatem Salustii, qui unus ex adtributis ei consiliariis erat, tantam illi bellicis in rebus, & administratione reliqua, gloriam conciliare; hunc ipsum arcessit, velut orientalibus præficiendum. Dimisit hominem non invite Julianus, quod omnibus in rebus obsequi Constantio decrevisset: nihiloque minus omnia Cæsari commissa cottidie, prope dixerim, non exiguum quoddam incrementum sumebant, dum numero milites, & usu rerum bellicarum augescerent; oppidaque pace pariter, ac bonis è pace provenientibus, fruerentur.

Omnes jam propemodum in iis locis Barbari spem omnem abjecerant. tantumque non ad internecionem perituras existimabant suorum reliquias; quum Saxones, omnium eas

δὲ ἐπεπράξεν οὔπω σχεδὸν εἰς πέμπτον καὶ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίας ἐνιαυτὸν προελθών.

Ἐχόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν πρὸς αὐτὸν εὐμενῶς διά τε τὴν τοῦ βίου 1 λιτότητα, καὶ τὸ περὶ τοὺς πολέμους ἀνδρεῖον, καὶ περὶ χρηματισμὸν ἐγκρατὲς, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, ἐν αἷς πάντας ὡς εἰπεῖν τοὺς καθ' αὐτὸν ἀνθρώπους ὑπερεβάλλετο· φθόνῳ βληθεὶς ὁ Κωνστάντιος ἐπὶ τοῖς Ἰουλιανοῦ κατορθώμασιν, οἰηθεὶς δὲ τὴν Σαλουστίου, τῶν δεδομένων αὐτῷ συμβούλων ἑνὸς, ἀγχίνοιαν αἰτίαν αὐτῷ τῆς τοσαύτης εἶναι περὶ τὰ πολέμια καὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν δόξης, μεταπέμπεται τοῦτον, ὡς ἤδη τοῖς κατὰ τὴν ἑῴαν αὐτὸν ἐπιστήσων. ἑτοίμως δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ τοῦτον ἀφέντος, (ἐγνώκει γὰρ ἐν ἅπασι Κωνσταντίῳ πειθήνιος εἶναι) τὰ μὲν ἐπιτετραμμένα πάντα τῷ Καίσαρι καθεκάστην (ὡς εἰπεῖν) ἐλάμβανεν οὐκ ὀλίγην ἐπίδοσιν, τῶν στρατιωτῶν αὐξανομένων πλήθει καὶ πολεμικαῖς ἐμπειρίαις, τῶν πόλεων ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀπολαύσει τῶν ἀπὸ ταύτης οὐσῶν ἀγαθῶν

Πάντων δὲ (ὡς εἰπεῖν) τῶν αὐτόθι Βαρβάρων ἀπογνόντων ἐλπίδι πάσῃ, καὶ ὅσον οὐδέπω τοὺς ἔτι περιλελειμμένους ἀπολεῖσθαι πανωλεθρίᾳ προσδοκησάντων, Σάξονες, οἱ πάν-

1. Hasce frugalitatis minutias mire affectavit Julianus, ita ut tonsorem & coquum dimitteret quod essent πολυτελῶς ἐσταλμένοι. Ταῦτα δὲ, inquit Zonaras, ἐποίει δόξαν θηρῶν ἐκ τοῦ δοκεῖν ἀπέριττος καὶ ὅλως φιλόσοφος.

των δὴ καρτερώτατοι τῶν ἐκεῖσε νεμομένων Βαρβάρων, θυμῷ καὶ ῥώμῃ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας, εἶναι νομίζοντες, Κουάδους, μοῖραν σφῶν ὄντας, εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων κατεχομένην ἐκπέμπουσι γῆν. οἱ δὲ, ὑπὸ Φράγκων ὁμόρων αὐτοῖς ὄντων κωλυόμενοι διαβῆναι, δέει τοῦ μὴ τῷ Καίσαρι δοῦναι δικαίαν αἰτίαν τῆς κατ᾽ αὐτῶν αὖθις ἐφόδου, πλοῖα ναυπηγησάμενοι, καὶ διὰ τοῦ Ῥήνου τὴν ὑπὸ Φράγκων ἐχομένην παραμειβόμενοι γῆν, ἐπὶ τὴν ὑπήκοον Ῥωμαίοις [1] ὡρμίσθησαν· καὶ τῇ Βαταβίᾳ προσχόντες, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, τὸ Σαλίων ἔθνος, Φράγκων ἀπόμοιρον, ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ὑπὸ Σαξόνων εἰς ταύτην τὴν νῆσον ἀπελαθέντας, ἐξέβαλλον. αὕτη δὲ ἡ νῆσος, οὖσα πρότερον πᾶσα Ῥωμαίων, τότε ὑπὸ Σαλίων κατείχετο. τοῦτο μαθὼν ὁ Καῖσαρ, ἀντεποίει μὲν τοῖς Κουάδοις· παρεγγυᾷ δὲ τῷ στρατῷ, τούτοις μὲν κατὰ τὸ καρτερὸν διαμάχεσθαι, Σαλίων δὲ μηδένα κτείνειν, ἢ κωλύειν ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ὅρια διαβαίνειν, οἷα μὴ ὡς πολεμίους ἐφισταμένους τῇ χώρᾳ, ἀνάγκῃ δὲ τῇ παρὰ Κουάδων ἐλαύνεσθαι.

Ταύτης αἰσθόμενοι τοῦ Καίσαρος τῆς φιλανθρωπίας οἱ Σάλιοι, οἱ μὲν, ἀπὸ τῆς νήσου μετὰ τοῦ σφῶν βασι-

regiones incolentium Barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in prœliis tolerantia, fortiſſimi habiti; Quados, nationis ſuæ partem, in ſolum ab Romanis occupatum emittunt. At finitimis Francis eos tranſitu prohibentibus, qui metuerent, ne juſtam Cæſari cauſam præberent, ſe rurſus invadendi: navibus conſtructis, Rheno prætervecti parentem Francorum imperio regionem, in Romani juris ſolum contenderunt: & adpulſis ad Bataviam navibus, quam diviſus Rhenus inſulam efficit, quavis inſula fluminea majorem, Saliorum nationem, Francorum à parte profectam, & vi Saxonum in hanc inſulam ſuis è ſedibus rejectam, expulerunt. Hæc inſula prius Romanis in univerſum parens, à Saliis hoc tempore poſſidebatur. Cæſar, ea re cognita, Quados ille quidem viciſſim adgrediebatur: ſed juſſo prius exercitu cum Quadis acriter dimicare, Saliorum neminem occidere, nec prohibere, quo minus in Romanorum fines illi tranſirent; quod non ut hoſtes Romanam regionem peterent, ſed per vim & coactionem à Quadis pellerentur.

Hac animadverſa Cæſaris humanitate Salii, partim ex inſula cum rege ſuo Romanum in

1. Ὡρμήθησαν aptius legi poſſe contendunt nonnulli. Sed [προσχόντες] quod proxime ſequitur, in ſuo loco tuetur [ὡρμίσθησαν]

ſolum transjiciebant, partim ad limites inita fuga ſe conferebant; omnes Cæſari ſupplices facti, ſponte ſua ſe, cum rebus ſuis, ejus fidei permittebant.

Cæſar, non jam ad bellum gerendum promtos & audentes amplius Barbaros videns, ſed clandeſtinis incurſionibus & latrociniis intentos, haud levibus inde malis ac detrimentis regionem adficere: quid ageret dubius, hanc artem Barbarorum prudenti ſtrategemate viciſſim ultus eſt. Erat quidam, vaſto ſupra cæteros omnes corpore, cui corporis magnitudini virilis animus reſpondebat. Huic natione Barbaro, cæteriſque cum Barbaris latrociniis adſueto, viſum eſt, relictis ſedibus patriis, ad ſubjectos Romanis Celtas migrare. Quumque Treviris ad aliquod tempus hæreret, quæ urbs tranſalpinarum gentium maxima eſt, ac tranſrhenanos Barbaros videret urbes in adverſa Rheni ripa ſitas incurſionibus vexare, omniumque fortunas nullo prohibente rapere; quod ſane tum temporis accidit, quum necdum Julianus Cæſaris poteſtatem nactus eſſet, de tuendis quidem opidis cogitabat; ſed,

λέως εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐπαρχοῦσαν γῆν· οἱ δὲ συμφυγόντες εἰς [1] τὰ ὄρη κατέφευγον, ἱκέται τοῦ Καίσαρος ἅπαντες καθιστάμενοι, καὶ ἐθελοντὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐνδιδόντες.

Ὁ δὲ, πρὸς μὲν πόλεμον οὐδένα θαρροῦντας ἔτι τοὺς Βαρβάρους ὁρῶν, ἐφόδοις δὲ λαθραίαις καὶ λῃστείαις προσέχοντας, οὐ μικρὰ τὴν οὐδὲ τὰ τυχόντα ἐκ τούτου τὴν χώραν ἐργαζομένους κακά· καὶ ἀπορῶν ὅ,τι πράξειεν, ἔμφρονι στρατηγήματι ταύτην μετῆλθε τὴν Βαρβάρων τὴν τέχνην. ἀνήρ τις ἦν, μέγεθος σώματος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἔχων, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἀνάλογον τῷ σώματι. τούτῳ Βαρβάρῳ τὸ γένος ὄντι, καὶ λῃστεύειν σὺν αὐτοῖς εἰωθότι, παρέστη, τὰ οἰκεῖα ἤδη καταλιπόντι, πρὸς τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίοις Κελτοὺς μεταστῆναι. διατρίβων οὖν ἀπὸ χρόνου τινὸς ἐν Τριβέροις, (ἔστι δὲ αὕτη πόλις μεγίστη τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν) ἐπειδὴ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βαρβάροις ἑώρα τὰς τῇδε κατατρέχοντας πόλεις, καὶ τὰ πάντων ἀκωλύτως ληϊζομένους, ὅτε τὴν [2] τοῦ Καίσαρος οὔπω Ἰουλιανὸς εἶχεν ἀρχὴν, ἀμύνειν μὲν διενοεῖτο ταῖς πόλεσιν· οὐκ ἔχων δὲ παρρησίαν, οἷα νόμου μη-

1. *Τὰ ὅρια. Leuncl.*

2. Adverſatur ſibi Zoſimus, cum enim Julianum ab Athenis accerſitum ac ſubinde Cæſarem renunciatum jam ſtatim affirmaverit, non potuit alio titulo quam *Cæſaris* hanc provinciam adminiſtrare. Quod ſi hoc accideret antequam factus eſſet Cæſar, certe Juliano fere adhuc impubere eveniat neceſſe eſt, cum vel fatente Zoſimo nondum impleverit 25. ætatis annum cum Alamannos *etiam Cæſar* debellaſſet.

δεῖς

ντος αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν ἐπιτρέψαντος, τὴν μὲν ἀρχὴν μόνος εἰς τὰ δασύτατα κρυπτόμενος τῶν ὑλῶν, ἐκαραδόκει τὰς τῶν Βαρβάρων ἐφόδους· καὶ νυκτὸς ἐπιὼν ἤδη παρειμένοις μέθῃ καὶ ὕπνῳ, κεφαλὰς ὅσων οἷός τε ἦν Βαρβάρων ἀπέτεμε, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει φέρων, ἐδείκνυ. συνεχῶς δὲ τοῦτο ποιῶν, ὄκνον οὐκ ὀλίγον ἐποίησε τοῖς Βαρβάροις, ἀγνοοῦσι μὲν τὸ γινόμενον, τοῦ δὲ καθ' ἑκάστην (ὡς εἰπεῖν) ἐλαττοῦσθαι, τοῦ κακοῦ συναισθανομένοις. ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλοι συνεμίγησαν τούτῳ λῃσταὶ, καὶ καθ' ἕνα συνιόντες, πλῆθος γεγόνασι, τότε δὴ τῷ Καίσαρι προσελθὼν ὁ Χαριέττων, (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ ταύτην εὑρόντι πρώτῳ κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐπιβουλὴν) ἀναφαίνει τὸ πρότερον οὔπω πολλοῖς ἐγνωσμένον. ὁ δὲ Καίσαρ, ἐπειδὴ μὴ ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ διὰ τοῦ στρατοπέδου ταῖς ἐν νυκτὶ τῶν Βαρβάρων λαθραίαις ἐφόδοις ἐπεξιέναι, (κατ' ὀλίγους γὰρ, καὶ ἐν πολλοῖς ἑαυτοὺς διασπείραντες, ἐλῄστευον· ἡμέρας δὲ γινομένης, οὐδένα θεάσασθαι παντάπασιν ἦν· ἐν γὰρ τοῖς περὶ τοὺς ἀγροὺς δρυμοῖς ἀπεκρύπτοντο, σιτούμενοι τὰ ἐκ τῆς λῃστείας αὐτοῖς προσγινόμενα) τὸ δυσχείρωτον τῶν πολεμίων λαβὼν κατὰ νοῦν, εἰς ἀνάγκην κατέστη τοῦ μὴ στρατοπέδῳ μόνον· ἀλλὰ καὶ λῃστικῷ συστήματι τοὺς λῃστὰς μετελθεῖν.

quod ejusmodi quid ipse moliri non auderet, cui nulla lex, ut id faceret, permisisset; initio solus in densissimas silvas abditus, Barbarorum impressiones opperiebatur; eosque noctu adgressus, ubi temulentia & somno jam consopiti jacebant, capita quotquot poterat, abscindebat; & in urbem adlata, civibus ostendebat. Id institutum continuans, metum & cunctationem Barbaris non exiguam injiciebat; ignorantibus quidem illis id, quod fieret; sed ipsum tamen detrimentum ex eo deprehendentibus, quod in singulos prope dies eorum copiæ deminuerentur. Quum autem & alii latrones cum eo se conjunxissent, & singillatim collecti, quandam ad multitudinem excrevissent: tum vero Charietto (nam hoc nomen erat ei, qui primus insidias halce contra Barbaros excogitaverat) adito Cæsare, rem ei, non multis antea cognitam, aperit. Cæsar, cui facile non esset, cum exercitu nocturnas & clandestinas Barbarorum incursiones coercere; (nam exiguo numero, multisque locis dispersi, latrocinabantur: & ubi dies illuxisset, neminem omnino videre erat, quod in saltus agris vicinos semet abderent, ex iis victitantes quæ hoc latrocinio adquirerent) quum ad animum revocasset, quam difficulter hostes domiturus esset; ad eam redactus est necessitatem, ut non exercitu tantum, sed etiam latronum globo quodam latrones persequendos statueret.

Quam-

Quamobrem Chariettone cum ſuis recepto, & iiſdem è Saliorum numero compluribus adjunctis: hos noctu, velut exercitos latrociniis, in latrocinantes Quados emittebat. interdiu diſpoſitas ſub dio militum ſtationes habebat, & omnes, qui latronum manus evadere potuerant, trucidabat. Id facere non deſinebat, donec Quadi maximas ad anguſtias redacti, deque multis pauci facti, cum duce ſuo Cæſari ſe dederent: qui & magnam ſuperioribus impreſſionibus captivorum multitudinem adeptus fuerat, & inter alios, ipſum quoque regis filium, à Chariettone captum, habebat. Quum miſerabilem in modum ſupplices factos, obſides dare juberet, homines quoſdam nobiles, & in his ipſum regis filium: dux Barbarorum, lamentatione maxime miſerabili ſublata, cum lacrymis dejerabat; inter alios, & filium ſibi periiſſe. Quamobrem paternas miſeratus lacrymas Cæſar, filium ei commonſtrat, qui delicate alebatur: ſimulque profeſſus, eum ſe obſidis habere loco, deque numero nobilium aliis quoque præter hunc obſidibus acceptis, pacem ipſis ea largitus eſt lege, ne contra Romanos unquam arma caperent.

His rebus ita conſtitutis, & Salios Cæſar, & Quadorum partem. & quoſdam incolentes inſulam Batauniam, legionibus

Ἀποδεξάμενος οὖν τὸν Χαριέττωνα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, συνάψας τε αὐτοῖς τῶν Σαλίων πολλοὺς, νυκτὸς μὲν αὐτοὺς λῃστεύουσι τοῖς Κουάδοις, οἷα μεμελετημένους λῃστείαις, ἔπεμπεν· ἡμέρας δὲ οὔσης, ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἔταττε τὰ στρατόπεδα, καὶ πάντας, ὅσοι τὸ λῃστικὸν οἷοί τε ἐγίνοντο διαφυγεῖν, ἔκτεινε. τοῦτο δὲ ποιῶν διετέλεσεν, ἕως ὅτε καταστάντες εἰς ἐσχάτην στενοχωρίαν οἱ Κουάδοι, καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι γενόμενοι, προσεχώρησαν, ἅμα τῷ σφῶν ἡγουμένῳ, τῷ Καίσαρι, πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων ἤδη συλλαβόντι κατὰ τὰς προτέρας ἐφόδους, καὶ τὸν τοῦ βασιλέως παῖδα, παρὰ Χαριέττωνος εἰλημμένον. ἐπεὶ δὲ ἱκετηρίας αὐτοὺς ἐλεεινῶς προτεινομένους, ὁμήρους ἀπῄτει τῶν ἐπισήμων τινὰς, καὶ τούτοις ἅμα τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν, εἰς θρῆνον οἰκτρότατον καταστὰς ὁ τῶν βαρβάρων ἡγούμενος, ὤμνυε δακρύων, ὡς ἀπόλοιτο μετὰ τῶν ἄλλων αὐτῷ καὶ ὁ υἱός. τότε τοίνυν ἐλεήσας ὁ Καῖσαρ δάκρυα πατρὸς, τὸν μὲν παῖδα αὐτῷ δείκνυσιν ἐν εὐπαθείᾳ τρεφόμενον· καὶ φήσας ἔχειν ἐν ὁμήρου τάξει, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν εὖ γεγονότων ἄλλους ὁμήρους λαβὼν, ἐφιλοτιμήσατο τὴν εἰρήνην, ἐφ' ᾧ μηδέ ποτε κατὰ Ῥωμαίων χεῖρας ἆραι.

Ταῦτα οὕτω διαθεὶς ὁ Καῖσαρ, Σαλίους τε καὶ Κουάδων μοῖραν, καὶ τῶν ἐν τῇ [1] Βαταυνίᾳ νήσῳ τινὰς, τά-

1. Leg. Βαταυΐᾳ ſeu Βαταβίᾳ.

γμασιν ἐγκατέλεξεν, ἃ καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἔτι δοκεῖ περισώζεσθαι. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς ἦν κατὰ τὴν ἑῴαν τὰ Περσῶν ἔχων ἐν φροντίδι μόνα, καὶ τοῖς ἐκεῖσε πολέμοις ἐγκαρτερῶν. τά τε γὰρ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη καλῶς εἶχεν αὐτῷ, τῇ τοῦ Καίσαρος κυβερνώμενα προνοίᾳ· καὶ Ἰταλία πᾶσα καὶ Ἰλλυριοὶ κίνδυνον εἶχον οὐδένα, τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Βαρβάρων, δέει τοῦ μὴ διὰ Γαλατίας τὸν Καίσαρα διαβάντα τὸν Ἴστρον, αὐτοῖς ἐπελθεῖν, σωφρονούντων. Κωνσταντίου τοίνυν ἐν τούτοις ὄντος, οἱ Πέρσαι, Σαπώρην ἔχοντες βασιλέα, τὰ περὶ τὴν μέσην ἐλῄζοντο τῶν ποταμῶν· καὶ τὰ περὶ τὴν Νίσιβιν ἅπαντα καταστρεψάμενοι, καὶ αὐτὴν ἤδη πάσῃ δυνάμει τὴν πόλιν ἐπολιόρκουν. τοῦ δὲ στρατηγοῦ Λουκιλλιανοῦ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀρκέσαντος, καὶ νῦν μὲν τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης ὀρθῶς χρησαμένου, νῦν δὲ καὶ στρατηγήμασιν, ἡ μὲν πόλις τὰ περιστάντα διέφυγεν, εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσα κινδύνου. τὸ δὲ ὅπως, περιττὸν ἡγησάμην διεξελθεῖν, αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐν ἰδίᾳ συγγραφῇ πάντα ἀφηγησαμένου τὰ τότε πραχθέντα· ἅπερ ἔστιν εἰς χεῖρας λαβόντα, τῆς ἐν λόγοις ἄκρας τοῦ ἀνδρὸς συνιδεῖν ἀρετήν.

Δοκούντων δὲ εἶναι τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν ἐν ἡσυχίᾳ, καὶ τῶν τοῦ Καί-

adſcripſit: quorum ordines noſtro quoque tempore ſuperſtites eſse videntur. Per eadem tempora Conſtantius Imperator in oriente de ſolis rebus Perſicis ſolicitus, eorum locorum bellis intentus erat. Nam & bene tranſalpinarum conſtitutæ res erant gentium, quæ providentia Cæſaris adminiſtrarentur; & Italia tota, cum Illyriis, extra omne poſita erat periculum, propterea quod trans Iſtrum habitantes Barbari præ metu, ne per Galliam profectus Cæſar, Iſtrum tranſjiceret, & ipſos adoriretur; intra modeſtiæ fines ſe continebant. Quum igitur in his occupatus eſſet Conſtantius, Perſæ qui Saporem habebant regem, Meſopotamiam infeſtis graſsationibus vexabant, & vaſtatis omnibus ad Niſibim ſitis, urbem ipſam totis viribus obſidebant. Sed quum dux Lucillianus obſidioni ſuſtinendæ idoneus, partim oblatis forte fortuna occaſionibus, partim ſtrategematis recte fuiſset uſus: urbs imminentibus malis eſt erepta, licet extremum in diſcrimen adducta fuiſset. Id autem quo modo factum ſit, à me commemorari, ſupervacaneum duxi: quum ipſe Cæſar omnia, tum temporis geſta, peculiari ſcripto quodam expoſuerit. Ea vero ſi quis in manus ſumſerit, hujus viri ſummam in dicendo vim perſpiciet.

Cæterum ubi jam in tranquillo res orientis poſitæ viderentur, & præclara facta Cæſaris

omnibus

omnibus essent in ore: gravi quadam invidia correptus est Constantius. Ideoque propter rerum omnium prosperos apud Celtas & Hispanos successus, quosdam animi morsus sentiens, occasiones captabat, quibus occasionibus paullatim, & animadvertente nemine, Cæsaris vires imminuere posset, & hoc modo dignitatem ei suam adimere. Quapropter ad eum mittit, & ad se legiones duas Celticorum militum ablegari mandat; quasi eorum auxiliis ipse indigeret. Huic mandato quum statim Julianus satisfecisset, partim quod institutum ipsius ignoraret, partim ne quam occasionem ei succensendi præberet: nihilo minus omnem curam ac diligentiam rebus Celticis adhibebat, in dies augescentibus militum copiis, & habitantibus ad extremos limites Barbaris perterrefactis, deque bello inferendo ne per somnium quidem cogitantibus. Constantius autem & alios militum ordines à Cæsare sibi mitti postulabat: & impetrato, quod petierat, non multo post alias quatuor alas ad se transmitti jubebat. Statim militibus significat Cæsar, ad profectionem se compararent. Hærente vero Juliano Parisii, quod oppidulum est Germaniæ, quum milites ad iter instructi, propter ejus loci prætorium multam in noctem cenarent, nihil de iis consiliis omnino cogitantes, quæ adversus Cæsarem

σαρος κατορθωμάτων ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ὄντων, δεινῶς ὁ Κωνστάντιος συνεστάλη τῷ φθόνῳ. τῇ δὲ τῶν ἐν Κελτοῖς τε καὶ Ἴβηρσι πραγμάτων εὐημερείᾳ δακνόμενος, ἐμηχανᾶτο προφάσεις, δι' ὧν ἂν δυνηθείη κατὰ βραχὺ καὶ ἀνεπαισθήτως τὰς τοῦ Καίσαρος ἐλαττῶσαι δυνάμεις, οὕτω τε τῆς ἀξίας αὐτὸν παραλῦσαι. πέμπει τοίνυν εἰς αὐτὸν, τάγματα δύο τῶν ἐν Κελτοῖς στρατιωτῶν, ἐκπεμφθῆναι κελεύων, ὡς δὴ τῆς ἀπὸ τούτων δεόμενος βοηθείας. Ἰουλιανοῦ δὲ, ἀγνοίᾳ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως, καὶ ἅμα διὰ τὸ μὴ πρόφασιν ὀργῆς αὐτῷ δοῦναι, τὸ ἐπίταγμα παραχρῆμα πληρώσαντος, τὰ μὲν ἐν Κελτοῖς ἠξιοῦτο πάσης ἐπιμελείας, τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ τὸ συνεχὲς αὐξομένου, καὶ τῶν παροικούντων ταῖς ἐσχατιαῖς Βαρβάρων καταπεπληχότων, καὶ πόλεμον μὲν οὐδὲ ὄναρ ἐνθυμουμένων. Κωνστάντιος δὲ καὶ ἕτερα τάγματα στρατιωτικὰ πεμφθῆναί οἱ παρὰ τοῦ Καίσαρος ᾔτει. καὶ τυχὼν τῆς αἰτήσεως, δ' ἤγας μετ' οὐ πολὺ τέσσαρας ἴλας ὡς αὐτὸν ἐκέλευεν ἐκπεμφθῆναι. καὶ παραχρῆμα παρασκευάζεσθαι πρὸς ἐκδημίαν ὁ Καῖσαρ τοῖς στρατιώταις ἐσήμαινεν. Ἰουλιανοῦ δὲ ἐν τῷ Παρισίῳ ([1] Γερμανίας δὲ αὕτη πολίχνη) διατρίβοντος, ὡς δὴ πρὸς ἐκδημίαν εὐτρεπεῖς ὄντες οἱ στρατιῶται, νυκτὸς ἄχρι βαθείας ἐδείπνουν

1. Hoc nomine includit Galliam Celticam.

περὶ

περὶ τὰ αὐτόθι βασίλεια τῶν βουλευομένων κατὰ τοῦ Καίσαρος οὐδὲν ἐν λογιζόμενοι. τῶν δὲ ταξιαρχῶν τινὲς τὸ πάλαι κατ' αὐτοῦ μηχανώμενον, ἐπὶ τῶν πραγμάτων εὗρον ἀληθές· καὶ ἀνώνυμα γραμμάτια τῶν στρατιωτῶν ἐν μέσῳ κατὰ τὸ λῆθος διαρρίψαντες, ἐδήλουν διὰ τούτων ὡς ὁ Καῖσαρ, ὁ δοὺς ἅπασιν (ὡς εἰπεῖν) τὸ κατὰ Βαρβάρων τρόπαια στῆσαι διὰ τῶν οἰκείων στρατηγημάτων, καὶ μηδέν τι τῶν καθ' ἕκαστον ἐν τῷ μάχεσθαι διαμαρτάνων, εἰς ἔσχατον ἥξει κινδύνου, κατὰ βραχὺ τοῦ βασιλέως τὴν αὐτοῦ δύναμιν ὑποκλέπτοντος, εἰ μὴ συνδραμόντες ἅπαντες ὁμοῦ τὴν τῶν στρατιωτῶν κωλύσαιεν ἐκδημίαν. ταῦτα τὰ γραμμάτια διεσπαρμένα τινὲς τῶν στρατιωτῶν ἀναγνόντες, καὶ εἰς τὸ πλῆθος τὸ μελετώμενον ἐνεγκόντες, ἐξηρέθισαν ἅπαντας εἰς ὀργήν. καὶ ἀναστάντες ἐκ τοῦ τόπου σὺν θορύβῳ πολλῷ, τῶν κυλίκων ἐν ταῖς χερσὶν ἔτι κειμένων, ὥρμησαν ἐπὶ τὰ βασίλεια· διαρρήξαντές τε τὰς θύρας σὺν οὐδενὶ κόσμῳ, κατάγουσι δημοσίᾳ τὸν Καίσαρα· καὶ ἐπί τινος ἀσπίδος μετέωρον ἄραντες, ἀνεῖπόν τε σεβαστὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἐπέθεσαν σὺν βίᾳ τὸ [1] διάδημα τῇ κεφαλῇ.

Ὁ δέ, δυσαναχετῶν μὲν ἐπὶ τῷ γεγονότι, τὸ δὲ ἀνακαλέσασθαι τὸ πραχθὲν οὐδεμίαν οἰηθεὶς ἔχειν ἀ-

inirentur: tribuni quidam, qui reapſe verum comperiſſent id, quod jam olim in eum cuderetur, libellos quoſdam ab incertis profectos auctoribus, inter milites clanculum hinc inde rejiciunt; iiſque futurum ſignificant, ut Cæſar, qui ſtrategematis ſuis efficeret, ut propemodum omnes ipſi tropæa de Barbaris ſtatuerent, & qui nihil à privato milite, quoties dimicandum eſſet, differret, extremum in periculum conjiciatur, Imperatore paulatim copias ejus ſuffurante; niſi omnes, concurſu facto, militum profectionem impedirent. Hos ita ſparſos libellos ubi militum plerique legiſſent, & de re tota, quæ tractaretur, ad multitudinem retuliſſent; univerſos ad iram concitarunt. Quumque non ſine magno tumultu de loco ſurrexiſſent, ipſoſque calices manibus adhuc tenerent, ad prætorium contenderunt: perruptiſque nullo ordine foribus, Cæſarem in publicum deducunt; & ſublimem in ſcutum quoddam elatum, Imperatorem auguſtum adpellant, & vi diadema capiti ejus imponunt.

Cæſar, ægre quidem, quod accidiſſet, ferens; revocari tamen, quod actum fuerat, tuto non poſſe ratus; quando Con-

1. In hoc tumultu cum diadema, quod imponerent milites, non ſuccurreret faſciâ muliebri Juliani caput devincturi erant, niſi factum improbaſſet Julianus, ne forte in omen cederet.

ſtantius nec ſacramentis ullis, nec pactis conventis ſtaret, aut ullam aliam fidei religionem inter homines ſacram, ſervaret; nihilominus animum ejus tentandum putabat. Ideoque miſſis legatis, præter voluntatem & ſententiam animi ſui, ſe declaratum Imperatorem aiebat. Ac, ſi quidem ita Conſtantio videretur, paratum ſe dicebat eſſe, ut diademate poſito, Cæſaris dignitatem retineret. Sed Conſtantius tantam ad iracundiam & adrogantiam provectus eſt, ut legatis diceret: par eſſe, Julianum, ſi vitam ſibi caram duceret, una cum imperio, Cæſaris etiam habitum ponere; privatæque vitæ reſtitutum, Imperatoris ſe voluntati permittere. Nec enim vel grave quidquam perpeſſurum, vel iis dignum, quæ tentare fuiſſet auſus. Quum hæc Julianus ex legatis audiſſet, palam animi ſui de numine ſententiam oſtendit: aperte proloquutus, audientibus univerſis: potius ſe diis, quam Conſtantii verbis, ſeque vitamque ſuam permiſſurum. Hinc jam omnibus infeſtus Conſtantii erga Julianum animus patuit. Et Conſtantius quidem ad civile bellum ſe comparabat. Juliani vero mentem, propter ea quæ acciderant, hoc potiſſimum cruciabat; quod bellum cum eo geſturus, qui Cæſaris ei poteſtatem tribuerat, apud multos opinionem hominis ingrati de ſe concitaturus eſſet.

σφάλειαν, Κωνσταντίῳ μήτε ὅρκοις ἐμμένοντι μήτε συνθήκαις, ἢ ἄλλην τινὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις πίστιν φυλάττοντι, ὅμως ἐπειρᾶτο τῆς αὐτοῦ γνώμης· καὶ πρέσβεις ἐκπέμψας, παρὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσίν τε καὶ γνώμην ἔφη προβῆναι τὰ τῆς ἀναῤῥήσεως. οἷς εἰ παράγοι γνώμην, ἕτοιμος ἔφασκεν εἶναι τὴν τοῦ Καίσαρος ἔχειν ἀξίαν, ἀποθέμενος τὸ διάδημα. Κωνστάντιος δὲ εἰς τοσοῦτον ὀργῆς τε καὶ ἀλαζονίας ἠνέχθη, ὥστε πρὸς τοὺς πρέσβεις εἰπεῖν, ὡς προσήκει Ἰουλιανὸν τοῦ ζῆν ἀντεχόμενον, ἀποθέσθαι πρὸς τῇ βασιλείᾳ καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα· καταστάντα δὲ ἰδιώτην, ἑαυτὸν τῇ προαιρέσει τοῦ βασιλέως ἐκδοῦναι. μηδὲ γὰρ πείσεσθαί τι δεινὸν, μηδὲ ἄξιον ὧν ἐτόλμησε. Ταῦτα ἀκηκοὼς Ἰουλιανὸς παρὰ τῶν πρέσβεων, εἰς τὸ ἐμφανὲς ἔδειξεν ἣν εἶχε περὶ τὸ θεῖον προαίρεσιν, ἄντικρυς εἰς ἐπήκοον πάντων εἰπὼν, ὡς τοῖς θεοῖς ἄμεινον, ἢ τοῖς Κωνσταντίου λόγοις ἑαυτόν τε καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐκδοῦναι. Ἐντεῦθεν ἅπασι φανερὰ γέγονεν ἡ πρὸς Ἰουλιανὸν Κωνσταντίου δυσμένεια. καὶ Κωνστάντιος μὲν πρὸς ἐμφύλιον παρεσκευάζετο πόλεμον· Ἰουλιανῷ δὲ, δυσχεραίνειν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, ἐπῄει, ὡς εἰ μέλλοι τῷ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ δεδωκότι τοῦ Καίσαρος, πολεμεῖν, ἀχαρίστου παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀποίσεται δόξαν.

Οτι

Ὄντι δὲ περὶ ταῦτα, καὶ πᾶσαν γνώμην ἀνακυκλοῦντι, σφόδρα τε ὀκνηρῶς ἔχοντι πρὸς ἐμφύλιον πόλεμον, ἔδειξε δι' ἐνυπνίου τὸ θεῖον αὐτῷ τὸ ἐσόμενον. ἐν Βιέννῃ γὰρ διατρίβοντι κατ' ὄναρ ὁ ἥλιος ἐδόκει δεικνύναι τοὺς ἀστέρας αὐτῷ, λέγειν τε ταῦτα τὰ ἔπη.

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα πέλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
Παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ [1] πέντε
Εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης,
Τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Τούτῳ τῷ ἐνυπνίῳ θαῤῥήσας, εἴχετο μὲν, κατὰ τὸ συνήθες αὐτῷ, τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐπιμελείας. ἐπεὶ δὲ ἦν ἔτι χειμὼν, τὰ μὲν ὅσα περὶ τοὺς Βαρβάρους, τῆς δεούσης ἠξιοῦτο προνοίας· ὥστε, εἰ δεήσει καὶ τῶν ἄλλων αὐτὸν ἀντιλαβέσθαι πραγμάτων, ἐν ἀσφαλείᾳ πάσῃ τὰ ἐν Κελτοῖς πράγματα μεῖναι. παρεσκευάζετο δὲ Κωνσταντίου κατὰ τὴν ἑῴαν ὄντος, τὴν αὐτοῦ προκαταλαβεῖν ἐπιχείρησιν. ἀκμάζοντος δὲ ἤδη τοῦ θέρους, διαθεὶς τὰ περὶ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Βαρβάρους, καὶ τοὺς μὲν πολέμῳ σωφρονεῖν ἀναγκάσας, τοὺς δὲ τῇ πείρᾳ τῶν προλαβόντων, εἰρήνην ἀγαπᾷν μᾶλλον ἢ πόλεμον πείσας, ὡς ἐς μακρὰν ἀποδημίαν διέταττε τὸ στρατόπεδον. καταστήσας δὲ ταῖς πόλεσι καὶ τῶν

Dum hæc ſecum expendit, & animum hinc inde torquet, ac vehementer in ſuſcipiendo civili bello cunctatur: numen ei per ſomnium, quid futurum eſſet, oſtendit. Nam dum Viennæ commoratur, ſol in ſomniis ſidera monſtrare viſus eſt, & hoſce verſus pronuntiare:

Parte Jovem feret extrema profuſor ut undæ,
Parſque à Saturno fuerit vigeſima quinta
Virginis ut jam tacta; Aſiæ Conſtantius omnis
Vitam morte gravi mox finiet Induperator.

Hoc ſomnio fretus, publica, pro more ſuo, negotia diligenter procurat. Et quoniam adhuc hiems erat, rebus ad Barbaros pertinentibus ita proſpicit, uti par erat; adeo quidem, ut ſi res ei ſuſcipiendæ eſſent aliæ, prorſus in tuto Celticæ manerent. Simul, hærente per orientem adhuc Conſtantio, conatum ut ejus anteverteret, ſeſe parabat. Adulta jam æſtate, compoſitis Barbarorum trans Rhenum rebus, quum partim eos bello coegiſſet modeſte ſe gerere, partim experientia præteritorum perſuaſiſſet, ut pacem, quam bellum, amplecti mallent: velut ad profectionem longinquam, omnem exercitum inſtruit. Quumque civiles & militares duces opi-

1. Leg. πεμπτῇ.

dis atque limitibus præfecisset, versus Alpes cum copiis pergit. Ad Rhætos ubi venisset, unde fluvius Ister ortus, Noricos, & universam Pannoniam permeat, itidemque Dacas, & Thraciæ Mysos, & Scythas, atque ita semet in pontum Euxinum exonerat: constructis navigiis fluvialibus, ipse cum tribus millibus Istro secundo devectus, viginti millia Sirmium itinere terrestri petere jussit. Et quia remigium continuum, cum secundo fluminis impetu, conjungebatur; iis etiam ventis adjuvantibus, quos Etesias, velut anniversarios, vocant: undecimo die Sirmium adpulit. Quumque nuntiatum fuisset, Imperatorem adesse: propemodum omnes arbitrabantur esse Constantium, qui venisset. Sed ubi Julianum excepissent, præ admiratione cuncti stupebant: & instar portenti habebant id, quod evenisset.

Non multo post, quum & exercitus ille, qui ex Celtis subsequebatur, præsto esset: ad Senatum populi Romani, & Italicos exercitus, literas dedit; quibus in literis perscriptum erat, præsidiis munitas urbes tenerent, quando jam ipse nactus esset imperium. Et quia Taurus ac Florentius, ejus anni consules, qui à Constantio stabant, simul atque cognovissent, Julianum Alpes transgressum, in Pannoniam per-

ἐσχατιαῖς πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικοὺς ἡγεμόνας, ἅμα τῇ δυνάμει ᾔει εἰς τὰς Ἄλπεις. ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥαιτοὺς, (ὅθεν ὁ Ἴστρος ἀρχόμενος, Νωρικούς τε καὶ Παιονίαν πᾶσαν παραμείβεται, καὶ προσέτι γε Δάκας, καὶ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ Μυσοὺς καὶ Σκύθας, οὕτω τε εἰς τὸν Εὔξεινον ἐξίησι πόντον) πλοῖα ποτάμια κατασκευάσας, αὐτὸς μὲν ἅμα τρισχιλίοις εἰς τὸ πρόσω διὰ τοῦ Ἴστρου παρῄει· δισμυρίους δὲ πεζῇ τὸ Σίρμιον καταλαμβάνειν διέταξεν. ἐπεὶ δὲ ἦν συνεχὴς εἰρεσία μετὰ τῆς τοῦ ῥοῦ φορᾶς, καὶ τῶν ἐτησίων ἀνέμων αὐτῷ συντελεσάντων, ἐνδεκάτῃ μὲν ἡμέρᾳ περὶ τὸ Σίρμιον ἦλθε. φοιτησάσης δὲ ἀγγελίας ὡς ὁ βασιλεὺς παραγίνεται, πάντες μὲν (ὡς εἰπεῖν) Κωνστάντιον ἡγοῦντο εἶναι τὸν ἐπιστάντα· δεξάμενοι δὲ Ἰουλιανὸν, ἐν ἐκπλήξει πάντες ἦσαν, φάσματι τὸ συμβὰν ἀπεικάζοντες.

Φθασάσης δὲ μετ' οὐ πολὺ καὶ τῆς ἀπὸ Κελτῶν αὐτῷ παρακολουθούσης δυνάμεως, τῇ Ῥωμαίων γερουσίᾳ καὶ ταῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ δυνάμεσιν ἔγραφεν, ἔχειν ἐν ἀσφαλεῖ τὰς πόλεις, ὡς αὐτοῦ βασιλεύοντος. ἐπεὶ δὲ Ταῦρος καὶ Φλωρέντιος, οἱ καὶ ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὕπατοι, τῆς Κωνσταντίου μερίδος ὄντες, ἅμα τῷ μαθεῖν ὅτι Ἰουλιανὸς ὑπερβὰς τὰς Ἄλπεις εἰς Παιονίαν ἀφίκετο, φυγῇ τὴν [1] Ῥωμαίων ἀ-

1. Fortasse Ῥώμην. sin minus sub. πόλιν.

πολιπόν

τέλιπον· φυγάδας μὲν αὐτοὺς ὑπάτους ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐκέλευε γράφεσθαι· πάσας δὲ τὰς πόλεις αἷς ἔτυχεν ἤδη διαδραμὼν, ἐφιλοφρονεῖτο, χρηστὰς ἐναποτιθέμενος πᾶσιν ἐλπίδας. ἔγραφε δὲ καὶ Ἀθηναίοις, καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ Κορινθίοις, τὰς αἰτίας τῆς σφετέρας ἐμφαίνων ἀφίξεως. ὄντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Σίρμιον, ἐξ ἁπάσης (ὡς εἰπεῖν) τῆς Ἑλλάδος ἐστέλλοντο πρέσβεις. οἷς ἀποκρινόμενος τὰ προσήκοντα, καὶ ὅσα ἦν δίκαια φιλοτιμησάμενος, σὺν τῷ παρὰ Κελτῶν στρατοπέδῳ καὶ ἕτερον ἐκ τοῦ αὐτοῦ τοῦ Σιρμίου καὶ τῶν Παίοσι καὶ Μυσοῖς ἐνιδρυμένων ταγμάτων συναγαγὼν, ἐπὶ τὰ πρόσω παρῄει.

Καταλαβὼν δὲ τὴν Ναΐσσον, αὐτόθι μετὰ τῶν [1] μάντεων τὸ πρακτέον ἐσκόπει. ὡς δὲ μένειν αὐτῷ τέως κατὰ χώραν ἐδήλου τὰ ἱερὰ, τοῦτο δὲ ἐποίει, παρατηρῶν ἅμα καὶ τὸν τῷ ἐνυπνίῳ δηλούμενον χρόνον. ὡς δὲ καὶ τὰ τῶν ἀστρῴων συντρέχειν ἐδόκει κινήσεων, ὄντι κατὰ τὴν Ναΐσσον, ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως αὐτῷ πλῆθος ἱππέων ἀπήγγειλεν, ὡς Κωνστάντιος μὲν ἐτελεύτησε, καλοίη δὲ Ἰουλιανὸν ἐπὶ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν τὰ στρατόπεδα.

Δεξάμενος δὲ τὸ παρὰ τοῦ θείου δεδωρημένον, εἴχετο τοῦ ἐπὶ τὰ πρό-

venisse, fuga semet ex urbe subduxerant: Consules fugitivos, in perscribendis publicis instrumentis, eos adpellare jussit. Omnes autem urbes, quas cursim jam transierat, blande demulcebat: universis spem de se bonam præbens. Scripsit & Atheniensibus, & Lacedæmoniis, & Corinthiis; itineris sui causas ostendens. Sirmii quum esset, ex omni prope Græcia legati ad eum missi aderant; quibus ubi respondisset, quæ par erat; eaque fuisset largitus, quæ justa viderentur: cum Celticis, & aliis præterea copiis, quas de præsidiariis cohortibus Sirmii, Pannoniorum, Mysorumque collegit, ulterius castra movit.

Ubi Naisum adtigisset, ibidem cum haruspicibus, quid agendum esset, dispiciebat. Significantibus extis, ut istic aliquamdiu subsisteret, parebat; observans simul indicatum somnio tempus. Quod ubi cum siderum motibus concurrere videretur, adhuc apud Naisum hærenti multitudo quædam equitum, Constantinopoli veniens, nuntiabat; Constantium esse mortuum, & ipsos exercitus Julianum ad summam rerum deposcere.

Quapropter accepto, quod à numine donatum esset: ince-

1. Λέγεται γὰρ, *inquit Zonaras*, ὅτι ἔρωτα τρέφων τῆς βασιλείας, καὶ ὡς ὑπὸ ἀποδίας τοῦτον κρύπτων ἐν τῇ ψυχῇ, μάντεσι προσῄει καὶ γόησιν εἰ τοῦ κράτους τεύξεσθαι πυνθανόμενος.

ptum

ptum iter prosequitur. Ubi Byzantium accessisset, universi faustis acclamationibus eum excipiebant, civem & alumnum adpellantes, velut ea in urbe natum & educatum; & omni præterea cultu prosequentes, quasi futurum mortalibus maximorum bonorum auctorem. Heic dum & urbi, & exercitui reficiendo daret operam: potestatem urbi fecit habendi Senatus, ut in urbe Roma. Simul portum ei maximum struxit, qui naves ab austro periclitantes ab injuriis defenderet: una cum porticu, quæ sigma literam potius, quam rectam formam refert, & ad portum deducit. Itidem constructa in regia porticu bibliotheca, & libris, quotquot habebat, in ea collocatis; ad gerendum bellum Persicum se parabat. Ubi decem menses Byzantii commoratus, Hormisdam Victoremque duces declarasset, eisque tribunos & exercitus tradidisset, Antiochiam profectus est. Quanta quidem cum tranquillitate, ac religione, totum hoc iter confecerint milites, non est necesse dicere. Nec enim consentaneum erat, eos insolentius ac præter rationem decori quidquam admittere, qui sub Imperatore Juliano militabant. Antiochiam

σω πορείας. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ Βυζάντιον παρεγένετο, πάντες μὲν αὐτὸν σὺν εὐφημίαις ἐδέχοντο, πολίτην καὶ [1] τρόφιμον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες, (οἷα δὴ ἐν ταύτῃ τεχθέντα τε καὶ τραφέντα τῇ πόλει) καὶ τὰ ἄλλα θεραπεύοντες ὡς μεγίστων τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον ἐσόμενον ἀγαθῶν. Ἐν ταύτῃ τῆς πόλεως ἅμα καὶ τῶν στρατοπέδων ἐπιμελούμενος, ἔδωκε μὲν τῇ πόλει γερουσίαν ἔχειν ὥσπερ ἐν τῇ [2] πόλει Ῥώμῃ. λιμένα δὲ μέγιστον αὐτῇ δειμάμενος, τῶν ἀπὸ τοῦ νότου κινδυνευόντων ἀλεξητήριον πλοίων, καὶ στοὰν σιγματοειδῆ μᾶλλον ἢ εὐθεῖαν, ἐπὶ τὸν λιμένα κατάγουσαν· ἔτι δὲ βιβλιοθήκην ἐν τῇ βασιλέως οἰκοδομήσας στοᾷ, καὶ ταύτῃ βίβλους ὅσας εἶχεν ἐναποθέμενος, ἐπὶ τὸν κατὰ Περσῶν παρεσκευάζετο πόλεμον. δέκα δὲ διατρίψας ἐν τῷ Βυζαντίῳ μῆνας, κατέστησε στρατηγοὺς Ὁρμίσδην καὶ Βίκτορα· καὶ τοὺς ταξιάρχους αὐτοῖς καὶ τὰ στρατόπεδα παραδοὺς, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἤλαυνε. μεθ' ὅσης μὲν οὖν ἡσυχίας καὶ εὐλαβείας τὴν ὁδὸν ἅπασαν οἱ στρατιῶται διήνυσαν, λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον. οὐδὲ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀταχές τι πρᾶξαι τούτους, ὑπὸ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ τεταγμένους. ἐπιδημήσαντα δὲ αὐτὸν τῇ Ἀντιοχείᾳ,

1. Alii [Τρόφιμον αὐτῶν.]

2. Abesse hanc vocem à Pal. Cod. innuit Sylburg. ita ut vel prorsus tollendam censeat, aut ejus loco substituendam [πάλαι] quasi institueretur hic loci comparatio inter *novam veteramque Romam*; probabili quidem conjecturâ cum vix sit credere Zosimum ita hic scripsisse, cum tam frequens alibi sit in Ellipsibus.

λέγεται

δέχεται φιλοφρόνως ὁ δῆμος· φιλοθεάμων δὲ ὢν φύσει, καὶ τρυφῇ μᾶλλον ἢ πράξεσι σπουδαίαις ἐκδεδομένος, εἰκότως τὴν περὶ τὰ πάντα τοῦ βασιλέως ἐδυσχέραινε φρόνησιν καὶ σωφροσύνην, εἰργομένου τῶν θεάτρων ἑαυτὸν, σπανίως τε καὶ οὐδὲ διὰ πάσης θεωρουμένου τῆς ἡμέρας. ἀφέντες τοίνυν φωνὰς ἀλλοκότους, ἐλύπησαν· ὁ δὲ, ἠμύνατο, τιμωρείαν μὲν οὐδεμίαν ἔργῳ αὐτοῖς ἐπιθεὶς, [2] λόγον δὲ ἀστειότατον εἰς αὐτούς τε καὶ τὴν πόλιν συνθείς· ὃς τοσαύτην ἐν ἑαυτῷ μετ᾽ εἰρωνείας ἔχει πικρίαν, ὥστε πανταχοῦ γῆς ἤρκεσε τὰ Ἀντιοχέων ὀνείδη διενεγκεῖν. ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν ὑπὲρ ὧν ἔπταισε μετεμέλησεν· ὁ δὲ βασιλεὺς, βοηθήσας τὰ εἰκότα τῇ πόλει, καὶ πλῆθος πολὺ παραδοὺς βουλευτῶν, ἐκ πατέρων εἰς τοῦτο καταγομένων· καὶ ἔτι ὅσους ἔτυχον τεκοῦσαι βουλευτῶν θυγατέρες (ὅπερ ὀλίγαις δεδομένον ἔγνωμεν πόλεσιν) ἄλλα τε πολλὰ καλῶς καὶ δικαίως οἰκονομήσας, ἐπὶ τὸν κατὰ Περσῶν παρεσκευάζετο πόλεμον.

Λήγοντος δὲ ἤδη τοῦ χειμῶνος, τὴν στρατείαν συναγαγὼν, καὶ κατὰ τάξιν ἐν κόσμῳ προπέμψας, ἐξώρ-

ingressum blande populus excepit. Sed quod idem natura spectandorum ludorum cupidus esset, magisque voluptatibus, quam seriis negotiis deditus: non abs re prudentiam & modestiam imperatoris in rebus omnibus ægre ferebat, qui & de theatris se subduceret, & raro ludos, nec toto die spectaret. Quapropter portentosis quibusdam vocibus emissis, eum pungebant. Imperator semet ulcisci, non facto pœna eis ulla irrogata, sed oratione quadam urbanissima tam in ipsos, quam urbem composita: quæ tantam in se, cum irrisione, continet acerbitatem, ut ubique terrarum didendis Antiochenorum probris suffecerit. Sed hos quidem delictorum suorum pœnituit. Imperator autem, urbe sublevata, ubi quidem hoc posceret æquitas, eique magno decurionum concesso numero, qui paterna successione munus hoc consequerentur; admissis & illis, quotquot decurionum filiæ progenuissent; quod sane perpaucis municipiis datum scimus: aliis denique multis præclare justeq; constitutis, ad bellum Persicum semet accingebat.

Hieme jam exacta, collecto exercitu, eoque decenti ordine præmisso, egressus est Antio-

2. Cui titulus est [Μισοπώγων] Libri scribendi ratio hæc erat. Antiochenses cum Cupedinarii omnes vrbe excessissent eo quod Julianus rerum Venalium pretia imminuerit, protinus illi barbam vellicant Antiochenses, quam habuit prolixam, κει[illegible] τε ἕλ[illegible] τον, [illegible] χοινι[illegible] [illegible] εῖν ἐξ αὐτοῦ quorum convitia retorquet Julianus libro palam emisso, perpetuamque iis mollitiei ac infamiæ notam inurit.

chiam

chiam, quum ne perlitare quidem potuisset. Id autem quo pacto acciderit, quamvis cognitum habeam, silentio praeterire malo. Quum die quinto pervenisset Hierapolim, ubi cunctas naves, tam militares, quam onerarias, convenire jusserat Samosatis, & aliis ex locis, quae in Euphrate fluvio navigatione utuntur: praefectum eis Hierium quemdam, cohortium militarium ducem, praemisit; ipse tres dumtaxat Hierapoli dies commoratus, Batnas versus, opidulum quoddam Osdroenae, progressus est. Ubi populus Edesenorum universus ei factus obviam, & coronam offerebat, & faustis acclamationibus* in urbem suam invitabat. Imperator, accepto dono, civitatem ingressus, & decretis ei quae par erat, Carras perrexit. Hinc jam duobus propositis itineribus, quorum alterum per flumen Tigrim, & urbem Nisibim, Adiabenicas ad satrapias ducit; alterum per Euphratem, & Circesium; (castelli hoc nomen est, quod Aboras fluvius, &

μησε τῆς Ἀντιοχείας, οὐδὲ τῶν ἱερείων αἰσίων αὐτῷ γενομένων. τὸ [1] δὲ ὅπως, εἰδὼς ὑπερβήσομαι. πέμπτῃ δὲ τὴν Ἱεράπολιν ἡμέρᾳ καταλαβὼν, ἔνθα ἔδει τὰ πλοῖα πάντα συνδραμεῖν στρατιωτικά τε καὶ φορτηγὰ, ἔκ τε Σαμοσάτων καὶ ἐξ ἄλλων τῶν κατὰ τὴν Εὐφράτην καταπλέοντα τόπων· τούτοις ἐπιστήσας Ἱέρειον, τῶν ἡγουμένων τινὰ στρατιωτικῶν ταγμάτων, προέπεμπεν. αὐτὸς δὲ τρεῖς ἐπιμείνας τῇ Ἱεραπόλει μόνας ἡμέρας, ἐπὶ [2] Βάτνας, τῆς Ὀσδροηνῆς πολίχνιόν τι, προῄει. οὗ δὴ ὑπαντήσαντες Ἐδεσσηνοὶ πανδημεὶ, στέφανόν τε προσέφερον, καὶ μετ' εὐφημίας εἰς τὴν σφῶν πόλιν ἐκάλουν. ὁ δὲ, ἀποδεξάμενος, καὶ ἐπιστὰς τῇ πόλει, καὶ ὅσα ἔδει χρηματίσας, ἐπὶ Κάρρας ἐβάδιζε. δυοῖν τοίνυν ἐντεῦθεν ὁδοῖν προκειμέναιν, τῆς μὲν, διὰ τοῦ ποταμοῦ Τίγρητος καὶ πόλεως Νισίβιος τῆς Ἀδιαβηνῆς σατραπείαις ἐκβαλλούσης· τῆς δὲ, διὰ τοῦ Εὐφράτου, καὶ τοῦ Κιρκησίου· (φρούριον δὲ τοῦτο κυκλούμενον ὑπό τε τοῦ Ἀβώρα ποταμοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐ-

1. Caute Zosimus, qui hinc sibi silentium indicit, ne rem Paganismo ingratam faceret. Causam itaque, quare non litaverit Julianus, hanc habe. In Antiochiae suburbio [*Daphne*] positum erat multis retro annis à Seleuco Antiochi patre qui urbi nomen dedit, Apollinis simulacrum, quod, cum Julianus responsum peteret, petentem infecta re dimisit. Ὡς δὲ ἦν εἴδωλον ἐκεῖνο κωφὸν οἱ Νεωκόροι τὴν αἰτίαν τῆς σιωπῆς ἀπαιτούμενοι, διὰ τῆς ἐκεῖ κειμένης νεκροῦ σιωπᾶν τὸ ἄγαλμα ἔλεγον. *Zonaras*. de qua re fusius Sozimen. lib. 5. Eccl. Hist. c. 18. Qui propter Babylae Martyris bustum vicinum hoc daemoni non licuisse narrat.

2. Hujusce expeditionis descriptionem conferas licet cum illa Amm, Marcellini lib. 23.

φράτου,

φράτου, τοῖς δὲ Ἀσσυρίων ὁρίοις συναπτόμενον) σκεπτομένου τοῦ βασιλέως, ποτέρᾳ τούτων χρήσασθαι δέοι πρὸς τὴν διάβασιν, ἔφοδος ἀπηγγέλθη Περσῶν, ὡς καταδραμόντων τόπους Ῥωμαίοις ὑποχειρίους· καὶ συνταραχθῆναι μὲν ἐκ τούτου τῷ στρατοπέδῳ συνέβη· μαθὼν δὲ ὁ βασιλεύς, λῃστὰς εἶναι μᾶλλον, οἳ διαρπάσαντες τὰ ἐν ποσὶν ἀνεχώρησαν, ἔγνω φυλακὴν ἀρκοῦσαν τοῖς ἐπὶ τὸν Τίγρητα χωρίοις καταλιπεῖν· ὡς μή, τῆς δυνάμεως ἁπάσης σὺν αὐτῷ διὰ τῆς ἑτέρας ὁδοῦ τῇ Περσῶν ἐπιούσης ἐπικρατείᾳ, λαθόντες οἱ Πέρσαι, Νίσιβιν καὶ τὰ ταύτῃ προσκείμενα πάντα κακώσαιεν, εὑρόντες ἔρημα βοηθείας. ἔδοξεν οὖν ὀκτακισχιλίους καὶ μυρίους ὁπλίτας αὐτόθι καταλειφθῆναι, στρατηγεῖν δὲ τούτων Σεβαστιανὸν καὶ Προκόπιον· αὐτὸν δὲ ἅμα τῇ πάσῃ δυνάμει διὰ τοῦ Εὐφράτου χωρῆσαι, διχῇ διελόντα τὴν σὺν αὐτῷ στρατιάν· ὥστε πανταχόθεν, εἴ τινες τῶν πολεμίων ὀφθεῖεν, εἶναι τοὺς τούτοις ἀνθισταμένους, καὶ μὴ ἐπ' ἀδείας τὰ προσπίπτοντα καταδραμεῖν.

Ταῦτα ἐν Κάρραις διαθείς, (ἡ δὲ πόλις διορίζει Ῥωμαίους καὶ Ἀσσυρίους) ἠβουλήθη τὸ στρατόπεδον ἐξ ἀπόπτου τινὸς θεωρῆσαι χωρίου, ἀγασθῆναι δὲ τὰ πεζικὰ τάγματα καὶ τὰς τῶν ἱππέων ἴλας· ἦσαν δὲ ἅπαντες, ἄνδρες πεντακισχίλιοι καὶ ἑξακισμύριοι. ἐξορμήσας δ' ἐκ Καρρῶν, καὶ τὰ ἐν μέσῳ διαδραμὼν

Euphrates ipſe circumfluit, Aſſyriorum finibus contiguum) & imperatore deliberante quonam horum itinerum ad transſiectionem utendum eſſet; Perſarum irruptio nuntiata fuit, qui per loca ditionis Romanæ graſſari perhiberentur. Ea res fecit, ut perturbatio quædam in caſtris exoriretur. Sed Imperator, cognito, latrones hos potius eſſe, qui raptis rebus obviis abſceſſiſſent: ſatis magnum præſidium ſitis ad Tigrim flumen agris relinquendum ſtatuit, ne copiis univerſis ſecum per alterum illud iter, Perſicum territorium ingreſſis, clanculum Perſæ Niſibim, & omnia Niſibi vicina loca, præſidiis & ope deſtituta, divexarent. Itaque placuit, ut decem & octo millia gravis armaturæ militum ibi relinqueret, quorum duces Sebaſtianus & Procopius eſſent: ipſe cum univerſis copiis iter per Euphratem faceret, exercitu duas in partes diviſo; ut ab omni parte conſpectis hoſtibus reſiſti poſſet, nec in quævis obvia per ſummam illi licentiam excurſitarent.

His apud Carras conſtitutis, quod opidum Romanos & Aſſyrios diſterminat, exercitum de ſublimiore quodam loco ſpectare voluit, & tam legiones pedeſtres, quam alas equitum admirari. Erat autem numerus omnium, ſexaginta quinque hominum millia. Carris profectus, caſtellis interje-

ctis ad Callinicum uſque curſim tranſitis, ac delatus inde Circeſium, de quo ſupra dictum eſt, Asbora flumine tranſjecto, per Euphratem navi conſcenſa vehebatur. Sequebantur & milites, qui annonas ſecum portaverant; in naves conſcendentibus iis, quibus hoc injunctum erat. Jam enim claſſis ad Imperatorem venerat: in qua claſſe numerus erat navium ſexcentarum, quæ de lignis erant factæ; de corio, quingentarum Præter has aderant & quinquaginta naves militares, aliaque navigia comitabantur: quibus, ſi uſus ita poſceret, jungendi pontes eſſent, per quos exercitus pedes tranſiret flumina. Sequebantur & alia complura navigia, quæ partim annonam exercitui vehebant, partim ligna fabricandis machinis idonea, partim jam fabricata tormenta obſidionalia. Navarchi facti ſunt Lucianus & Conſtantius. Talis quum eſſet exercitus ordo, de tribunali quodam Imperator ad univerſos ea, quæ ex officio requirerentur, proloquutus, & militibus congiario centum & triginta nummorum argenteorum viritim dato, contra Perſas movere cœpit, Victore pedeſtribus copiis duce dato, equeſtribus Hormiſda, cui Arinthæum ad-

φρούρια μέχρι Καλλινίκου, κἀκεῖθεν ἐλθὼν ἐπὶ τὸ Κιρκήσιον, περὶ οὗ πρότερον εἴρηται· διαβὰς τὸν [1] Ασβώραν ποταμὸν, ἔπλει διὰ τοῦ Εὐφράτου, νεὼς ἐπιβάς. ἠκολούθουν δὲ καὶ οἱ στρατιῶται, τὰς σιτήσεις δὴ κεκομισμένοι. καὶ ἀνέβαινον εἰς τὰ πλοῖα, ὅσοις ἐπετέτακτο τοῦτο. ἤδη γὰρ ὁ στόλος ἀπαντήσας ἐτετυχήκει, φέρων ἀριθμὸν πλοίων, ἐκ μὲν ξύλων πεποιημένων, ἑξακοσίων, ἀπὸ δερμάτων δὲ, πεντακοσίων. ἦσαν δὲ πρὸς τούτοις καὶ στρατιωτικαὶ νῆες πεντήκοντα· καὶ ἕτερα [2] πλατεῖα συνηκολούθουν· δι' ὧν, εἴ τι δεήσειεν, ἔδει γίνεσθαι ζεύγματα, πεζῇ διιόντα τοῦ στρατοπέδου τοὺς ποταμοὺς διαβαίνειν. ἠκολούθει δὲ καὶ ἄλλα πάμπολλα πλοῖα· τὰ μὲν, τροφὰς φέροντα τῷ στρατῷ· τὰ δὲ, ξύλα πρὸς μηχανὰς ἐπιτήδεια· τὰ δὲ, καὶ τὰ ἤδη κατεσκευασμένα πολιορκητικὰ μηχανήματα. κατέστησαν δὲ ναύαρχοι, [3] Λουκιανὸς, καὶ Κωνστάντιος. οὔσης δὲ τοιαύτης τοῦ στρατοῦ τάξεως, ἀπό τινος βήματος ὁ βασιλεὺς πᾶσιν ὁμοῦ τὰ καθήκοντα προσφωνήσας, ἀργυρῶν τε νομισμάτων τριάκοντα καὶ ἑκατὸν τῶν στρατιωτῶν ἕκαστον δόσει τιμήσας, τὴν ἐπὶ Πέρσας εἰσβολὴν ἐποιήσατο· τοῦ μὲν πεζοῦ, Βίκτορα στρατηγὸν κα-

1. Supra Αβώρας leg.
2. Πλοῖα Sylburg. niſi ſi Zoſimus naves innuat juſtæ magnitudinis.
3. Dumque hos alloquitur, milites ſc. Xerxis illius potentiſſimi regis inſtar claſſis advenit, Tribuno *Conſtantiano* cum comite *Lucilliano* ductante. *Amm. Marcell. lib. cit.*

τασή-

πεπιστευμένος· Ὁρμίσδαν δὲ, τῆς ἵππου, καὶ Αεινθαῖον σὺν τούτῳ. περὶ δὲ Ὁρμίσδου καὶ πρότερον εἴρηται, ὅτι Πέρσης μὲν ἦν, καὶ βασιλέως υἱός· ὑπὸ δὲ ἀδελφοῦ ἀδικηθεὶς, καὶ φυγὼν, πρὸς Κωνσταντῖνον μὲν ἦλθε τὸν βασιλέα· καὶ εὐνοίας δοκίμια παρασχόμενος, τιμῶν καὶ ἀρχῶν ἠξιώθη μεγίστων.

Εἰσβαλόντι τοίνυν εἰς τὰ Περσῶν ὅρια τῷ βασιλεῖ, τὸ μὲν εὐώνυμον εἶχεν ἡ ἵππος, συμπαραθέουσα τῇ ἠϊόνι τοῦ ποταμοῦ· τῶν δὲ πεζῶν μοῖρα τῷ δεξιῷ ἠκολούθει· τὸ δὲ λοιπὸν ἡ στρατιὰ, σταδίοις διεστῶσα ἑβδομήκοντα. τοῦτο δὲ τὸ μέσον εἶχε τά τε νωτοφόρα ζῶα, τὰ βαρέα τῶν ὅπλων καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν φέροντα, καὶ ὅσον ἦν ὑπηρετικόν· ὡς ἂν ἐπ' ἀσφαλοῦς εἶεν καὶ οὗτοι, τοῦ στρατοῦ πανταχόθεν αὐτοὺς περιέχοντος. οὕτω διαθεὶς τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω πορείαν, χιλίους ἔγνω καὶ πεντακοσίους προπέμψαι, κατασκεψομένους εἴ τι πολέμιον ἢ προφανῶς, ἢ δι' ἐνέδρας ἐπίῃ, Λουκιλλιανὸν αὐτοῖς ἐπιστήσας. ἑξήκοντα δὲ προελθὼν σταδίους, εἴς τι χωρίον [1] Ζαυθὰ προσαγορευόμενον, ἦλθε. καὶ ἐντεῦθεν εἰς Δοῦρα, ἴχνος μὲν, ὡς ἄρα ποτὲ πόλις ἦν, φέρουσαν, τότε δὲ ἔρημον· οὗ Γορδιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐδείκνυτο τάφος. ἔνθα καὶ πλῆθος ἐλάφων

junxit. De Hormiſda prius etiam diximus, fuiſſe natione Perſam, & filium regis, qui à fratre adfectus injuriis aufugerit, & ad Conſtantinum imperatorem pervenerit; editiſque fidei ac benevolentiæ documentis, honores & magiſtratus ampliſſimos promeruerit.

Quum ergo Perſarum in fines irruiſſet Imperator, lævum quidem cornu tenebat equitatus, qui propter ripam fluminis progrediebatur; pars autem peditatus, ad dextrum latus comitabatur; reliquum agmine continebatur maximo, quod ſeptuaginta ſtadiis aberat. Hoc interjectum ſpatium complectebatur partim jumenta ſarcinas geſtantia, quæ graviora ſcilicet arma, cum adparatu reliquo, ferebant; partim quidquid calonum erat; ut & illi tuto eſſent loco, undique ab exercitu concluſi. Sic ulterius progrediendum ratus, mille quingentos præmittendos ſtatuit, Lucilliano duce, qui explorarent, an hoſtile quoddam agmen vel palam, vel per inſidias irrueret. Sexaginta progreſſus ſtadiis, quemdam ad locum venit, cui Zautha nomen. Inde Dura; cujus, ut urbis quondam, veſtigia quædam reſtabant, ſed id temporis deſertæ: ubi ſepulcrum Imperatoris Gordiani oſtendebatur.

1. Zaita, Marcell. *Ubi Gordiani Imperatoris longe conſpicuum vidimus tumulum.* Non itaque Duræ, ut ponit Zoſimus; qui tamen alias Marcellini veſtigia premit in hac deſcriptione.

Ibidem milites ingentem cervorum multitudinem conſpicati, telis conficiebant, & ad ſatietatem carnibus eorum veſcebantur. Inde ſtationibus quatuor emenſis, quemdam ad vicum pervenit, Phathuſas dictum. Erat autem ex adverſo inſula in flumine, quæ caſtellum habebat, à plurimis inhabitatum. Huc miſſo Lucilliano, cum exploratoribus mille, quibus præerat, caſtellum obſidione cingebat. Et quam quidem diu nox erat, obſeſſores à nemine deprehendebantur. Ubi vero dies illuxiſſet, à quodam incola caſtelli, qui aquationis cauſa prodierat, conſpecti; magnopere perturbarunt eos, qui erant in caſtello. Quum autem in murum conſcendiſſent omnes, Imperator in inſulam cum tormentis & cæteris copiis tranſportatus, caſtello clauſis futurum denuntiabat; ut, ſi ſeipſos cum caſtello dedidiſſent, manifeſto & certo interitu liberarentur. Quo quidem ab eis facto, viros cum liberis & uxoribus, in ditionem Romanam, cum præſidio militari miſit: ducem vero ipſorum Puſæum, tribunatus officio donatum, deinceps inter familiares, fidelem expertus, habuit.

Secundum hæc confecto quodam itinere, perventum eſt ad aliam fluminis inſulam, qua in inſula munitiſſimum caſtellum erat: quod Imperator adortus, quum ab omni parte reperiſſet inexpugnabile, dediti-

φανέν, οἱ στρατιῶται κατατοξεύσαντες, ἅλις ἐχρήσαντο τῇ ἐκ τούτων τροφῇ. σταθμοὺς δὲ ἐντεῦθεν διελθὼν τέσσαρας, εἴς τι χωρίον ἀφίκετο· Φαθούσας ὄνομα τούτῳ. ἦν δὲ ἀντικρὺ ἐν τῷ ποταμῷ νῆσος, ἔχουσα φρούριον ὑπὸ πλείστων οἰκούμενον. τούτῳ Λουκιλλιανὸν ἐπιπέμψας ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτῷ κατασκόποις χιλίοις, ἐπολιόρκει τὸ φρούριον. καὶ ἕως μὲν ἦν νύξ, ἐλάνθανον οἱ πολιορκοῦντες· ἡμέρας δὲ γενομένης, ὑπὸ τῶν ἐν τῷ φρουρίῳ τινὸς ὑδρείας ἕνεκα προελθόντος, ὀφθέντες, εἰς θόρυβον τοὺς ἔνδον κατέστησαν. πάντων τε εἰς τὸ τεῖχος ἀναβάντων, ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν νῆσον μηχαναῖς ἅμα καὶ ἑτέραις δυνάμεσι περαιωθεὶς, παρεγγύησε τοῖς ἔνδον, ἑαυτοὺς τε καὶ τὸ φρούριον παραδοῦσι, πρόδηλον ἐκφυγεῖν ὄλεθρον. ἐπεὶ δὲ τοῦτο πεποιήκασιν, ἄνδρας μὲν σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐχομένην γῆν, ἅμα φυλακῇ στρατιωτῶν παρέπεμψε· Πουσαίῳ δὲ τῷ τούτων ἡγουμένῳ, δοὺς ταξιάρχου φροντίδα, τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις εἶχε, πιστοῦ πειραθείς.

Ἐντεῦθεν ὁδόν τινα διαμείψας, ἐνέτυχεν ἑτέρᾳ τοῦ ποταμοῦ νήσῳ καθ' ἣν φρούριον ὀχυρώτατον ἦν. ᾧ προσβαλὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἄληπτον πανταχόθεν εὑρὼν, ἐκδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς ἀπῄτει, καὶ μὴ ἀναμεῖναι

τὸν ἐκ τῆς ἁλώσεως κίνδυνον. τῶν δὲ, τοῦτο ποιήσειν ὅπερ ἂν καὶ τοὺς ἄλλους δρῶντας θεάσαιντο, ὑποσχομένων, ἐπὶ τὰ πρόσω διῄει. καὶ ἕτερα δὲ φρούρια καταλέλοιπε, ταῖς ὁμοίαις πεισθεὶς ὑποσχέσεσιν. ᾤετο γὰρ μὴ δεῖν μικρὰ διατρίβειν τὸν χρόνον, ἀλλ' εἰς τὸ κεφάλαιον ἑαυτὸν [1] ἐμβαλεῖν τοῦ πολέμου. σταθμοὺς δέ τινας παραμείψας, εἰς [2] Δάκιρα παραγέγονε, πόλιν ἐν δεξιᾷ πλέοντι τὸν Εὐφράτην κειμένην. ἥν τινα τῶν οἰκούντων ἔρημον εὑρόντες οἱ στρατιῶται, σῖτόν τε πολὺν ἐναποκείμενον ἥρπασαν, καὶ ἄλλων πλῆθος οὐ μέτριον· γυναῖκάς τε τὰς ἐγκαταλειφθείσας ἀποσφάξαντες, οὕτω κατέσκαψαν, ὥστε οἴεσθαι τοὺς ὁρῶντας, μηδὲ γεγονέναι πόλιν αὐτόθι. ἐπὶ δὲ τῆς ἀντίπερας ᾐόνος, δι' ἧς ὁ στρατὸς ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, πηγή τις ἦν ἄσφαλτον ἀνιεῖσα. μεθ' ἣν εἰς Σίθα, εἶτα εἰς Μηγίαν ἀφικόμενος, μετ' ἐκείνην εἰς [3] Ζαραγαρδίαν πόλιν ἦλθεν· ἐν ᾗ βῆμα ἦν ὑψηλὸν, ἐκ λίθου πεποιημένον· ὃ Τραϊανοῦ καλεῖν εἰώθασιν οἱ ἐγχώριοι. ταύτην ῥᾷστα τὴν πόλιν οἱ στρατιῶται διαρπάσαντες, καὶ ἐμπρήσαντες, αὐτήν τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὑστεραίαν ἡσυχίαν ἦγον.

Θαυμάσας δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτι τοσαύτην τοῦ στρατοῦ διαδραμόντος

onem ut facerent, postulabat; neve periculum expugnationis exspectarent. Illis id se facturos policitis, quod & alios facere vidissent; ad ulteriora perrexit, itidemque castella quædam alia post se reliquit, similibus promissis adquiescens. Nam circa minuta nequaquam terendum tempus existimabat, sed ipsum belli caput petendum. Stationibus nonnullis emensis, Dacira venit, opidum navigantibus Euphratem ad dextram situm: quod ubi desertum ab incolis reperissent milites, tum vim frumenti magnam in eo repositam diripiebant, tum rerum aliarum copiam non exiguam; & relictis ibi mulieribus trucidatis, usque adeo diruebant urbem, ut locum intuentes existimarent, nullum istic opidum unquam exstitisse. In adversa ripa, qua iter faciebat exercitus, fons quidam erat, bitumine scatens. Hinc Sitha perveniens, inde Megiam, post opidum Zaragardiam accessit: in quo sublime tribunal erat, ex lapide factum, quod incolæ Traiani vocare consueverunt. Eo milites opido nullo negotio direpto & exusto, diem illum cum postero corporum refectioni dederunt.

Imperator autem, miratus quod, quum tantum itineris

1. Ἐμβαλεῖν. Sylb. ut melius congruat cum [Διατρίβειν]
2. Diacira. *Marcellinus*,
3. Ozogardanam. *idem.*

jam

jam confeciſſet exercitus, nullus adhuc nec ex inſidiis, nec aperte globus hoſtilis occurriſſet: Hormiſdam cum copiis ſpeculatum emittit, veluti rerum Perſicarum accuratiſſime gnarum. Is parum abfuit, quin extremum cum iis, quos ſecum habebat, periculum adiret; ni caſus quidam eos inopinato ſervaſſet. Nam Surenas, (magiſtratus hoc apud Perſas nomen eſt) inſidiis quodam loco poſitis, Hormiſdam cum militibus ſuis opperiebatur; & prætereuntes, ac nihil ejuſmodi exſpectantes adgredi cogitabat. Et quidem res eis ex voto ceſſiſſet, niſi quidam interjectus utriſque alveus ex Euphrate, præter morem excreviſſet, & impedimento militibus Hormiſdæ fuiſſet, quo minus tranſjicerent. Propterea tranſmiſſu dilato, poſtridie conſpectum Surenam, & eos, quos ille participes inſidiarum habebat, converſis agminibus adorti ſunt: eiſque partim interfectis, partim terga dare coactis, cum exercitu reliquo ſe conjunxerunt. Progreſſi ulterius, ad quemdam ex Euphrate derivatum alveum pervenerunt, qui pertinet in longitudinem ad Aſſyriam uſque, ſimulque ſe per totam ad Tigridem uſque regionem extendit. Heic milites in lutum quoddam tenax, & paluſtria loca delati, præ-

ὁδὸν, οὐδεὶς ἐκ Περσῶν οὔτε λόχος ἐξ ἐνέδρας, οὔτε ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀπήντησέ τι πολέμιον, Ορμίσδαν εἰς κατασκοπὴν ἐκπέμπει μετὰ δυνάμεως, οἷα τὰ Περσῶν διὰ πάσης ἀκριβείας εἰδότα. ὃς μικροῦ πρὸς ἔσχατον ἐληλύθει μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ κίνδυνον, εἰ μὴ τύχη τις αὐτοὺς ἐκ παραδόξου διέσωσεν. ὁ γὰρ [1] Σουρήνας (ἀρχῆς δὲ τοῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα) λόχον ἔν τινι τόπῳ καθίσας, Ορμίσδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ στρατιώτας ἐκαραδόκει, παριοῦσιν ἐθέλων ἐπιθεῖν, οὐδὲν τοιοῦτον προσδεχομένοις· καὶ δὴ τὰ τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς εἰς ἔργον ἐξέβαινεν, εἰ μὴ διώρυξ ἐν μέσῳ ἐκ τοῦ Εὐφράτου πέρα τοῦ συνήθους ῥυεῖσα, τὴν παρὰ τοῦ Ορμίσδαν ἐκώλυσε τὴν διάβασιν. καὶ διὰ τοῦτο ἀναβληθείσης τῆς παρόδου, τῇ ὑστεραίᾳ φανέντι τῷ Σουρήνᾳ, καὶ τοῖς [2] κοινωνήσασιν αὐτῷ τῆς ἐνέδρας, συστραφέντες, ἐπέθεντο· καὶ τοὺς μὲν ἀνελόντες, τοὺς δὲ τρέψαντες εἰς φυγὴν, τῇ λοιπῇ στρατιᾷ συνέμιξαν. προελθόντες δὲ εἰς τὰ πρόσω, εἴς τινα τοῦ Εὐφράτου διώρυχα διῆλθον, ἐκτεινομένην μὲν εἰς μῆκος ἄχρι τῆς Ασσυρίων, συμπαρατεινομένην δὲ πάσῃ τῇ μέχρι τοῦ Τίγρητος χώρᾳ. ἐνταῦθα πηλῷ κολλώδει καὶ τέλμασιν ἐμπεσόντες οἱ στρατιῶται, καὶ τοὺς ἵππους

1. *Poſt regem apud Perſas promeritæ dignitatis.* idem.
2. Inter quos erant Ma[illegible]chus Poduſaces & Phylarchus famoſi nominis latro.

μάλιστα

μάλιστα τῇ δυσχωρίᾳ θεώμενοι δυσχεραίνοντας, καὶ οὐδὲ σὺν τοῖς ὅπλοις οἷοί τε ὄντες διανήξασθαι τὴν διώρυχα, τοῦ τε βάθους οὐκ ἐνδιδόντος, καὶ τοῦ πηλοῦ διὰ τὸ δίυγρον ὑποβῆναι μὴ συγχωροῦντος, ἐν ἐσχάτῃ τοῦ παντελοῦς κατέστησαν ἀπορίᾳ. καθίστη δὲ αὐτοῖς τὸν κίνδυνον μείζονα, τὸ τοὺς πολεμίους ἐπὶ τὴν ἀντιπέραν ὄχθης ὁρᾶσθαι βέλεσί τε καὶ λίθων ἐκ σφενδονῶν ἀφέσει, τὴν διάβασιν εἴργοντας. οὐδενὸς δὲ λύσιν εὑρέσθαι δυναμένου τῶν περιεστώτων κινδύνων, ἀγχινοίᾳ τῇ περὶ πάντα καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ προέχων ὁ βασιλεὺς, ἔγνω τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἐπὶ κατασκοπὴν χιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἀνδράσιν ὑπὸ Λουκιλλιανῷ τεταγμένοις, σημῆναι κατὰ νώτου χωρῆσαι τῶν πολεμίων, ἐπισπάσασθαί τε τὴν τούτων ὁρμὴν, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ δοῦναι σφίσιν ἀκώλυτον τὸν τῆς διώρυχος ἔκπλουν. ἐκπέμπει τε πρὸς τοῦτο Βίκτωρα τὸν στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης. ὁ δὲ, νύκτα ἐπιτηρήσας, ὡς ἂν μὴ ὀφθείη παρὰ τῶν Περσῶν ἀποχωρῶν τοῦ στρατεύματος, καὶ οὕτω δὴ προελθὼν ὁδὸν τοσαύτην ὅσον τὸ γινόμενον, οὐδὲ ἡμέρας οὔσης, ὁρᾶν ἐδίδου τοῖς ἐναντίοις· περαιωθεὶς τὴν διώρυχα, τοὺς ὑπὸ Λουκιλλιανῷ τεταγμένους ἐζήτει. προελθὼν δὲ περαιτέρω, πολεμίου παντάπασιν οὐδενὸς αἰσθόμενος, ἐκβοήσεσί τε ἀνεκάλει τοὺς ὁμοφύλους, καὶ σαλπίγγων ἤχοις, πλησιάσαι σφίσιν ἐσήμαι-

sertimque videntes hac difficultate potissimum equos adfligi, seque cum armis alveum transnare nullo modo posse, quod id fieri altitudo aquæ non permitteret; & per lutum, propter ejus uliginem, transitus non pateret: ad extremam quandam inopiam consilii redacti sunt. Et periculum ea quoque re majus erat, quod hostes in adversa ripa conspicari liceret, telis & ejaculatione saxorum è fundis, transjectionem impedituros. Quum nemo reperire modum posset, quo modo de periculis objectis evaderent: Imperator, qui tum sagacitate rebus in omnibus, tum experientia rei militaris præstaret, statuit mille quingentis illis, qui sub Lucilliano militabant, & explorabant itinera, significandum esse; hostes à tergo adorirentur, & eorum impetum in se converterent; ut hoc modo exercitus alveum transmittere, nemine prohibente, posset. Itaque Victorem ducem satis magnis cum copiis ad hoc ablegat. Is observata nocte, ne conspiceretur à Persis ipsius ab exercitu discessio, tantumque spatii progressus, quantum ad id satis esset, ut hostes ne quidem interdiu, quid ageretur, animadverterent: alveo transjecto, Lucilliani militem quærebat. Itinere aliquanto longius facto, quum hostem omnino neminem deprehenderet: clamoribus & tubarum sonis populares suos vocabat, & ad se uti propius accederent, significabat

bat; quos ex animi ſententia ſibi datos obviam nactus, quum quid accidiſſet, conjecturis Lucillianus fuiſſet adſequutus; junctis cum Victore copiis, hoſtes à tergo præter opinionem adoritur. Illi vero, qui & alias obruerentur imparati, vel contrucidabantur, vel quacunque liceret, aufugiebant. Imperator, cui feliciter hoc ſtrategema ceſſerat, alveum nemine prohibente tranſmittebat: & equitatu navigiis obviis, peditatu navibus aliis, quas multis in partibus alvei reperit, tranſportato; nihil amplius hoſtile veritus, ad urbem acceſſit, cui Berſabora nomen erat: ejuſque tum magnitudinem, tum ſitus opportunitatem, ac munitionem, inſpexit. Nam duplici muro in orbem claudebatur, & arx medio erat in opido, muro & ipſa munita, ſegmento circuli quodam modo ſimili; ad quam via quædam ab interiore civitatis muro ducebat, cujus haud facilis erat adſcenſus. Ad occidentalem opidi partem, ac meridiem verſus, tortuoſus & oliquus exitus erat. Pars ſeptentriones ſpectans, munita erat ab eis lato quodam alveo fluminis, eo deducto: per quem & aquam ad uſum incolarum derivabant. Orientem verſus, alta foſſa, & aggere lignis validis cancellato, cingebatur. Propter foſſam turres magnæ ſtabant, ad

νεν. ἀπαντησάντων δὲ κατὰ νοῦν αὐτῷ, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης συμβαινόντων ὁ Λουκιλλιανὸς τεκμηράμενος, τῇ μετὰ Βίκτορος οὔσῃ δυνάμει συμμίξας, ἐπιὼν κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις ἀπροσδοκήτως. οἱ δ', ἀπαράσκευοι πρὸς τοῦτο ληφθέντες, ἐκτείνοντο καὶ ἔφευγον ὅπῃ παρῆκοι· καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐκβαίνοντος αὐτῷ εἰς ἔργον τοῦ στρατηγήματος, ἐπεραιοῦτο τὴν διώρυχα, κωλύοντος οὐδενός· καὶ τὴν μὲν ἵππον, τοῖς παρατυχοῦσι πλοίοις, τὴν δὲ πεζὴν, ναυσὶν, ἃς ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς διώρυχος εὗρε, διαβιβάσας, εἴχετο τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας, πολέμιον τέως οὐδὲν ὑφορώμενος. ἐλθὼν δὲ εἰς πόλιν, ᾗ [1] Βηρσαβῶρα ἦν ὄνομα, τὸ μέγεθος ἐσκόπει τῆς πόλεως καὶ τὸ τῆς θέσεως ὀχυρόν. δύο μὲν γὰρ κυκλοτερέσι περιείληπτο τείχεσιν. ἀκρόπολις δ' ἦν ἐν μέσῳ, τεῖχος ἔχουσα καὶ αὐτὴ, τμήματι κύκλου, τρόπον τινὰ ἐμφερές. πρὸς ἣν ὁδός τις ἦν ἀπὸ τοῦ ἐνδοτέρου τῆς πόλεως τείχους, οὐδὲ αὐτὴ ῥᾳδίαν ἔχουσα τὴν ἀνάβασιν. καὶ τὰ μὲν πρὸς δυσμὰς τῆς πόλεως καὶ μεσημβρίαν, περιφερής τις καὶ σκολιὰ διέξοδος εἶχε· τοῦ δὲ πρὸς ἄρκτον μέρους, παραπετασάμενοι τοῦ ποταμοῦ διώρυχα πλατεῖαν προὐβάλοντο, δι' ἧς καὶ ὕδωρ εἰς χρῆσιν τῶν ἐνοικούντων ὠχέτευον. τὰ δὲ πρὸς ἕω, τάφρος βαθεῖα καὶ χάρακι διὰ σταυρωμάτων ἐκ ξύλων ὀχυρῶν ἐνα-

1. Pyriſabora. *Marcell.*

πείληπτο.

περιείληπτο. πύργοι δὲ εἱστήκεσαν περὶ τὴν τάφρον μεγάλοι, τὰ μὲν ἀπὸ γῆς μέχρι μέσου, δι' ὀπτῆς πλίνθου δεδεμένης ἀσφάλτῳ· τὰ δὲ μετὰ τὸ μέσον, πλίνθῳ τε ὁμοίᾳ καὶ γύψῳ δεδομημένα.

Ταύτην πολιορκίᾳ τὴν πόλιν ὁ βασιλεὺς ἑλεῖν ἐγνωκὼς, εἰς τὸ ἔργον παρεκάλει τοὺς στρατιώτας. τῶν δὲ τὸ κέλευσμα σὺν πάσῃ προθυμίᾳ πληροῦν ὡρμηκότων, οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, εἰς φιλίαν ἠξίουν ἐλθεῖν τῷ βασιλεῖ, νῦν μὲν Ὁρμίσδην αὐτοῖς πεμφθῆναι διαλεχθησόμενον περὶ σπονδῶν ἐξαιτοῦντες, νῦν δὲ ὕβρεσιν αὐτὸν περιβάλλοντες, ὡς αὐτόμολον καὶ φυγάδα καὶ τῆς πατρίδος προδότην. ἐφ' οἷς εἰς ὀργὴν εἰκότως ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς, ἔργου πάντας ἔχεσθαι καὶ ἐγκεῖσθαι τῇ πολιορκίᾳ προθύμως ἐκέλευε. τῶν δὲ ἐφ' ᾧ τεταγμένος ἕκαστος ἦν, ὁρμησάντων, οἱ κατὰ τὴν πόλιν, ὄντας οὐκ ἀξιόχρεως ἑαυτοὺς εἰς φυλακὴν τῶν τῆς πόλεως τειχῶν θεασάμενοι, συνέφυγον ἅπαντες ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν. ὅπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς ἐπαφῆκε τῇ πόλει τῶν οἰκούντων ἐρημωθείσῃ τὴν δύναμιν. ἡ δὲ, τὰ τείχη καθελοῦσα καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσασα, μηχανὰς τοῖς ἐπὶ τῶν ἐρειπίων τῆς πόλεως ἵστη, καὶ ἀπὸ τούτων τοὺς ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἔβαλλε, βελῶν καὶ λίθων ἀφέσει. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῆς ι πόλεως λίθοις τοῖς

medium usque à terra, de coctilibus laterculis, bitumine conglutinatis; supra medium, de similibus laterculis & gypso fabricatæ.

Hanc urbem quum expugnare decrevisset Imperator, milites ad capessendum opus exhortabatur. Illis cum omni alacritate progressis, ut imperata facerent; urbis incolæ petebant, ut ab Imperatore in fidem reciperentur; modo mitti ad se postulantes Hormisdam, de conditionibus pacis colloquuturum; modo probris & contumeliis eundem incessentes, ut transfugam, & exsulem & proditorem patriæ. Quibus rebus Imperator non immerito concitatus ad iram, universos operi intentos esse, atque oppugnationem alacriter urgere jussit. Illis, uti jussus ac dispositus quisque fuerat, cum impetu progressis; defensores urbis, nequaquam se pares tuendis mœnibus esse conspicati, ad arcem universi se recipiebant. Quo conspecto, milites Imperator in urbem, habitatoribus vacuam, immisit: qui muris dejectis, & incensis ædificiis, machinas in oppidi parietinis constituêre, telorumque ac lapidum jactu eos petiere, qui in arcem commigraverant. Sed quod propugnatores arcis lapidibus continuis, ac telis, oppugnantes re-

1. Rescribendum [Ακρ[illegible].] Siquidem *urbem ipsam* à civibus derelictam jam statim affirmet Zosimus.

pellerent, & ingens utrimque clades acciperetur. Imperator, ſive quadam ingenii ſolertia, locorum ſitus habita ratione, ſive magna rerum edoctus experientia; tormentum quoddam tale conſtruxit. Tignis maximis inter ſe ferro colligatis, & per illa quadratæ turris effecta forma, eaque mœnibus arcis oppoſita, & paulatim ſublimitate creſcente tantam ad altitudinem excitata, murorum ut altitudinem æquaret: in eam turrim ſagittarios impoſuit, cum iis, qui de machinis ſaxa telaque conjicerent. Itaque Perſæ, qui tunc & ab oppugnantibus, & à ſtantibus in machina undique deturbarentur, aliquandiu quidem illi reſiſtebant; ſed ad extremum deditionis lege ſe tradituros arcem ſpondebant, ſi conditiones Imperator moderatas obtuliſſet. Conventum utrimque ut quotquot intus erant Perſæ, ſinguli per medium exercitum Romanum tuto tranſirent, certa pecunia & veſte accepta, & Imperatori arcem traderent. Quo facto, virorum ad quinque millia dimiſſi ſunt, exceptis illis, qui longis navigiis per alveum è flumine derivatum evadere potuerant. Inter cæ-

καὶ βέλεσι συνεχέσιν ἠμύνοντο τοὺς πολιορκοῦντας, ἐγίνετό τε πολὺς ἑκατέρωθεν φόνος. τότε δὴ ὁ βασιλεὺς, εἴτε ἐξ οἰκείας ἐννοίας τῇ τῶν τόπων ἁρμοσάμενος θέσει, εἴτε καὶ τοῦτο ἐκ πολυμαθείας λαβὼν, μηχάνημά τι κατεσκεύασε τοιόνδε. ξύλα μέγιστα πρὸς ἄλληλα συνδήσας σιδήρῳ, καὶ πύργου σχῆμα τετραγώνου διὰ τούτων ἀπεργασάμενος, ἀντιστήσας τε τῷ τῆς ἀκροπόλεως τείχει, τῇ τε κατὰ βραχὺ τοῦ ὕψους προσθήκῃ τῷ μήκει τῶν τειχῶν ἴσον ἀποτελέσας, εἰς τοῦτον ἀνεβίβασε τοξότας τε, καὶ τοὺς ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέντας λίθους καὶ βέλη. τότε τοίνυν ἔκ τε τῶν πολιορκούντων οἱ Πέρσαι καὶ ἐκ τῶν ἐφεστηκότων τῇ μηχανῇ πανταχόθεν καταβαλλόμενοι, μέχρι μὲν τινὸς ἀντέσχον ταλαιπωροῦντες δὲ, ὁμολογίᾳ τὴν ἀκρόπολιν ὑπέσχοντο παραδώσειν, εἰ μέτριόν τι παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ὑπαρχθείη. καὶ συνεδόκει, τῶν ἔνδον Περσῶν ἕκαστον διὰ μέσου τοῦ στρατεύματος ἀσφαλῶς διαβῆναι, ῥητὸν ἀργύριον καὶ ἱμάτιον ἔχοντα. παραδοθῆναι δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν ἀκρόπολιν. οὗ δὴ γεγονότος, ἄνδρες ἀφείθησαν πεντακισχίλιοι περί που τὸν ἀριθμὸν, δίχα τῶν πλοίοις [1] μακροῖς διὰ τῆς διώρυχος οἵων τε γενομένων διαφυγεῖν. συνεξῆλθε δὲ τῷ πλήθει

1. Scr. *μικροῖς* ſuffragante Marcellino quem noſter ſequitur *κατὰ πόδα*. *Numerata ſunt autem deditorum duo millia & quingenti: nam cætera multitudo obſidium ante ſuſpectans navigiis parvis permeato amne diſceſſit.* lib. cit.

καὶ

καὶ Μομόσειρος, τούτων ἡγούμενος. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τῆς ἀκροπόλεως αἱρεθείσης, ἔρευναν οἱ στρατιῶται τῶν ἐναποκειμένων ποιούμενοι, σῖτόν τε ἄπλετον εὗρον, καὶ ὅπλα παντοῖα καὶ μηχανήματα, καὶ ἐπίπλων πλῆθος οὐ μέτριον, καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς. τοῦ μὲν οὖν σίτου τὸ πλέον, ἐναπετέθη τοῖς πλοίοις εἰς ἀποτροφὴν τοῦ στρατοῦ· μέρος δὲ τούτου καὶ αὐτοὶ πρὸς ἑαυτοὺς διενείμαντο, καὶ δίχα τῆς δημοσίας σιτήσεως ἧς εἶχον. τῶν δὲ ὅπλων ὅσα μὲν ἐπιτήδεια Ῥωμαίοις ἐδόκει πρὸς πόλεμον εἶναι, ταῦτα τῷ στρατοπέδῳ διεδόθη· τὰ δὲ Περσικῇ μόνον ἁρμόδια χρήσει, αὐτοῖς δὲ οὐκέτι, τὰ μὲν πυρὶ παρεδόθησαν, τὰ δὲ τῷ ποταμῷ φέρεσθαι καὶ καταδύεσθαι συνεχώρησε.

Ἐντεῦθεν οὐχ ἡ τυχοῦσα τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρείᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίστης, οὕτω τε ὠχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατακράτος ἁλούσης. ἐφ᾽ οἷς ὁ βασιλεὺς φιλοφρονούμενος τὸ στράτευμα, λόγοις τε καθήκουσιν ἐτίμα, καὶ ἕκαστον[1] ἀργυροῖς ἑκατὸν νομίσμασιν ἐδωρεῖτο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἐπράχθη· ὁ Σουρήνας δὲ μετὰ δυνάμεως οὐκ ὀλίγης ἔκ τινος τῶν ἐν Ἀσσυρείᾳ πόλεων τοῖς προηγουμένοις τῶν Ῥωμαίων στρατοπέδου κατασκοπῆς ἕνεκεν ἐπελθὼν, οὐ προειδομένοις τὸ

teros, & dux eorum Momosirus exibat. Arce in hunc modum capta, milites ea perquirentes, quæ essent in arce condita; infinitam frumenti copiam, & omnis generis arma, & machinas, & immensam vim supellectilis, adparatusque reliqui, repererunt. Major frumenti pars, ad exercitus alimenta, navibus imposita fuit; partem & ipsi milites, præter annonam publicam, quam habebant, inter se dividebant. Arma, quæ Romanis ad bellum idonea viderentur, exercitui distributa sunt: apta vero Persico tantum usui, non Romanis militibus, partim igni tradita, partim ab amne rapi demergive permissa.

Hinc non exigua majestati Romani nominis accessit gloria, quod ampla civitas, & secundum Ctesiphontem, omnium in Assyria maxima, tamque munita, solo biduo per vim capta fuisset. Quas ob res Imperator exercitum blande demulcens, & oratione convenienti laudabat, & singulis centenos nummos argenteos donabat. Et hæc quidem ita gesta sunt. Surenas autem, non exiguis cum copiis ex oppido quodam, in Assyria sito, Romani exercitus exploratores, qui cæteros antecedebant, imprudentes adgressus; unum de

1. Quos cum tumultuari sensisset Julianus propter donarii parcitatem oratione illos increpuit, quam videsis apud Marc.

tribunis tribus, cum nonnullis ſub eo militibus, interemit; & cæteris in fugam actis, vexillo militari potitus eſt, draconis imaginem referente; qualia in bellis Romani geſtare conſueverunt. Eam rem ubi cognoviſſet Imperator, non moderato tulit animo; ſed ira concitus, in Surenæ milites, uti forte inſtructus erat, irruptione facta, terga dare coegit eos qui elabi fuga poterant: & ſigno recepto, quod hoſtes abſtulerant, mox ad urbem acceſſit, in qua Surenas collocatis inſidiis exploratores adortus fuerat. Eam vi cepit, & incendit. Duci vero exploratorum, propterea quod hoſti vexillum reliquiſſet, ſalute magnanimitati Romanæ antepoſita, cingulum ademit, & deinceps una cum iis, quos fugæ ſocios habuerat, pro infami duxit.

Ulterius autem progreſſus, quum per amnem iter faceret, ad caſtellum quoddam venit, cui vicinum erat oppidum, ejus nomen erat Fiſſenia. Secundum murum illius erat acta foſſa, quam ſane altiſſimam Perſæ repleverant aqua, parte non exigua proximi fluminis in eam derivata. Flumen ipſum, Regis amnis adpellabatur.

ἑσσωμένον, ἕνα μὲν τῶν ἡγουμένων, τριῶν ὄντων, ἀνεῖλεν ἅμα τισὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ταττομένων. τρέψας δὲ τοὺς ἄλλους, ἐγκρατὴς ἐγένετο στρατιωτικοῦ σημείου, δράκοντος ἐκτύπωμα φέροντος· οἷα φέρειν εἰώθασιν ἐν ταῖς μάχαις Ῥωμαῖοι. τοῦτο μαθὼν, οὐκ ἤνεγκε μετρίως ὁ βασιλεύς· ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ τοῖς ἀμφὶ τὸν Σουρήναν ὡς εἶχεν ἐπιπεσὼν, τούτων μὲν εἰς φυγὴν ἔτρεψεν ὅσοι διαφυγεῖν ἠδυνήθησαν· τὸ δὲ σημεῖον ἀναλαβὼν, τὸ παρὰ τῶν πολεμίων ἀφαιρεθὲν, ἐπῆλθε παραχρῆμα τῇ πόλει, καθ' ἣν ὁ Σουρήνας ἀποκρύπτων τὸν λόχον τοῖς κατασκόποις ἐπῆλθεν· εἷλέ τε κατὰ κράτος, καὶ ἐπυρπόλησε· τὸν δὲ τῶν [1] κατασκόπων ἡγεμόνα, διότι τοῖς πολεμίοις τὸ σημεῖον ἀπέλιπε, τῆς σωτηρίας τῆς Ῥωμαϊκῆς μεγαλοφροσύνης ἔμπροσθεν ποιησάμενος, παρέλυσέ τε τῆς ζώνης, καὶ ἐν ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν εἶχεν ἅμα τοῖς κοινωνήσασιν αὐτῷ τῆς φυγῆς.

Προελθὼν δὲ ἐπέκεινα, διά τε τοῦ ποταμοῦ τὴν πορείαν ποιούμενος, ἦλθεν εἴς τι χωρίον, ᾧ πόλις ἐπλησίαζε Φισσηνία προσαγορευομένη. ταύτης τῷ τείχει συμπαρέθει τάφρος· ἣν βαθυτάτην οὖσαν, ἐπλήρωσαν ὕδατος οἱ Πέρσαι, μέρος εἰς ταύτην οὐκ ὀλίγον τοῦ πλησιάζοντος μετοχετεύσαντες ποταμοῦ. [2] Βασι-

1. Quem Marcell. tradit in ipſo prœlio confectum cecidiſſe, alioſque duos Tribunos ſacramento ſolutos tanquam deſides & ignavos.

2. Naarmalcha Marcellinus. *Quod*, inquit, *fluvius regum interpretatur* נר enim apud Hebræos, *fluvium*, מלך *regem* denotat

λέως

λέως ποταμὸς ἦν ὄνομα τούτῳ. ταύτην διαδραμόντες τὴν πόλιν, (οὐδὲν γὰρ ἦν ἐκ ταύτης εὐλαβεῖσθαι πολέμιον) ὁδὸν διήεσαν τέλματι χειροποιήτῳ διάβροχον, οἱ γὰρ Πέρσαι, τήν τε διώρυχα τῇ χώρᾳ καὶ τὸν ποταμὸν αὐτὸν ἐπαφέντες, ἀδύνατον, κατά γε τὴν αὐτῶν οἴησιν, πεποιήκασι τοῦ στρατοῦ τὴν διάβασιν. ἀλλ᾽ ὅμως τοῦ βασιλέως προθέοντος, καὶ ὁ στρατὸς ἠκολούθει, βρέχων ἄχρι γονάτων τοὺς πόδας. αἰσχύνην γὰρ ἡγοῦντο μὴ ποιεῖν ἅπερ ἐθεῶντο ποιοῦντα τὸν βασιλέα. ἡλίου δὲ ἤδη δύντος, ὁ μὲν στρατὸς, ἐπὶ τῶν τόπων ηὐλίζετο τούτων· βασιλεὺς δὲ, στρατιώτας ἑαυτοῦ καὶ τεχνίτας ἀκολουθεῖν ἐπιτάξας, δένδρα ἐκτέμνων καὶ ξύλα, διώρυχάς τε ἐζεύγνυε, τοῖς τέλμασί τε γῆν ἐπετίθει καὶ τὰ βαθέα τῶν ὁδῶν ἀπεπλήρου, καὶ τὰς στενοχωρίας εὖρος ἐνεποίει τὸ μέτριον ἔχον· ἐπανελθών τε, διῆγε τὴν στρατιὰν μετὰ ῥᾳστώνης, ἕως εἰς Βίθραν ἐληλύθει πόλιν, ἐν ᾗ βασίλεια ἦν, καὶ οἰκήματα βασιλεῖ τε ὁμοῦ πρὸς ὑποδοχὴν ἀρκοῦντα, καὶ στρατοπέδῳ.

Προελθὼν δὲ ἐντεῦθεν, καὶ τῶν αὐτῶν ἐχόμενος πόνων, ἡγεῖτο τοῦ πλήθους, καὶ τὴν ὁδὸν εὐφορωτέραν ἐποίει· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διήνεγκεν ἅπαντας, ἕως ἦλθεν εἰς τόπον, ἔχοντα μὲν οἴκησιν οὐδεμίαν, ἄλσος δὲ ἐκ φοινίκων πεποιημένον, ἐν ᾧ καὶ ἄμπελοι παραπεφύκεσαν, ἄχρι τῆς τῶν φοινίκων κόμης τοῖς κλήμασιν ἀνατρέχουσαι, παρέχουσαί τε

Hoc oppido præterito, à quo nihil eſſet hoſtile metuendum: iter fecere per locum factitia palude ſtagnantem. Nam & alveo, & ipſo flumine Perſæ regioni immiſſo, perfeciſſe ſe putabant, ut exercitus nullo modo poſſet transjicere. Sed curſim antegreſſo Imperatore, ſubſequebatur exercitus, pedibus uſque ad genua madefactis. Nam pudore præpediebantur, quo minus id facerent, quod Imperatorem facere videbant. Ubi jam ſol occidiſſet, exercitus in locis iis commorabatur; & Imperator militibus ac fabris ſe ſubſequi juſſis, cæſis arboribus & tignis, alveos pontibus conſternebat, paluſtribus locis terram injiciebat, vias profundas explebat, anguſta denique loca mediocriter aperiebat. Deinde reverſus, exercitum facile tranſduxit; donec ad oppidum Bithram perveniſſet, quo in oppido regia cum iis ædificiis erat, quæ tam imperatori, quam militibus excipiendis ſufficerent.

Inde progreſſus, & iiſdem laboribus intentus exercitum antecedebat, & viam magis tolerabilem reddebat. Atque hoc modo tranſvexit omnes, donec ad locum venit, quo in loco nullum erat ædificium, ſed lucus palmis conſitus; in quo & vites erant enatæ, quæ palmitibus ſuis ſurſum ad ipſas uſque palmarum comas excurrebant, & palmulas uvis per-

miſtas

miftas confpiciendas exhibebant. In hoc luco noctem infequutam quum exegiflet, poftridie ejus diei perrexit ulterius. Quumque propius ad caftellum quoddam acceffiflet, letale vulnus accepturus erat. Nam Perfa quidam ex eo caftello eruptione facta, jam in caput Imperatoris gladium adigebat; quum ille prævifo ictu, capiti fcutum imponeret, eoque vim ictus repelleret. Et hunc quidem circumfufi milites cum fuis omnibus interfecerunt; nifi qui forte fuga per hoftes elapfi, ad caftellum fe contuliflent. Indignatus autem propter audax hoc facinus Imperator, caftellum infpectabat, &, fi qua parte capi poffet, circumambulans confiderabat. Dum huic intentus eft rei, Surenas eos milites, qui palmarum in luco manferant, adortus ex improvifo; jumentis & farcinis fe potiturum fperabat, & Imperatorem eâdem opera, pofteaquam de hoc accepiflet, omnino ab oppugnatione caftelli revocaturum. Sed hæc animo fecum volvens, utroque fruftratus eft. Imperator autem magnum in expugnatione caftelli momentum ponebat. Nam ei proximum erat oppidum, cui nomen Befuchis, fane quam populofum, cum aliis caftellis plurimis; quorum incolæ, relictis caftellis fuis, veluti non fatis ad tuendam fa-

ὁρᾶν τὸν ἐκ τῶν φοινίκων καρπὸν, ἀναμεμιγμένον τοῖς βότρυσιν. ἐν τούτῳ τὴν ἐπιγενομένην νύκτα διαγαγὼν, ἐπὶ τὰ πρόσω τῇ ὑστεραίᾳ προῄει. ἐλθὼν δὲ πλησίον [1] φρουρίου τινὸς, πληγὴν καιρίαν δέχεσθαι ἐμέλλησε. τῶν γὰρ ἀπὸ τοῦ φρουρίου τις Πέρσης ἐπεξελθὼν, τῇ τοῦ βασιλέως κεφαλῇ τὸ ξίφος ἐπήλασεν. ὁ δὲ, προειδόμενος, ἐπέθηκε τὴν ἀσπίδα τῇ κεφαλῇ, καὶ ταύτῃ τὴν πληγὴν ἀπεσείσατο. ἐκεῖνον μὲν οὖν οἱ στρατιῶται συμπεσόντες, κατέσφαξαν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας, εἰ μήπω γέ τινες διαδύντες, συνέφυγον εἰς τὸ φρούριον. δυσανασχετήσας δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ τολμήματι, τὸ φρούριον αὐτὸς ἐσκόπει, καὶ ὅπῃ ἁλώσιμον εἴη, περιϊὼν ἐθεώρει. περὶ τοῦτο δὲ ἔχοντος αὐτοῦ, τοῖς ἐν τῷ ἄλσει τῶν φοινίκων ἐπιμείνασι στρατιώταις ὁ Σουρήνας ἀπροόπτως ἐπιφανεὶς, τῶν τε ὑποζυγίων καὶ τῆς ἀποσκευῆς κρατήσειν ἤλπισε, καὶ ἅμα τὸν βασιλέα, τοῦτο μαθόντα, πάντως ἀποστήσειν τῆς τοῦ φρουρίου πολιορκίας. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐν νῷ ταῦτα βαλλόμενος, ἀμφοτέρων διήμαρτεν. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐν πολλῷ τὴν τοῦ φρουρίου καθαίρεσιν ἐποιεῖτο. πόλις τε γὰρ ἐπλησίαζεν αὐτῷ, Βησουχὶς ὄνομα, πολυάνθρωπος, καὶ ἄλλα φρούρια πλεῖστα· ὧν συνέβαινε τοὺς οἰκήτορας ἀπολιπόντας τὰ σφέτερα, ὡς οὐκ ἀρκοῦντα πρὸς σωτηρίαν, εἰς τὸ

1. *Urbem* vocat Marcell. Majozamalcham nomine.

ὑπὸ τοῦ βασιλέως πολιορκουμένον συνδραμεῖν, πλὴν τῶν εἰς Κτησιφῶντα διεκφυγόντων, ἢ κατὰ τὸ δασύτατον τοῦ ἄλσους ἀποκρυβέντων.

Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς, ἐνίστατο τῇ πολιορκίᾳ κατὰ τὸ καρτερόν. οἱ δὲ ἀπολυθέντες ἐκ τῆς στρατιᾶς εἰς τὸ κατασκοπεῖν καὶ βοηθεῖν, εἴποτέ τι φανείη πολέμιον, οὐκ ἀπεκρούσαντο μόνον τοὺς ἐπελθόντας αὐτοῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀνελόντες, τοὺς δὲ προτροπάδην διώξαντες, ἐν ἀσφαλεῖ τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς πολιορκίας ἐποίησαν. ἐπεὶ δὲ τῶν φευγόντων τινὲς καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ τὸ ἄλσος ἕλεσιν ἦσαν, οὐδὲ τούτους οἱ ἐπὶ κατασκοπῇ καταλειφθέντες ἀφῆκαν ἀθώους, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἔκτειναν, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἀπήγαγον. οἱ δὲ ἐν τῷ φρουρίῳ πολιορκούμενοι, βελῶν παντοίων ἀφέσει τοὺς ἐναντίους ἠμύναντο· λίθων δὲ οὐκ ὄντων αὐτοῖς ἔνδον, ἀσφάλτῳ βώλους πεπυρωμένους ἠκόντιζον. ἐτύγχανον δὲ τῶν πεμπομένων αἱ βολαὶ ῥᾳδίως, οἷα [1] καὶ ὑπερδεξίου καὶ κατὰ πλήθους πεμπόμεναι· ἀλλ' οὐδὲ οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατιῶται, καὶ ταῦτα τῆς ἐξ ὕψους βοηθείας ἐλαττούμενοι, [2] παρῆκον εἶδος ἀνδρείας καὶ πολεμικῆς ἐπιστήμης. λίθοις γὰρ χειροπλήθεσιν ἔβαλλον, βέλεσί τε, οὐκ ἐκ τόξων μόνον ἀφιεμένοις, ἀλλὰ καὶ

lutem idoneis, in illud ipſum concurrerant, quod ab Imperatore obſidebatur: exceptis iis, qui Cteſiphontem evaſerant; vel, qua lucus eſſet denſiſſimus, ſemet abdiderant.

His de cauſis Imperator obſidionem ſtrenue urgebat. At vero qui de reliquo exercitu dimiſſi fuerant, ut explorarent omnia, ſuiſque ſuccurrerent, ſi qua ſe vis hoſtilis offerret; non modo adortos ſe propulſarunt, ſed interfectis aliis, alios effuſe terga dare coactos inſequuti, ab omni metu ſecuram Imperatori obſidionem reddebant. Et quoniam nonnulli fuga ſibi conſulentes, in ſubjectis luco paludibus hærebant; ne illos quidem, ſi deprehendiſſent, illæſos immittebant itinerum exploratores: ſed partim interficiebant, partim captivos abducebant. Obſeſſi vero, telorum omnis generis jactu vim hoſtilem propulſabant. Quumque ſaxa deficerent, ignitas bitumine glebas ejaculabantur: earum jactus facile contingebant eos, qui petebantur, quod de ſublimiore loco, & in multitudinem fierent. Sed nec Romani milites, quamvis adjumento loci ſuperioris vincerentur, ullum fortitudinis & ſcientiæ bellicæ genus intermittebant. Magnos enim lapides & tela conjiciebant in hoſtes, quæ non arcu-

1. Scr. ἐξ.
2. Rectius. παρῆκαν.

bus

bus tantum, verum & machinis emittebantur. Eæ non ita constitutæ fuerant, ut unum modo corpus, sed duo, tria, plura denique ferirent. Quia vero castellum in colle situm erat, duobus muris, & decem ac sex magnis turribus munitum, altaque cinctum fossa, quæ parte quadam castelli præsidiariis aquam ad potum idoneam immittebat: egesta terra fossam Imperator complanare milites jussit, aliumque præterea tantam in altitudinem excitari aggerem, ut turrem æquaret. Itidem parte quadam alia terram sub mœnibus fodere decrevit versus medium murum interiorem; quod per hosce cuniculos hostem adgredi cogitaret. Hostibus autem milites aggerem excitantes continuo jactu telorum impedientibus, aperti quidem conflictus ineundi curam Imperator in se recepit, variis adversus conjecta sive tela, sive ignes, defensionum rationibus utens; Nevitæ vero ac Dagalaipho, cuniculos, & excitationes aggerum commisit: Victori traditis gravis armaturæ militibus, & equitibus, ad ipsam usque Ctesiphontem explorare loca præcepit; ut si quod agmen hostile conspiceretur, quod Imperatorem ab oppugnatione retrahere cogitaret, ejus ille co-

ἐκ μηχανημάτων· ἅπερ οὐκ ἐφ' ἑνὸς μόνον ἵστατο πηγνύμενα σώματος, ἀλλὰ καὶ δύο καὶ τρία καὶ πλείω διήλ. τοῦ δὲ φρουρίου κειμένου μὲν ἐπὶ λόφου, τείχεσι δὲ δύο καὶ πύργοις ἑκκαίδεκα μεγάλοις ὠχυρωμένου, πέριξ τε τάφρῳ περιειλημμένου βαθείᾳ, κατά τι μέρος ὕδωρ εἰσφερούσῃ τοῖς ἐν τῷ φρουρίῳ πρὸς πότον ἐπιτήδειον, χῶμα ἐπιχέειν ὁ βασιλεὺς τῇ τάφρῳ τοὺς στρατιώτας ἐκέλευσεν, ἕτερόν τε ἐπὶ τούτῳ πρὸς ὕψος ἀνιστάμενον, ἐξισωθῆναι τῷ πύργῳ· κατὰ δὲ μέρος ἕτερον τὴν ὑπὸ τὰ τείχη γῆν ὀρύττειν ἐγνώκει, κατὰ τὸ μέσον τοῦ ἐνδοτέρου τείχους, διὰ τοῦ ὀρύγματος ἐπιθήσεσθαι τοῖς πολεμίοις πραγματευόμενος. τῶν δὲ πολεμίων τοὺς ἐγείροντας τὸ χῶμα βολαῖς συνεχέσιν εἰργόντων, τὴν μὲν ἐν τῷ προφανεῖ μάχην, ὁ βασιλεὺς ἀνεδέξατο, πολυειδέσιν ἀμυντηρίοις, κατὰ τῶν βαλλομένων, εἴτε βελῶν, εἴτε πυρσῶν, χρώμενος· [1] Νεβίτᾳ δὲ καὶ Γαδαλαΐφῳ, τά τε χώματα καὶ τὰς τῶν χωμάτων ἐγέρσεις ἐπέτρεψεν. Οὐίκτωρι δὲ παραδοὺς ὁπλίτας τε καὶ ἱππέας, τὰ μέχρι Κτησιφῶντος αὐτῷ διερευνᾶσθαι προσέταξεν· ὥς, εἴπου τι φανείη πολέμιον, ἀφελκύσαι τὸν βασιλέα τῆς πολιορκίας πειρώμενον, τοῦτο διὰ τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων κωλυθῆναι

1. Et cuniculos quidem cum vineis *Nevita* & *Dagalaiphus* curabant ineundis autem conflictibus & defendendis ab incendio vel eruptionibus machinis præerat Imperator. *Marcell.*

τὴν ἐπιχείρησιν· ἅμα δὲ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Κτησιφῶντα, σταδίων οὖσαν ἐννενήκοντα, γεφυρῶν τε κατασκευαῖς καὶ χωμάτων, αὐτῷ καὶ τῷ στρατῷ 1 ῥᾷον καταστῆσαι.

Ταύτην διελὼν τοῖς ἡγεμόσι τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτὸς μὲν διὰ τῶν σὺν αὐτῷ κριῶν μιᾷ πύλῃ προσαγαγὼν, οὐ κατέσεισε μόνον αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ ἔλυσε· τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ὀρυγμάτων τεταγμένους, ἐκμελῶς ἰδὼν τῷ ἔργῳ χρωμένους, 1 ἐκείνης μὲν ἀπέστησε, ταύτην αὐτοῖς ὑπὲρ τῆς ἐκμελείας τὴν ἀτιμίαν ἐπαγαγὼν, ἑτέρους δὲ ἀντεκατέστησεν. αὐτὸς δὲ κριὸν ἕτερον ἄλλῃ προσέφερε πύλῃ. καὶ ταύτης δὲ τὴν προσβολὴν οὐκ ἐνεγκούσης, ἧκεν ἀγγέλλων τις, ὡς οἱ ταχθέντες τὰ ἀπὸ τῆς τάφρου μέχρι τῆς πόλεως αὐτῆς διορύττειν, ἤδη πρὸς τέλος ἀφίκοντο τοῦ ἔργου, καὶ πρὸς τὸ ἀναδῦναι γεγόνασιν εὐτρεπεῖς. ἦσαν δὲ οὗτοι, τρεῖς λόχοι, 3 Ματτιάρειοι, καὶ Λακκινάρειοι, καὶ Βίκτωρες. ὁ βασιλεὺς δὲ, ταύτην μὲν τέως ἐπέσχεν αὐτῶν τὴν ὁρμήν· πύλῃ δὲ ἑτέρᾳ ἀντίον ἐκέλευσεν εὐτρεπίζεσθαι μηχανήν· καὶ τὴν στρατιὰν αὐτῇ πᾶσαν ἐπέστησε, πείθων τοὺς πολεμίους, ὡς τῇ ὑστεραίᾳ ταύτην προσαγαγὼν, ἐγκρατὴς τοῦ φρουρίου γενήσεται. ἐποίει

natum opera ſubjectorum ſibi militum reprimeret; ſimulque viam, quæ Cteſiphontem ducit, & ſtadiorum eſt nonaginta, pontibus ſtructis, tam ſibi quam exercitui, faciliorem redderet.

His inter duces diſtributis operis, ipſe ſuis arietibus portæ cuidam admotis, non eam modo ſuccuſſit; verumetiam diſſolvit. Quumque ſegniter intentos operi videret, quibus commiſſa cura fuerat agendi cuniculos; eos inde removit, illa ipſa notatos ignominia propter oſcitantiam, & eorum in locum alios ſubſtituit. Alterum inde arietem alteri portæ admovit; quæ ipſa quoque quum non ferret impetum, venit quidam, qui nuntiaret eos, quibus injunctum fuiſſet ut à foſſa cuniculos in ipſum uſque oppidum agerent, jam ad operis ſui finem perveniſſe; ac paratos ad prorumpendum de cuniculis eſſe. Tres hæ cohortes erant, Mattiarii, Laccinarii, & Victores. Imperator, eorum inhibito nonnihil impetu, alii portæ celeriter admoveri machinam juſſit, ac ibidem copias univerſas conſtituit; ut hoſti perſuaderet, poſtridie ſe hac adhibita machina, oppido potiturum. Id autem propterea faciebat, ut Perſis omnem cogitationem inſtitutæ per cunicu-

1. Ῥᾴονα Sylb. vel contracte ῥᾴω.
2. Subintelligi φροντίδος autumat Sylbur. quidni vero reſcr. ἐκείνους.
3. Hoc nomen, uti nec ſequens, apud Marcell. non occurrit, qui rem ita narrat: *patefactis latebris evolat Exuperius de victorum numero miles, poſt quem Magnus Tribunus & Jovinianus Notarius.* uti infra Zoſimus.

los expugnationis eximeret. Quapropter oppidanis omnibus in hoc conversis, ut machinam illam eliderent; peractis jam cuniculis ii, quibus illorum fossiones mandatæ fuerant, quum imminentem sibi terram ad superficiem usque perforassent, media quadam in domo prodierunt; in qua molendinaria mulier erat, quæ alta nocte farinam è frumento conficiebat. Eam exclamaturam, qui primus prodiit, interfecit. Is erat Superantius, de Victorum numero, non obscurus miles: quem sequutus est Magnus; post quem tertius emersit Jovianus, ordinis notariorum tribunus; deinde plures. Exitu paulatim dilatato, medio in oppido cuncti erant. Tum vero progressi ad murum, præter omnem spem irruebant in Persas, qui cantilenas more patrio factas pronuntiabant, regis sui virtutem celebrantes, & Imperatoris Romani conatum irritum reprehendentes. Nam facilius aiebant eum Jovis aula potiturum, quam oppido. Hos adorti, partim obvios cædebant, & de muro deturbantes neci dabant; partim persequentes, variis modis interficiebant: nec à feminis, nec pueris abstinentes; nisi si quos retinere captivos eis visum fuisset. Anabdates vero, præsidiariorum magister, dum castellum per-

δὲ τοῦτο, πᾶσαν ἔννοιαν τοῖς Πέρσαις τῆς διὰ τοῦ ὀρύγματος ἀναιρῶν πολιορκίας. τὴν ἀπὸ τοῦ φρέατος πίνων ἀπαιτῶν εἰς τὸ τῆς μηχανῆς ἀποκρούσασθαι συστραφέντων, διορύξαντες τὴν ὑπόνομον οἱ ταύτῃ ταχθέντες, εἶτα τὴν ἐπικειμένην ἄχρι τῆς ἐπιφανείας γῆν διαβήσαντες, ἐφάνησαν οἰκίας ἐν μέσῳ, καθ' ἣν ἐτύχε τις ἀλετρὶς γυνή, νυκτὸς οὔσης ἔτι βαθείας, σῖτον ἄλευρα εἰς ἐργαζομένη. ταύτην μὲν οὖν ὁ πρώτως ἀναδὺς, ἐκβοᾶν μέλλουσαν, παίσας ἀνεῖλεν. ἦν δὲ Σουπεραντίος, ἐν τῷ λόχῳ τῶν Βικτόρων οὐκ ἄσημος. ἐπὶ τούτῳ δὲ Μάγνος, καὶ τρίτος ὁ Ἰοβιανὸς, τοῦ τάγματος τῶν ὑπογραφέων προεστηκώς. ἔπειτα δὲ πλείους. διευρυνομένου δὲ κατὰ βραχὺ τοῦ στομίου, πάντες ἦσαν ἐν μέσῳ. τότε δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐλάσαντες, ἐπέστησαν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῖς Πέρσαις, ᾄσματα λέγουσιν ἐπιχώρια, τὴν μὲν τοῦ σφῶν βασιλέως ἀνδρίαν ὑμνοῦντα, διαβάλλοντα δὲ τὴν Ῥωμαίων βασιλέως ἀνέφικτον ἐπιχείρησιν. ῥᾷον γὰρ ἔφασκον αὐτὸν τὴν τοῦ Διὸς αἱρήσειν αὐλὴν, ἢ τὸ φρούριον. ἐπιθέμενοι δὲ, τοὺς ἐν χερσὶν ἔπαιόν τε καὶ ἐκ τοῦ τείχους ὠθοῦντες, διέφθειρον, τοὺς δὲ καὶ διώκοντες, παντοδαποῖς θανάτου τρόποις ἀνῄρουν, οὔτε γυναικῶν οὔτε παίδων ἀπεχόμενοι, πλὴν εἰ μή που γέ τινας αἰχμαλώτους αὐτοῖς ἔδοξεν ἔχειν. [1] Ἀναβδάτης δὲ ὁ ἀρχιφύλαρχος, ἐν τῷ διαδραναι

1. Ma..ell. Nabdates præsidiorum magister.

τὸ

τὸ φρούριον ἁλοὺς, ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ὀγδοήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὖσι, τῷ βασιλεῖ προσήχθη δεδεμένος τὰς χεῖρας. κατὰ ταῦτα τοῦ φρουρίου κατακράτος ἁλόντος, ἡβηδὸν δὲ πάντων ὅσοι κατὰ τοῦτο ἦσαν ἀναιρεθέντων, ἐκ παραδόξου δὲ ὀλίγων διασωθέντων, ἐφ' ἁρπαγὴν ὁ στρατὸς τῶν ἀποκειμένων χρημάτων ἐχώρει. κομισαμένου δὲ ἑκάστου τὸ προσπεσὸν, τότε τεῖχος ἄχρις ἐδάφους, προσενεχθεισῶν αὐτῷ πλείστων μηχανῶν, κατηνέχθη, καὶ τὰ οἰκήματα πυρί τε καὶ ταῖς τῶν στρατιωτῶν χερσὶ κατελύθησαν, οὕτω τε εἰς τὸ μὴ γεγενῆσθαί ποτε δοκεῖν περιέστη.

Τῆς δὲ ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας ἐχόμενος, διῄει μὲν καὶ ἕτερα οὐκ ὀνομαστὰ φρούρια· παραγίνεται δὲ καὶ εἰς περίβολον, ὃν Βασιλέως θήραν ἐκάλουν. ἦν δέ τι [1] τειχίον, χωρίον ἀπειληφὸς ἔνδον πολὺ, δένδρεσι πεφυτευμένον παντοδαποῖς. ἐν τούτῳ θηρίων παντοίων ἐναποκλειόμενα γένη, τροφῆς τε οὐκ ἠπορεῖντο, διὰ τὸ καὶ ταύτην ἐπεισάγεσθαι· καὶ παρεῖχον τῷ βασιλεῖ τοῦ θηρᾶν, ἡνίκα ἂν βουληθείη, ῥᾳστώνην. τοῦτο Ἰουλιανὸς θεασάμενος, διαῤῥηγνύναι κατὰ πολλὰ μέρη τὸ τεῖχος ἐπέταττεν. οὗ δὴ γενομένου, φεύγοντα παρὰ τῶν στρατιωτῶν τὰ θηρία κατετοξεύετο. ἐνταῦθά που πλησίον γενόμενος, βασίλεια εἶδε εἰς τὸν Ῥωμαϊκὸν μεγαλοπρεπῶς ἐξησκημένα

curſitaret, captus; una cum ſatellitibus, qui erant octoginta numero, manibus ligatis ad Imperatorem deductus eſt. Hac via capto per vim oppido, & omnibus in eo cujuſlibet ætatis interemtis, perpaucis omnino præter opinionem elapſis; ad diripiendas opes in eo repoſitas miles progrediebatur. Quum quilibet abſtuliſſet quidquid obvium nactus fuerat, murus ad ſolum uſque, plurimis admotis machinis, proſtratus eſt; & ædificia flammis militumque manibus diruta, redactaque ad eam ſpeciem, nunquam ut exſtitiſſe viderentur.

Hinc ulterius progreſſus, oppida quædam alia parum celebria tranſibat, & quoddam ad ſeptum perveniebat, quod Regis venationem vocabant. Erat autem murus quidam, intra ſe complexus ingens ſpatium, variis arboribus conſitum. In eo clauſæ omnis generis feræ, ſatis alimentorum habebant, quæ quidem huc eis advehebantur; & regi venandi facultatem, quoties vellet, præbebant. Id conſpicatus Julianus, multis locis murum perfringi juſſit; quo facto, feræ fugientes à militibus telis configebantur. Non procul alicubi ab eo loco regiam vidit, more Romano magnifice ſtructam; quam ubi cognoviſ-

1. *Erat in hac eadem regione extentum ſpacium, & rotundum loricæ ambitu circumcluſum, deſtinatas regiis voluptatibus feras continens.* id.

ſet à Romanis ædificatam, reliquit; nec tribunis, ut aliquid in ea corrumperent, permiſit: ejus famæ verecundia motus, quod ædificii auctores Romani perhiberentur.

Hinc ubi caſtella quædam præteriiſſet exercitus, ad oppidum Armeniæ venit, Sabathi dictum; quod triginta ſtadiis ab ea diſtat, quæ prius quidem Zochaſa, nunc vero Seleucia nuncupatur. Imperatore in vicino loco cum majori exercitus parte commorato, exploratores antegreſſi vi oppidum capiunt. Poſtridie quum muros ejus circumiret Imperator, corpora ſuffixa patibulis ante portas conſpexit. Ea narrabant indigenæ, cujuſdam eſſe neceſſariorum, qui fuiſſet accuſatus, quaſi quoddam oppidum ditionis Perſicæ prodidiſſet, quod Imperator Carus occupaverat. Heic Anabdates præſidii magiſter in judicium productus eſt; qui exercitum Romanum diu deceperat, velut ei profuturus in gerendo contra Perſas bello: & delatus id temporis, quod in Hormiſdam maledicus eſſet, in præſentia plurimorum proditorem eum vocans, & ſuſceptæ contra Perſas expeditionis auctorem; eoque nomine convictus, capitis ſupplicium pertulit.

τύπον· καὶ μαθὼν ταῦτα ὑπὸ Ῥωμαίων ᾠκοδομῆσθαι, καταλέλοιπεν, οὐ συγχωρήσας τοῖς ταξιάρχοις λωβήσασθαί τι τῶν ἐν αὐτοῖς, αἰδοῖ τοῦ Ῥωμαίους λέγεσθαι τοὺς ταῦτα δημιουργήσαντας.

Ἐντεῦθεν ἡ στρατιὰ, φρούριά τινα παραδραμοῦσα, εἰς πόλιν ἀφίκετο [1] μείνας Σαβαθὰ καλουμένην. διέστηκε δὲ αὕτη σταδίοις τριάκοντα τῆς πρότερον μὲν [2] Ζωχάσης, νῦν δὲ Σελευκείας ὀνομαζομένης. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς πλησίον που μετὰ τῆς πολλῆς στρατιᾶς ηὐλίσθη. προηγούμενοι δὲ οἱ κατάσκοποι, τὴν πόλιν κατακράτος αἱροῦσι. τῇ δ' ὑστεραίᾳ, τὰ τείχη ταύτης ὁ βασιλεὺς περινοστῶν, ἑώρα σώματα προσηρτημένα σταυροῖς, ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν. ταῦτα δὲ ἔφασκον οἱ ἐπιχώριοι συγγενῶν εἶναι διαβληθέντος τινὸς ὡς προδότου πόλεως γεγονότος, ἣν ἔτυχεν ὁ βασιλεὺς Κάρος, Περσῶν οὖσαν, ἑλών. ἐνταῦθα Ἀναβδάτης ὁ φρούραρχος, εἰς κρίσιν ἤγετο· περιαγαγὼν μὲν ἐπὶ πολὺ τὸν Ῥωμαίων στρατὸν, ὡς δὴ συντελέσων αὐτῷ πρὸς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον· τότε δὲ ἐξελεγχθεὶς, ὡς ἐλοιδορεῖτο παρὰ πλείστοις Ὁρμίσδην προδότην ἀποκαλῶν, καὶ τῆς κατὰ Περσῶν αἴτιον ἐκστρατείας· καὶ ἐπὶ τούτοις ἁλοὺς [3] ἀνῃρέθη.

1. Leg. Ἀρμενίας vel Μηδίας.
2. Quibus *Cocbe*, inquit Marcell. quam Seleuciam nominant, non longius diſparatur.
3. Vivus exuſtus eſt.

Πραϊόν-

Προϊόντος δὲ περαιτέρω τοῦ στρατοῦ, τὰ ἕλη διερευνώμενος Ἀρινθαῖος, πολλούς τε ἐν τούτοις εὑρὼν αἰχμαλώτους ἀπήγαγεν. ἐνταῦθα πρῶτον οἱ Πέρσαι συστραφέντες, ἐπῆλθον τοῖς τοῦ στρατοῦ προτρέχουσι κατασκόποις. ὀξέως δὲ τραπέντες, εἰς τὴν πλησίον ἀγαπητῶς συνέφυγον πόλιν. κατὰ δὲ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην τοῦ ποταμοῦ, τοῖς ἐπιτεταγμένοις τῇ τῶν ὑποζυγίων φυλακῇ οἰκέταις, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων ἦσαν, ἐπελθόντες οἱ Πέρσαι, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ζῶντας ἀπήγαγον. ὅπερ πρῶτον ἐλάττωμα Ῥωμαίοις συμβὰν, ἀθυμίαν ἐνεποίησε τῷ στρατεύματι. Ἐντεῦθεν ὁρμήσαντες, ἦλθον εἴς τινα διώρυχα μεγίστην, ἣν ἔλεγον οἱ τῇδε, παρὰ Τραϊανοῦ διορύχθαι, Πέρσαις ἐπιστρατεύσαντος· εἰς ἣν ἐμβάλλων ὁ Ναρμαλάχης ποταμὸς, εἰς τὸν Τίγρητα ἐκδίδωσι. ταύτην ὁ βασιλεὺς καθῆραί τε ἅμα καὶ ἐρευνᾶν διενοήθη, πόρον τε τοῖς πλοίοις ἐπὶ τὸν Τίγρητα παρασκευάζων, καὶ εἴ που παρείκοι, γεφύρας τῇ τοῦ πολλοῦ στρατοῦ διαβάσει. τούτων δὲ ταύτῃ πραττομένων, ἐπὶ τῆς ἀντικρὺ ὄχθης πλῆθος Περσῶν συνδραμὸν ἱππέων τε καὶ πεζῶν, εἴ τις ἐπιχειρηθείη διάβασις, ἐπειρᾶτο κωλύειν. ταύτην ὁ βασιλεὺς τὴν παρασκευὴν τῶν πολεμίων βλέπων, ἐπὶ τὸ διαπλέειν ἐπ' αὐτοὺς ἠρεθίζετο, καὶ σὺν ὀργῇ τοῖς στρατηγοῖς ἐνεκελεύετο τῶν πλοίων ἐπιβαίνειν. ἐπεὶ δὲ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην θεωροῦντες ὑψηλοτέραν,

Ulterius profecto exercitu, paludes Arinthæus perſcrutans, multos in eis repertos captivos abduxit. Heic primum Perſæ conglobati, exploratores exercitum antecedentes adorti ſunt: ſed confeſtim in fugam acti, cupide vicinam ad urbem convolant. Ex adverſa vero ripa fluminis Perſæ calones adgreſſi, qui jumentis præſidio relicti fuerant, itidemque cæteros, quicunque cum his erant; partim occiderunt, partim vivos abduxerunt. Hoc detrimentum, quod primum Romanis accidit, conſternatione quadam militum animos percuſſit. Inde motis caſtris, maximum quendam ad alveum fluminis ventum eſt, quem ejus loci homines à Trajano bellum Perſis faciente, ductum eſſe commemorabat; & in quem Narmalaches fluvius derivatus, in Tigrim ſemet exonerat. Hunc & repurgare pariter Imperator, & explorare conſtituit; ut aditum navigiis ad Tigrim pateſaceret, ac, ſicubi liceret, ad tranſvehendam majorem exercitus partem, pontes facerent. Hæc dum iſtic fierent, in adverſa ripa magnus Perſarum numerus, tam equitum, quam peditum, concurſu facto, ſi quis tranſmiſſus tentaretur, prohibere nitebatur. Hoc hoſtium inſtitutum videns Imperator, ad tranſjiciendum in eos irritabatur. Ideoque cum iracundia duces hortabatur, ut naves ingrederentur. Sed quum illi ripam adverſam cernentes

altiorem

altiorem, ac præterea sepem quandam ad eam porrectam, ab initio muniendi paradisi regii causa structam, tunc usum muri præbentem, metuere se telorum & ignium de sublimi jactus dicerent: urgente Imperatore, navigia duo, legionariis referta, transjecere; quæ Persæ statim, ignitorum telorum magna vi conjecta, succenderunt. Quum majori trepidatione perculsus esset exercitus, Imperator vafro commento corrigens admissum erratum: Successit, inquit, eis transjectio, ripaque potiti sunt. Hoc enim ignis ille de navigiis accensus indicat; quem milites ego transmittentes excitare jusseram, veluti bene gestæ rei signum. Tunc igitur omnes ita, ut instructi erant, naves ingressi transmiserunt: & qua vado per aquam iri poterat, in eam insilientes, comminus prœlio cum Persis inito, non in ripam solum evaserunt; verumetiam recuperatis duabus illis jam semiustis navibus quæ prius transmiserant, reliquos adhuc in eis legionarios salvos eripuerunt. Secundum hæc congressis exercitibus, à media nocte prœlium ad meridiem usque perduravit. Tandem Persæ cedentes, totis viribus fugam arripiebant, facto ejus ab ipsis ducibus initio. Hi duces erant Pigraxes, genere dignita-

καὶ ἅμα θριγγόν τινα συμπαρατεινόμενον, εἰς ἔρυμα μὲν παραδείσου βασιλικοῦ τὴν ἀρχὴν ᾠκοδομημένον, τότε δὲ τείχους πληροῦντα χρείαν, δεδιέναι τὰς ἐξ ὕψους τῶν βελῶν τε καὶ πυρσῶν βολὰς [2] ἔλεγον· ἐγκειμένου δὲ τοῦ βασιλέως, [1] δύο νῆες ὁπλιτῶν πλήθει ἐπεραιώθησαν· ἃς αὐθὺς οἱ Πέρσαι, πυροφόρων βελῶν πλῆθος ἀφέντες, κατέφλεξαν. ἐκδειματωθέντος δὲ πλέον τοῦ στρατοῦ, τῷ συμβάντι ὁ βασιλεὺς καταστρατηγήσας τὴν ἁμαρτίαν, περιγεγόνασιν, ἔφη, τῆς διαβάσεως, καὶ κύριοι τῆς ὄχθης γεγόνασι. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ πῦρ τὸ ἀπὸ τῶν πλοίων ἐξαφθὲν ὅπερ αὐτὸς ἐπέσκηψα τοῖς ἐπὶ τῶν νεῶν στρατιώταις, σύμβολον τῆς νίκης ποιήσασθαι. τότε τοίνυν ἅπαντες, ὡς εἶχον, εἰς τὰ πλοῖα ἐμβάντες, ἐπεραιώθησαν· καὶ ὅπῃ βάσιμον ἦν τὸ ὕδωρ ἐπιπηδήσαντες, εἰς τὸν ἐκ χειρὸς ἀγῶνα καταστάντες τοῖς Πέρσαις, οὐ μόνον ἐκράτησαν τῆς ὄχθης ἀλλὰ καὶ τὰ πρότερον περαιωθέντα δύο πλοῖα καταλαβόντες ἡμίφλεκτα, τοὺς περιλελειμμένους ἔτι τῶν ἐν αὐτοῖς ὁπλιτῶν περιεσώσαντο. ἐπιπεσόντων δὲ λοιπὸν τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, ἐκ μέσης νυκτὸς διέμεινε μέχρι μέσης ἡμέρας ἡ μάχη. τέλος, ἐνδόντες ἔφυγον προτροπάδην οἱ Πέρσαι, τῆς φυγῆς ἡγησαμένων τῶν στρατηγῶν. ἦσαν δὲ οὗτοι [2] Πιγράξης τε, γένει καὶ

1. *Quinque* secundum Marcell. ex quo hæc desumpsit Zosimus.
2. Non dubito quin rescribendum sit Τιγράνης.

ἀξιώσει

ἀξιώσει παρέχων ἁπάντων μετὰ τὸν σφῶν βασιλέα, καὶ [1] Αναρέος, καὶ ὁ Συρήνας αὐτός. φεύγουσι δὲ ἐπικαταδραμόντες Ρωμαῖοί τε, καὶ σὺν τούτοις οἱ Γότθοι, πολλοὺς μὲν ἀπώλεσαν, χρυσίου δὲ πολλοῦ καὶ ἀργύρου γεγόνασιν ἐγκρατεῖς, ἔτι δὲ κόσμου ποικίλου τοῖς τε ἀνδράσι καὶ ἵπποις πεποιημένου, καὶ κλινῶν ἀργυρῶν καὶ τραπεζῶν, ὅσαις ἐνέτυχον ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐν τῷ χάρακι καταλελειμμέναις. ἔπεσον δὲ καὶ ἐν τῇ μάχῃ, Περσῶν μὲν, πεντακόσιοι καὶ δισχίλιοι, Ρωμαίων δὲ οὐ πλείους πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. τὸν δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ στρατοπέδου παιᾶνα, Βίκτωρ ὁ στρατηγὸς ἔδοξέ πως ἐλαττοῦν, καταπέλτῃ τρωθείς.

teque secundum regem cunctos antecellens, & Anareus, & ipse Surenas. Fugientes insequuti Romani, & cum eis Gothi, multos deleverunt, & auri argentique magna potiti sunt copia, variisque tam virorum, quam equorum ornamentis, & arginteis lectis atque mensis, quascunque relictas à ducibus, in fossato repererunt. Ceciderunt in pugna, Persarum duo millia, quingenti; Romanorum non plures quam septuaginta quinque. Ovationem exercitus, ob partam victoriam, visus est quodam modo dux Victor, catapulta læsus, imminuere.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, τὸν Τίγρητα ποταμὸν ὁ βασιλεὺς τὸ στράτευμα ἐπὶ πολλῆς ἀδείας διαβιβάσας, τρίτῃ μετὰ τὴν μάχην ἡμέρᾳ καὶ αὐτὸς μετὰ πάσης τῆς ἀμφ' αὐτὸν δορυφορείας ἐπεραιοῦτο. καὶ πρός τι χωρίον ἐλθὼν, (Αβουζαθὰ τοῦτο Πέρσαι καλοῦσιν) ἡμέρας ἐν τούτῳ διέμεινε πέντε διασκοπῶν δὲ περὶ τῆς ἐπέκεινα πορείας, ἄμεινον [2] ἔχων ᾠήθη, μηκέτι συμπαραπέμπειν τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ τὸν στρατὸν, ἀνιέναι δὲ ἐπὶ τὴν μεσόγειαν, ὡς οὐδενὸς ὑπολειπομένου, πλοίων εἰς χρείαν αὐτοὺς καταστήσαντος. ταῦτα δὴ λαβὼν κατὰ νοῦν,

Postridie Imperator exercitu trans Tigrim flumen magna cum securitate vecto, tertio post pugnam die cum universo satellitio suo & ipse transjiciebat. Quumque pervenisset ad castellum quoddam, (Abuzatha Persæ vocant) dies in eo quinque commoratus est. Dispiciens autem de faciundo ulterius itinere, rectius se facturum arbitratus est, si propter ripam fluminis exercitum non amplius duceret, sed ad mediterranea pergeret; quod nulla jam causa superesset, quæ usum navigiorum posceret. Hæc quum ei ad animum accidissent, exer-

1. Leg. Νάρσης. hisce enim nominibus veniunt apud Marcell. duo hi duces.
2. [ἔχον] Sylburg. participio pro infinitivo posito. Etsi vero proclivius sit ipsum infinitivum [ἔχειν] substituere.

citui consilium exponit, naves exuri jubens; quæ quidem omnes, demtis decem & octo Romanis, Persicis quatuor, igni absumtæ fuerunt. Nam curribus hæ vectæ comitabantur exercitum, emergentibus (ceu par erat) usibus subservituræ. Jam paulo supra flumen iter reliquum conficiendum erat. Ubi locum, qui Noorda dicitur, adtigissent; ibidem divertebant. Persæ complures heic capti ac trucidati. Progressi ad Durum amnem, ponte juncto transierunt. Conspicati Persas omne soli pabulum cremasse; ut jumenta Romanorum pastus inopia premerent; eosdemque coactos in plures turmas, Romanos opperiri, quos non admodum multos arbitrarentur: ubi jam collectos in unum conspexissent, ad ripam fluminis tendebat. Hic cum exploratores, qui exercitum præcedebant, cum Persarum cuneo quodam manus consererent; Macamæus quidam, præ animi alacritate, inermis in hostes irruens, quatuor ex eis interficit. Verum pluribus simul in eum conversis, mactatur. Ejus frater Maurus, conspectum medios inter Persas fraternum corpus arripit, & eum, qui primus ictum intulerat, occidit; neque telis petitus animum despondit, donec fratrem adhuc spirantem exercitui reddidisset.

εἰσηγεῖται βουλὴν τῷ στρατῷ, τὰ πλοῖα ἐμπρῆσαι κελεύων· καὶ πάντα, πλὴν ὀκτωκαίδεκα Ῥωμαϊκῶν, Περσικῶν δὲ τεσσάρων, ἐδαπανήθη πυρί. ταῦτα γὰρ ἁμάξαις φερόμενα, ἠκολούθει, τὰς ἀνακυπτούσας, ὡς εἰκὸς, ὑπηρετησόμενα χρείας. ὀλίγον δ' ἀνωτέρω τοῦ ποταμοῦ, τὸ λειπόμενον ἔδει ποιήσασθαι τῆς ὁδοῦ. Νοορδᾷ δὲ τῷ τόπῳ προσσχόντες, αὐτοῦ που κατέλυον· ἔνθα πολλοὶ πανταχόθεν ἡλίσκοντο Πέρσαι, καὶ κατεσφάττοντο. Ελθόντες δὲ εἰς τὸν Δοῦρον ποταμὸν, διέβησαν τοῦτον, γέφυραν ζεύξαντες. ἐπεὶ δὲ τοὺς Πέρσας ἐθεάσαντο, τὸν μὲν ἐν τῇ γῇ πάντα χιλὸν κατακαύσαντας, ὡς ἂν τὰ ὑποζύγια τῆς Ῥωμαίων τροφῆς ἀπορίᾳ πιέζοιτο· συστάντας δὲ αὐτοὺς κατὰ πολλοὺς λόχους, ἐκδέχεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, ὡς δὴ μὴ σφόδρα πολλοὺς διανοουμένους· τότε δὴ συνειλεγμένους εἰς ταυτὸν θεασάμενοι, πρὸς τὴν ὄχθην ἐχώρησαν τοῦ ποταμοῦ. τῶν δὲ ἡγουμένων τοῦ στρατοῦ κατασκόπων εἰς χεῖρας ἐλθόντων μοίρᾳ τινὶ Περσικῇ, Μακαμαῖος τις γυμνὸς ὑπὸ προθυμίας ἐπιπεσὼν, τέσσαρας ἀναιρεῖ· συστραφέντων δ' ἅμα πολλῶν ἐπ' αὐτὸν, κατασφάττεται. Μαῦρος δὲ, ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, τὸ σῶμα ἰδὼν ἐν μέσοις κείμενον Πέρσαις, ἁρπάζει αὐτὸ, καὶ τὸν πρῶτον παίσαντα κτείνει· καὶ οὐκ ἀπεῖπε βαλλόμενος, ἄχρις ὅτε τὸν ἀδελφὸν ἔμπνουν ἔτι τῷ στρατῷ παρέδωκεν.

Ελθόντες

Ἐλθόντες δὲ εἰς πόλιν [1] Βαροφθᾶς, τὸν χιλὸν εὗρον ὑπὸ τῶν Βαρβάρων καταπρησθέντα. μοίρας δέ τινος Περσῶν ἅμα Σαρακηνοῖς ἐπιφανείσης, καὶ οὐδὲ ἄχρι θέας τὸν Ῥωμαϊκὸν στρατὸν ὑποστάσης, ἀλλ' αὐτόθεν ἀφανοῦς γινομένης, κατ' ὀλίγους εἰς ταὐτὸ συνιέντες οἱ Πέρσαι, συνειλεγμένοι τὸ εἰς πλῆθος, ἤδη παρεῖχον ὑπόνοιαν ὡς ἐπιθησόμενοι τοῖς ὑποζυγίοις. τότε δὴ πρῶτος ἐνδὺς τὸν θώρακα ὁ βασιλεὺς, πάντων μὲν αὐτὸς προεξέδραμε τοῦ στρατεύματος· οἱ Πέρσαι δὲ οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' εἰς τοὺς αὐτοῖς ἐγνωσμένους ἀποδράναι διέγνωσαν τόπους. Προϊὼν δὲ, εἰς κώμην ἐλήλυθε Σύμβραν, ἥτις ἐν μέσῳ δυοῖν κεῖται πόλεων, αἷς ὀνόματα Νίσβαρα καὶ Νισχανάβη. διαιρεῖ δὲ ταύτας ὁ Τίγρις· καὶ γέφυρα ἦν, ἣ τὰς ἐπιμιξίας τοῖς ἀμφοτέρων οἰκήτορσιν ἐδίδου ῥᾳδίας καὶ συνεχεῖς· ἣν οἱ Πέρσαι κατέφλεξαν, ὡς ἂν μὴ διὰ ταύτης οἱ Ῥωμαῖοι κατ' ἐξουσίαν ἑκατέροις παρενοχλοῖεν. ἐνθάδε που λόχοι Περσῶν ἀναφανέντες, ὑπὸ τῶν προνομευόντων κατασκόπων ἐτράπησαν· καὶ ἅμα τροφὴν ἄφθονον ὁ στρατὸς εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ [2] κώμῃ,

Quum ventum ad oppidum Barophthas esset, pabulum à Barbaris exustum repererunt. Posteaquam cuneus quidam Persarum cum Saracenis conspectus fuisset, ac ne facie quidem tenus exercitum Romanum sustinuisset, sed ex oculis se continuo subduceret; coeuntes alii post alios exiguo numero Persæ, globo suorum collecto, Romanis eam de se præbebant opinionem, quasi jumenta essent adgressuri. Tum vero primus loricam induens Imperator, universum cursim anteibat exercitum: nec sustinuerunt impetum Persæ, sed in loca sibi nota diffugiendum censuerunt. Itaque progressus Imperator, ad vicum Symbram venit, qui duobus oppidis interjacet, quorum nomina sunt Nisbara & Nischanabe. Hæc oppida Tigris dividit, & pons erat, qui amborum incolis expedita frequentiaque commercia suppeditabat. Eum Persæ cremarunt, ne Romani per illum, utrosque pro libitu vexarent. Heic conspectæ Persarum cohortes, ab exploratoribus pabulatum egressis in fugam actæ sunt; & exercitus de inventa in hoc vico annona ubere, quum

1. Nomen hoc apud Marcellinum non occurrit, facta licet de re gesta mentione.

2. De facto jam convenit Zosimus cum Marcell. cum tamen uterque locos assignent, diversos aut propter soni cognationem corruptos. *Ad Hecumbram nomine villam pervenimus*, inquit Marc. *ubi per biduum omnibus ad usum congruis, & satietate quæsita frumenti, ultra spem recreati discessimus, & confestim absque his quæ tempus vehi permisit, reliqua flammis exusta sunt.* lib. 25. statim ab initio.

ea sumsisset, ad usum quæ sufficerent, quidquid erat reliquum, corrupit.

Inde quum inter oppidum Danaben & Syncam essent, Persæ cum agminis extremi præsidiariis congressi, multos interfecerunt: sed amissis pluribus, terga dederunt, quum cæteroquin etiam inferiores discederent. Nam hoc prœlio nobilis quidam satrapa trucidatus est, nomine Daces, legatus ad Imperatorem Constantium quondam missus, qui cum eo de pace, componendoque bello, colloqueretur. Ubi Romanos ad oppidum Accetam propius accedere, conspexissent hostes; fructus, qui erant in agris, exurebant: in quos incursione facta, ignem Romani restinguebant, ac fructus reliquos usui suo reservabant.

Ulterius autem progressi, ad vicum Maronsa pervenerunt; ubi turmæ Persarum, extremi agminis præsidio relictos adortæ, manum conseruerunt, & quum alios milites, tum Brettanionem turmæ ducem, viriliter dimicantem interfecerunt. Captæ sunt & naves, quæ longe à tergo exercitus in hostem inciderant. Hinc vicos quosdam cursim prætergressi. Tummarum venerunt; ubi concrematarum navium cunctos pænituit. Quippe jumenta vehen-

καὶ ὅσα πρὸς τὴν χρείαν ἤρκει λαβὼν, τὸ περιττὸν, ὅσον ἦν, ἅπαν διέφθειρεν.

Ἐπεὶ δὲ μεταξὺ Δανάβης πόλεως καὶ Σύγκης ἐγένοντο, τοῖς φύλαξι τῆς οὐραγίας τοῦ στρατοπέδου συμπεσόντες οἱ Πέρσαι, πολλοὺς ἀπέκτειναν· πλείους δὲ ἀποβαλόντες, ἐτράπησαν, καὶ ἄλλως ἐλαττωθέντες. ἀνῃρέθη γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ σατράπης τις τῶν ἐπιφανῶν, ὄνομα [1] Δάκης· ὃς ἔτυχε πρότερον ἐπὶ πρεσβείαν πρὸς τὸν βασιλέα Κωνστάντιον ἀπεσταλμένος, εἰρήνης πέρι καὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου διαλεξόμενος. ἰδόντες δὲ αὐτοὺς οἱ πολέμιοι πλησιάζοντας Ἀκκήτῃ πόλει, τοὺς ἐν τῇ γῇ καρποὺς ἐπυρπόλουν. οἷς ἐπιδραμόντες οἱ Ῥωμαῖοι, τὸ πῦρ κατέσβεσαν, καὶ τῶν καρπῶν τοῖς λειπομένοις ἐχρήσαντο.

Περαιτέρω δὲ προελθόντες, εἰς [2] Μάρωνσα παραγίνονται κώμην. οὗ τοῖς τὴν οὐραγίαν τοῦ στρατοῦ φυλάττουσιν ἐπιθέμενοι Περσῶν λόχοι, συνέπεσον, καὶ ἀπώλεσαν ἄλλους τε στρατιώτας, καὶ Βρεττανίωνα τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντα τοῦ λόχου, ἀνδρείως ἀγωνισάμενον. καὶ πλοῖα δὲ ἥλω, κατόπιν πολὺ τοῦ στρατοπέδου τοῖς πολεμίοις περιπεσόντα. Παραδραμόντες δὲ κώμας τινὰς, εἰς Τούμμαραν ἦλθον. ἔνθα μεταμέλεια πάντας εἰσῆλθε τῆς τῶν πλοίων ἐμπρήσεως. τά τε γὰρ ὑποζύγια

1. Adaces. *Marcell.*
2. Maranga. *idem.*

ζύγια πρὸς τὴν τῶν ἐπιτηδείων κομιδὴν οὐκ ἐπήρκει, τοσαύτην ὁδὸν καὶ πᾶσαν διὰ πολεμίας ταλαιπωρούμενα. καὶ οἱ Πέρσαι τὰ γεννήματα συλλέγοντες, ὅσα οἷοί τε ἦσαν, καὶ τοῖς ὀχυρωτάτοις ἐναποκλείσαντες τόποις, τῆς ἀπὸ τούτων χρείας τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀφῃροῦντο στρατόπεδον. ἐν τούτοις δὲ ὅμως οὖσιν αὐτοῖς, ἐπεφάνη Περσικὰ τάγματα· καὶ μάχης γενομένης, ἐκράτουν τῷ πλείονι Ῥωμαῖοι, πολλοὺς ἅμα τῶν Περσῶν ἀνελόντες. τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ, περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν οἱ Πέρσαι συνταχθέντες εἰς πλῆθος, τοῖς οὐραγοῖς τοῦ Ῥωμαίων στρατεύματος ἀδοκήτοις ἐπέπεσον. οἱ δὲ, ἀσύντακτοι τέως ὄντες, καὶ τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἐφόδου συνταραχθέντες, ὅμως ἀντεπιέναι προεθυμοῦντο, τοῦ βασιλέως, ἧ περ εἰώθει, περιιόντος, καὶ εἰς θάρσος τὰς τάξεις ἐγείροντος. ἐπεὶ δὲ εἰς χεῖρας ἅπαντες ἦλθον ἀλλήλοις, ἐπιὼν τοὺς ταξιάρχους καὶ λοχαγοὺς, ἀναμεμιγμένος δὲ τῷ πλήθει, [1] πλήττεται ξίφει παρ' αὐτὴν τῆς μάχης τὴν ἀκμήν· καὶ ἐπιτεθεὶς ἀσπίδι, φοράδην ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἄγεται· μέχρι τῆς νυκτὸς μέσης ἀρκέσας, ἀπέθανεν, οὐ πόῤῥω τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν ἀπωλείας καταστήσας ἐσχάτης.

do commeatui non sufficiebant, tanti jam itineris ærumnis in hostili solo confecta; & Persæ, quoscumque poterant, fructus colligentes; eorum intra munitissima loca conclusorum usu Romanos prohibebant. Hoc autem rerum statu Persicis legionibus conspectis, initaque pugna, longe Romani superiores evadebant, multis Persis interfectis. Postridie ejus diei, quo tempore forum frequentissimum erat, conglobati Persæ nec opinantes eos, qui agmen extremum Romanorum cogebant, adorti sunt. Illi, quamvis nondum adhuc ordines instruxissent, & impressione subita perturbati essent; tamen vicissim in hostem pergebant alacriter, principe more suo circumeunte, ac legiones ad virtutem excitante. Quum ad manus undique ventum esset, & Imperator partim turmarum duces ac tribunos obiret, partim promiscue conferta in turba militum versaretur: in ipso ardore prœlii gladio feritur, scutoque impositus ad tentorium deportatur; ubi vita mediam ad noctem usque producta, mortuus est: Persarum imperio propemodum ab eo jam ad extremum exitium redacto.

1. *Marcell. incertum subita equestris hasta cute brachii præstricta, costis perfossis hæsit in ima jecoris fibra*, quibus adde. Λέγεται γὰρ ὅτι ἐτρώθη αἷμα ἐκ τῆς ὠτειλῆς ἀρυσάμενος, εἰς τὸν αἰθέρα ἀκοντίσαι, οἷά γε πρὸς φαινόμενον τὸν Χριστὸν ἀφορῶν, καὶ τῆς ἰδίας σφαγῆς αὐτὸν ἐπαιτιώμενος. Sozomen. lib. 6. c. 2.

Interea vero, dum principis obitus ignoraretur, usque adeo exercitus Romanus superior hostibus exstitit, ut quinquaginta maximæ potestatis satrapæ, cum infinita multitudine, caderent. At ubi mors Imperatoris innotuit, jamque milites reversi essent ad tentorium, in quo cadaver jacebat; pugnabant adhuc quidem nonnulli Romani, atque hostem superabant: sed cohortes quædam è castello Persico, parentes Hormisdæ imperio milites adortæ, manum cum eis conserebant. Acri occepto prœlio, Antonius cecidit, ordinum palatinorum dux; quem Romani magistrum officiorum vocant. Et Salustius, præfectus prætorii, quum ex equo decidisset, imminentibus hostibus, fere fuisset trucidatus, nisi quidam ex adparitoribus equo descendens, fugæ capessendæ facultatem ei præbuisset: recedentibus una cum ipso & iis ordinibus duobus, qui stipare Imperatorem consueverunt, ac Scutarii dicuntur. Cæterum ex his qui terga dederant, sexaginta duntaxat milites cum sua, tum Romani nominis dignitate ad animum revocata, & ad mortem usque discrimini semet objicientes, eo castello potiti sunt; de quo Romanos adorti Persæ, superio-

Ἔτι δὲ τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως οὔσης ἀδήλου, τῶν Ῥωμαίων ὁ στρατὸς ἐπὶ τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε πεντήκοντα μὲν τῶν ἐν μεγίστῃ δυνάμει σατράπας πεσεῖν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἄπειρον πλῆθος. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ βασιλέως καταφανὴς ἐγένετο τελευτή, καὶ ἀνέστρεψαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἔνθα νεκρὸς ἔκειτο, ἔτι μὲν ἔνιοι Ῥωμαίων ἐμάχοντο, καὶ τῶν πολεμίων ἐκράτουν· λόχοι δέ τινες ἀπὸ φρουρίου Περσικοῦ, τοῖς ὑπὸ Ὁρμίσδην τεταγμένοις ἐπιθέμενοι, κατέστησαν εἰς χεῖρας. μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης, ἔπεσεν [1] Ἀντώνιος, ὁ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν ἡγούμενος τάξεων, ὃν καλοῦσι Ῥωμαῖοι μάγιστρον· καὶ Σαλούστιος, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἐκπεσὼν τοῦ ἵππου, μικροῦ κατεσφάγη, τῶν πολεμίων ἐπικειμένων, εἰ μὴ τῶν ὑπηρετῶν τις ἀποβὰς τοῦ ἵππου, δέδωκεν αὐτῷ ῥᾳστώνην φυγῆς· συναποκλινάντων αὐτῷ καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα δύο ταγμάτων, οὓς σκουταρίους προσαγορεύουσιν. ἐκ δὲ τῶν εἰς φυγὴν τετραμμένων, ἄνδρες ἑξήκοντα μόνοι, σφῶν καὶ τοῦ Ῥωμαίων ἀξιώματος μεμνημένοι, παραβαλλόμενοι τῆς ἄχρι θανάτου, τοῦ φρουρίου γεγόνασιν ἐγκρατεῖς, ἀφ' οὗ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπελθόντες οἱ Πέρσαι πλεονεκτεῖν ἔδοξαν· καὶ τρεῖς ἑξῆς

1. Dum hæc post discessum ducis ubique aguntur, exercitus cornu dextro defatigato & *Anatolio* interfecto, qui tunc erat officiorum magister. Sallustius præfectus actus in exitium præceps, & operâ suis Apparitoris casu evasit & fugâ *Marc. lib.* 25.

ἡμέρας

ἡμέρας τῶν πολεμίων ἐφεδρευόντων, καὶ ὀλίγου μέρους τοῖς πολιορκοῦσιν ἐπιθεμένου, περιεσώθησαν. Τότε τοίνυν τῶν ἐν τέλει πάντων ἅμα τῷ στρατοπέδῳ συνειλεγμένων, [1] βουλὴ προὐτίθετο, τίνι δέοι παραδοθῆναι τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, ὡς οὐχ οἷόν τε ὄντος δίχα τοῦ πάντων ἡγησομένου τοὺς ἐπικειμένους ἐν μέσῃ τῇ πολεμίᾳ κινδύνους διαφυγεῖν· καὶ ψήφῳ [2] κοινῇ βασιλεὺς Ἰοβιανὸς ἀναδείκνυται, Βαρρωνιανοῦ, τοῦ τῶν δομεστίκων ἡγουμένου τάγματος, παῖς.

Τὰ μὲν οὖν ἄχρι τῆς Ἰουλιανοῦ τελευτῆς, τόνδε πέπρακται τὸν τρόπον. Ἰοβιανὸς δὲ, τὴν ἁλουργίδα ἐνδὺς, καὶ τὸ διάδημα περιθέμενος, εἴχετο τῆς ἐπὶ τάδε πορείας. ἐπεὶ δὲ εἰς [3] Σοῦμα τὸ φρούριον ἦλθεν, ἐπιπεσοῦσα ἡ Περσῶν ἵππος τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ἐλέφαντάς τε οὐκ ὀλίγους ἐπαγαγοῦσα, τοὺς κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας ἐκάκουν. ἐτετάχατο δὲ ἐν τούτῳ Ἰοβιανοὶ καὶ Ἑρκουλιανοί· ταγμάτων δὲ ταῦτα ὀνόματα, παρὰ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ κατασταντα, φερόντων τὰς τούτων ἐπωνυμίας. ὁ μὲν γὰρ, Διὸς, ὁ δὲ, Ἡρακλέους ἐπώνυμον εἶχε. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὑπὸ τῆς τῶν ἐλεφάντων ἀλκῆς ἐβιάζοντο,

res exſtitiſſe viſi fuerant. Quumque continuo deinceps triduo circumſideretur ab hoſtibus, non exigua parte copiarum obſeſſores adgreſſa, ſalvi evaſerunt. Tum vero cunctis optimatibus, una cum exercitu, collectis; conſultatum eſt, cuinam rerum ſumma committenda eſſet: quod fieri nullo modo poſſet, ut ex imminentibus medio in hoſtico periculis, principe deſtituti evaderent. Ideoque ſuffragio communi Jovianus Imperator deſignatur, Varroniani domeſticorum tribuni filius.

Et quæ quidem ad obitum uſque Juliani acciderunt, in hunc geſta fuere modum. Jovianus induta purpura, ſumtoque diademate, contentis itineribus domum pergebat. Ad Suma caſtellum ubi veniſſet, equitatus Perſicus in Romanos irruptione facta, nec paucis adductis elephantis, dextrum cornu infeſtabat, in quo Joviani & Herculiani conſtituti erant. Eæ ſunt à Diocletiano & Maximiano profectæ legionum adpellationes, habentium cognomina principum illorum; quorum alter Jovis, alter Herculis cognomentum uſurpavit. Ac initio quidem vim roboris elephantorum non ſuſtinebant,

1. Noluit enim Imperator ſucceſſorem nominare, ne aut dignum imperio præteriret, aut ſuo ſuffragio comprobatum aliorum objiceret invidiæ. *Vide ſis orationem Jul. apud Marcell. lib. citato.*

2. Non tamen ſine partium ſtudiis, Victore & Arintheo ex ſuis unum, Gallorum quoque proceribus è ſuo commilitio alterum quærentibus.

3. Cum ad caſtellum *Sumere* nomine tenderemus. *Marcell.*

&

& multi fugientes cadebant. Verum ubi pariter & equitatum, & elephantos Persæ in nostros concitabant; ventum est ad acclivem quemdam locum, in quo Romanorum forte calones erant. His in periculi societatem venientibus, telaque in Persas de sublimi jacientibus, elephanti quidam vulnerati sunt; qui more suo fugam dolore perciti cum barritu capessebant, & equitatum omnem conturbabant: ita quidem, ut tam in hac fuga elephanti à militibus interficerentur, quam in ipso prœlio complures ex hostibus caderent. Perierunt & Romani legionum tribuni tres, dum fortiter dimicarent; Julianus, Maximianus, & Macrobius. Quumque humi jacentes perquirerent, & inter eos Anatolii cadaver reperissent; id ea sepultura cohonestarunt, quam temporis ratio concedebat, hostibus undique urgentibus.

Dies progressi quatuor, & ab hostibus undique vexati; persequentibus, si Romanos proficisci viderent; fugientibus, quoties iidem ipsos invaderent; ubi latius spatium nacti fuissent, Tigrim transmittere decreverunt. Itaque colligatis utribus, quum ex iis juga quasi quædam confecissent; his ipsis invecti transjecerunt. Posteaquam adversa ripa milites potiti fuissent, etiam duces cum reliquis secure transmiserunt. Verum ubi ne sic quidem abscederent Persæ, sed magna cum

καὶ πολλοὶ φεύγοντες ἔπεσον. ἐπελαυνόντων δὲ αὐτοῖς τῶν Περσῶν πρὸς τῇ ἵππῳ καὶ τοὺς ἐλέφαντας, ἦλθον εἴς τι χωρίον ἄναντες, ἐν ᾧ τοὺς τῶν Ῥωμαίων σκευοφόρους ἐτυχεν εἶναι. τούτων δὲ συνεπιλαβόντων αὐτοῖς τοῦ κινδύνου, καὶ ἐξ ὑπερδεξίου τοὺς Πέρσας ἀκοντιζόντων, ἐτρώθησαν τινὲς τῶν ἐλεφάντων, καὶ, ἣ σφίσιν ἦν ἔθος αὐτοῖς, ἔφυγον ὀδυνώμενοι μετὰ βρυχηθμοῦ, καὶ τὴν ἵππον ἅπασαν συνετάραξαν· ὥστε τῇ φυγῇ καὶ ἐλέφαντας ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατασφαγῆναι, καὶ πολλοὺς ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ πεσεῖν. ἀπέθανον δὲ καὶ Ῥωμαίων τρεῖς λοχαγοὶ, γενναίως ἀγωνισάμενοι, Ἰουλιανὸς, καὶ Μαξιμιανὸς, καὶ Μακρόβιος. διερευνώμενοι δὲ τοὺς κειμένους, καὶ ἐν τούτοις εὑρόντες τὸ Ἀνατολίου σῶμα, ταφῆς ἠξίωσαν ἧς ὁ καιρὸς ἐδίδου, πολεμίων πανταχόθεν ἐπικειμένων.

Ἡμέρας δὲ τέσσαρας προελθόντες, καὶ πανταχόθεν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐνοχλούμενοι, διωκόντων μὲν, ἐπειδὰν ὁδεύοντας ἴδοιεν, φευγόντων δὲ ὁπότε αὐτοῖς ἀντεπίοιεν Ῥωμαῖοι· γενομένης τινὸς εὐρυχωρίας αὐτοῖς, τὸν Τίγριν περαιωθῆναι διέγνωσαν. ἀσκοὺς τοίνυν ἀλλήλοις συνδήσαντες, καὶ ζεύγματα τρόπον τινὰ διὰ τούτων κατασκευάσαντες, ἐποχούμενοί τε τούτοις, διέβησαν. ὡς δὲ τῆς ἀντιπέρας ἐκράτησαν ὄχθης, τότε δὴ καὶ οἱ στρατηγοὶ σὺν τοῖς λειπομένοις ἐπ' ἀδείας ἐπεραιώθησαν. οὐδὲ οὕτω δὲ

τῶν Περσῶν ἀποστάντων, ἀλλὰ σὺν πολλῷ πλήθει κατὰ πᾶν τῆς ὁδοῦ μέρος ἐπικειμένων, ἐν πᾶσιν ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι κινδύνοις, ὑπό τε τῶν περιεστώτων κακῶν, καὶ προσέτι ἐνδείᾳ τροφῆς πιεζόμενοι. καίπερ οὖν ἐν τούτοις ὄντι τῷ στρατοπέδῳ, περὶ φιλίας ὅμως ἐποιοῦντο λόγους οἱ Πέρσαι, Σουρήναν τε καὶ ἄλλους τῶν ἐν δυνάμει παρ' αὐτοῖς ὄντων, ἐκπέμψαντες. Ἰοβιανοῦ δὲ τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης προσδεξαμένου λόγους, στείλαντός τε Σαλούστιον τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον, καὶ Ἀρινθαῖον σὺν τούτῳ, λόγων περὶ τούτου γενομένων αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους, ἐγένοντο μὲν τριακοντούτεις σπονδαί· [1] συνεδόκει δὲ, Ῥωμαίους μὲν τοῦ τε Βαβδικηνῶν ἔθνους ἐκστῆναι τοῖς Πέρσαις, ἔτι δὲ Καρδουηνῶν καὶ Ῥημηνῶν, καὶ Ζαληνῶν τε πρὸς τούτοις, καὶ ἐπὶ πᾶσι [2] περὶ αὐτὰ φρουρίων, ὄντων τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα, μετὰ τῶν οἰκητόρων, καὶ κτημάτων, καὶ ζώων, καὶ πάσης ἀποσκευῆς· Νίσιβιν δὲ παραδοῦναι δίχα τῶν ἐνοικούντων. ἐδόκει γὰρ τούτους, ἔνθα ἂν δόξειε Ῥωμαίοις, μετοικισθῆναι. προσαφείλοντο δὲ καὶ Ἀρμενίας τὸ πολὺ μέρος οἱ Πέρσαι, βραχύ τι ταύτης Ῥωμαίοις ἔχειν ἐνδόντες. ἐπὶ τούτοις αἱ σπονδαὶ γεγονυῖαι, καὶ γραμματίοις ἑκατέρω-

multitudine hominum ab omni parte, qua eundum erat, imminerent: nullo non in periculo Romani versabantur, qui & à malis circumstantibus, & præterea commeatus inopia premerentur. Licet igitur hæc esset exercitus conditio, nihilo tamen minus Persæ de pace tractabant: Surena, & aliis apud eos potestate præditis, ad Romanos ablegatis. Hanc pacis mentionem quum Jovianus admitteret, ac Salustium præfectum prætorii cum Arinthæo misisset: institutis inter hos de pace colloquiis mutuis, annorum quidem triginta factæ sunt induciæ; sed utrimque consensum, ut Romani Babdicenorum gentem Persis cederent, itemque Carduenorum, & Rhemenorum, & Zalenorum; ac præter hæc omnia, quæ in his essent castella, numero quindecim, una cum incolis, & prædiis, & jumentis, & omni adparatu: Nisibim vero sine incolis traderent. Hos enim placuit, quocunque Romanis visum esset, commigrari. Præterea Persæ magnam Armeniæ partem adimebant, perpusillum quiddam in ea Romanis possidendum relinquentes. His conditionibus initum fœdus, & instrumentis utrimque consignatum, facultatem Romanis

1. *Petebat*, sc. Persarum rex, pro nostrâ redemptione quinque regiones transtigritanas, Arzanenam & Moxoenam & *Zabdicenam*, itemque *Rebimenam* & *Corduenam* cum castellis quindecim, & Nisibin, & Singaram, & castra Maurorum munimentum rerquam opportunnm. *Marcell.*

2. Præponendus est articulus [τῶν.]

domum

domum redeundi præbuit; ita quidem, ut Persarum finibus nullum ab illis detrimentum inferretur, nec vicissim Persicæ Romanis insidiæ tenderentur.

Posteaquam ad hanc historiæ partem perveni, ad superiora mihi tempora recurrere subiit, & indagare, num ab se parta Romani unquam aliis ut traderent, imperare sibi potuerint: aut ut haberent alii quidquam eorum, quæ semel in ipsorum ditionem venissent, passi fuerint. Nam quum L. Lucullus regno Tigranem Mithridatemque dejecisset, ac primus imperio Romano sitas ad intimam usque Armeniam regiones, ipsamque præterea Nisibim adquisivisset, una cum finitimis eidem castellis: Pompeius Magnus, rebus ab hoc præclare gestis finem imponens, per constitutam ab se pacem Romanis horum possessionem stabilivit. Postea vero quam Persis rursum commotis, prætorem summa cum potestate Crassum Senatus creasset, atque is cum hoste congressus, fœdam in hunc usque diem Romanis infamiam reliquisset, in ipso prœlio captus, & apud Persas exstinctus: copiarum dux factus Antonius, & amore Cleopatræ captus, negligenter rebus ad bellum administrandum

θεν ἀποσφραγισθεῖσαι, δεδώκασι Ῥωμαίοις εὐρυχωρείαν τῆς οἴκαδε ἐπανόδου, κατὰ μηδὲν τὰ Περσῶν διαφθείρουσιν ὅρια, μήτε αὐτοῖς ὑπὸ Περσικῆς [1] ἐπιβουλευομένοις ἐνέδρας.

Εἰς τοῦτο τῆς ἱστορίας ἀφιγμένῳ τὸ μέρος, ἐπὶ τοὺς ἀνωτάτω μοι χρόνους ἐπῆλθεν ἀναδραμεῖν, καὶ ζητῆσαι εἴποτε Ῥωμαῖοι τῶν αὐτοῖς τι κτηθέντων, ἑτέροις ὑπέστησαν παραδοῦναι, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἔχειν τῶν ὑπὸ τὴν ἐπικράτειαν αὐτῶν ἅπαξ γενομένων ἠνέσχοντο. Λουκίου γὰρ Λουκούλλου Τιγράνην καθελόντος καὶ Μιθριδάτην, περιποιήσαντός τε πρώτου τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ τὰ μέχρις Ἀρμενίας τῆς ἐνδοτάτω, καὶ Νίσιβιν ἐπὶ τούτοις, καὶ τὰ πρόσοικα φρούρια ταύτῃ, Πομπήϊος Μάγνος τοῖς τούτου κατορθώμασι τέλος ἐπιθεὶς, διὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γενομένης εἰρήνης τὴν τούτων Ῥωμαίοις ἐβεβαίωσε κτῆσιν. ἐπεὶ δὲ Περσῶν αὖθις κινηθέντων, ἐχειροτόνησεν ἡ γερουσία Κράσσον αὐτοκράτορα καὶ στρατηγὸν, ὁ δὲ, εἰς χεῖρας ἐλθὼν, αἰσχρὰν ἄχρι τοῦ δεῦρο Ῥωμαίοις κατέλιπε δόξαν, ἁλοὺς τε ἐν τῇ μάχῃ, καὶ παρὰ Πέρσαις [2] ἀποθανών· τότε παραλαβὼν τὴν στρατηγίαν Ἀντώνιος, καὶ τῷ Κλεοπάτρας ἐχόμενος ἔρωτι, τοῖς περὶ τὸν πόλεμον ἐκμελῶς καὶ ὀλιγώρως προσεῖχε· καὶ

1. Contra vero Persæ *pontem jungebant ut post firmatam pacem & fœdera sopitis belli turbinibus incuriosius gradientes agros & animalia peterent, diu defatigata, verum cum se proditos advertissent a nefario conatu destiterunt.* Marcell. lib. 25.

2. Cujus caput apud *Carras* recisum, hostibus erat ludibrio.

ἀπήλλαξε

ἀπήλλαξε μὲν κἀκεῖνος ἀνάξια πεπραχὼς τοῦ Ῥωμαίων ὀνόματος. Ῥωμαῖοι δὲ, οὐδὲ τούτων αὐτοῖς τῶν ἐλαττωμάτων συμβάντων, ἐκπεπτώκασι τούτων τῶν τόπων τινός. μεταστάντος δὲ αὐτοῖς εἰς μοναρχίαν τοῦ πολιτεύματος, καὶ τοῦ Σεβαστοῦ στήσαντος ὅρια τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, [1] Τίγριν τε καὶ Εὐφράτην, οὐδὲ οὕτω τῆς χώρας ταύτης ἀπέστησαν. χρόνοις δὲ πολλοῖς ὕστερον Γορδιανοῦ τοῦ βασιλέως Πέρσαις ἐπιστρατεύσαντος, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πολεμίᾳ πεσόντος, [2] οὐδὲ μετὰ ταύτην τὴν νίκην οἱ Πέρσαι παρεσπάσαντό τι τῶν ἤδη Ῥωμαίοις ὑπηκόων γεγενημένων, καὶ ταῦτα Φιλίππου διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν, καὶ εἰρήνην αἰσχίστην πρὸς Πέρσας θεμένου. μετ' οὐ πολὺ δὲ τῇ ἑῴᾳ τοῦ Περσικοῦ πυρὸς ἐπιβρύσαντος, ἁλούσης δὲ κατὰ κράτος τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας, καὶ μέχρι τῶν Κιλικίων πυλῶν τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος διαβάντος, Οὐαλεριανὸς αὐτοῖς ἐπιστρατεύσας ὁ βασιλεὺς, καὶ ὑπὸ τὰς Περσῶν γενόμενος χεῖρας, οὐδὲ οὕτω Πέρσαις ἄδειαν δέδωκεν ὑφ' ἑαυτοῖς τὰ χωρία ταῦτα ποιήσασθαι. μόνη δὲ ἡ Ἰουλιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος τελευτὴ, πρὸς τὴν τούτων ἀπώλειαν ἤρκεσεν, ὥστε ἀ-

pertinentibus, & ſegniter intentus erat; ita quidem, ut & ille diſceſſerit, admiſſis quibuſdam indignis Romano nomine. Nec tamen Romani, licet eis hi caſus adverſi accidiſſent, ullam ex hiſce provinciis amiſerunt. Re vero publica ipſorum in unius dominatum commutata, quum Auguſtus limites imperio Romano ſtatuiſſet, Tigrim & Euphratem; ne ſic quidem hac regione ceſſerunt. Longo ſecundum hæc interjecto tempore, quum Gordianus Imperator bello Perſas adortus eſſet, ac medio in hoſtico ceciddiſſet: ne poſt hanc quidem victoriam Perſæ quidquam eorum, quæ Romanæ ditioni ſubjecta fuiſſent, avulſerunt; idque Philippo ſucceſſionem imperii conſequuto, qui turpiſſimam cum Perſis pacem fecit. Non multo poſt, quum ignis Perſicus orientem invadendo permeaſſet, magna illa capta per vim fuiſſet Antiochia, copiæque Perſicæ Cilicum ad portas uſque penetraſſent: Valerianus Imperator in eos expeditione ſuſcepta, Perſarum in poteſtatem redactus, ne ſic quidem conceſſit Perſis, ut iſtæc loca ſui juris efficeret. Sola mors Imperatoris Juliani ad horum amiſſionem ſufficit;

1. Hucuſque [Τίγρητα].

2. Super eadem re latius diſſerit Marcell. *Nunquam enim ab urbis ortu inveniri poteſt annalibus replicatis, ut arbitror, terrarum partes ullas ab Imperatore vel Cos. hoſti conceſſas & ne ob recepta quidem qua direpta ſunt, verum ob amplificata regna triumphales glorias fuiſſe delatas.* Vide etiam Eutropium lib. 10.

adeo quidem, ut huc usque nihil horum Imperatores Romani recuperare potuerint, sed paulatim etiam plures gentes amiserint: quarum aliæ semet in libertatem vindicarunt, aliæ Barbaris se dediderunt, aliæ magnam ad solitudinem redactæ sunt.

Et hæc quidem à nobis in historiæ progressu de rebus ipsis ostendentur. Pace cum Persis eo, quo diximus, modo constituta; Jovianus Imperator secure cum exercitu revertens, ac in aspera & in aquosa loca multa delatus, compluribus in hostilis soli transitu militibus amissis, unum ex tribunis Mauricium Nisibi commeatum exercitui adportare jussit, & cum eo quam longissime posset, militibus obviam venire. Misit & alios in Italiam, qui Juliani obitum, & designationem ipsius nuntiarent. Ubi vix magno labore atque ærumna propius Nisibim accessisset, oppidum quidem hosti deditum, ingredi recusabat; sed in quadam ante portam area sub dio divertens, postridie coronas & supplicationes recipiebat; oppidanis omnibus obsecrantibus, ne se desereret, neve Barbaros mores experiri cogeret eos, qui tot jam seculis Romanis legibus innutriti fuissent. Fœdum & cæteroquin esse, Constanti-

χει τοῦδε μηδὲν δυνηθῆναι τούτων τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας ἀναλαβεῖν, ἀλλὰ καὶ προσαπολέσαι κατὰ βραχὺ τὰ πλείονα τῶν ἐθνῶν, τὰ μὲν αὐτόνομα γεγονότα, τὰ δὲ Βαρβάροις ἐκδεδομένα, τὰ δὲ εἰς ἐρημίαν πολλὴν περιστάντα.

Ταῦτα μὲν οὖν, τῆς συγγραφῆς προϊούσης, ἐπὶ τῶν πραγμάτων δειχθήσεται. τῆς δὲ πρὸς Πέρσας γενομένης εἰρήνης, ὃν διεξήλθομεν τρόπον, Ἰοβιανὸς ὁ βασιλεὺς μετ᾽ ἀδείας ἐπανιὼν ἅμα τῷ στρατοπέδῳ, καὶ πολλαῖς περιπεσὼν δυσχωρίαις καὶ τόποις ἀνύδροις, πολλοὺς δὲ τῆς στρατιᾶς ἀποβαλὼν ἐν τῇ διὰ τῆς πολεμίας παρόδῳ, Μαυρίκιον μὲν, τῶν λοχαγῶν ἕνα, τροφὴν ἐκ Νισίβιος ἀγαγεῖν ἐκέλευε τῷ στρατοπέδῳ, ἀπαντῆσαι δὲ μετὰ ταύτης, ὡς ἂν οἷός τε ᾖ, πορρωτάτω. κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, ἄλλους ἐξέπεμπε, τὴν Ἰουλιανοῦ τελευτὴν, καὶ τὴν ἀνάρρησιν τὴν οἰκείαν ἀπαγγελοῦντας. μόλις δὲ σὺν πολλῇ κακοπαθείᾳ τῇ Νισίβει πλησιάσας, ἐπιστῆναι μὲν οὐκ ἤθελε τῇ πόλει, τοῖς πολεμίοις ἐκδεδομένῃ· καταλύσας δὲ ἔν τινι πρὸ τῆς πύλης ὑπαίθρῳ, τῇ ὑστεραίᾳ στεφάνους ἅμα καὶ ἱκεσίας ἐδέχετο, πάντων ὅσοι κατὰ τὴν πόλιν ἦσαν, ἐκλιπαρούντων μὴ προέσθαι σφᾶς, μηδὲ εἰς πεῖραν καταστῆσαι Βαρβάρων ἠθῶν [1] τοσαύτη ἐτῶν ἑκατοντάς, τοῖς Ῥωμαίων νόμοις ἐν-

1. Ellipsis est verbi ἐστὶ aut leg. ut Sylburg. monet τοσαύτης ἐτῶν ἑκατοντάδας.

τεθραμ-

πεπραγμένους. αἰσχρὸν δὲ καὶ δῆλως εἶναι, Κωνστάντιον μὲν, τρεῖς Περσικοὺς πολέμους ἀναδεξάμενον, καὶ ἐν πᾶσιν ἐλαττωθέντα, Νισίβιος ἀντιλαβέσθαι, καὶ πολιορκουμένην αὐτὴν, καὶ εἰς ἔσχατον ἐλθούσης κινδύνου, διὰ πάσης περισῶσαι σπουδῆς· αὐτὸν δὲ, μηδεμιᾶς τοιαύτης ἐπικειμένης ἀνάγκης, τοῖς πολεμίοις τὴν πόλιν ἐκδοῦναι, καὶ δεῖξαι Ῥωμαίοις ἡμέραν, ἣν οὔπω τεθέανται, περιϊδεῖν ἀναγκαζομένοις πόλιν τοσαύτην καὶ χώραν πολεμίοις ἐκδιδομένην. ἐπεὶ δὲ τούτων ὁ βασιλεὺς ἀκούων, τὰ συντεθειμένα προΐσχετο, Σαβῖνος τοῦ βουλευτικοῦ προεστὼς καταλόγου, προσετίθει τοῖς παρὰ τοῦ πλήθους εἰς ἱκεσίαν προσενεχθεῖσιν, ὡς οὔτε δαπάνης εἰς τὸν πρὸς Πέρσας δεήσονται μάχην, οὔτε ἐπικουρείας ἐπεισάκτου· δυνήσονται δὲ αὐτοὶ σώμασιν οἰκείοις καὶ δαπανήμασι, τὸν ἐπαχθησόμενον αὐτοῖς ἀποκρούσασθαι πόλεμον· κρατήσαντές τε, ἔσονται πάλιν ὑπήκοοι Ῥωμαίοις, τὰ προσταττόμενα πληροῦντες ὃν τρόπον καὶ πρότερον. τοῦ δὲ εἰπόντος, οὐδὲν οἷόν τε τῶν συντεθειμένων παραβαθῆναι, πολλάκις οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐδεήθησαν ἱκετεύοντες μὴ στερηθῆναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τοῦ προτειχίσματος. ἐπεὶ δ' ἤνυον πλέον οὐδὲν ἀναχωρήσαντος σὺν ὀργῇ τοῦ βασιλέως, καὶ Περσῶν παραλαβεῖν κατὰ τὰς σπονδὰς ἐθελόντων τά τε ἔθνη, καὶ τὰ φρούρεια, καὶ τὴν πόλιν, οἱ μὲν τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν φρουρείων οἰκήτορες, εἰ μὴ λάθρα φυγεῖν ἐδυνήθησαν,

um tribus ſuſceptis bellis Perſicis, in omnibus ſuperatum, Niſibi tamen præſidio fuiſſe; atque illam obſeſſam, & extremum in diſcrimen adductam, omni ſtudio incolumem ſervaſſe: ipſum, nulla tali neceſſitate urgente, civitatem hoſti dedere, ac eum diem Romanis conſpiciendum præbere, quem necdum antehac viderint; qui, tantum ut oppidum, tantaque regio, tradatur hoſtibus, permittere cogantur. Quum hæc audiens Imperator, pacta conventa prætexeret; Sabinus, ordinis decurionum princeps, ad ea, quæ à populo ſupplicandi cauſa prolata fuerant; Nec opus eſſe ſibi ſumtu ad bellum Perſicum, adjecit; nec auxiliis externis: ſed ipſoſmet poſſe corporibus ſuis, & impenſis, inferendum ſibi bellum propulſare. Quo in bello ſi victoria potiti fuiſſent, rurſus ſe Romanorum ſubditos futuros, eodemque modo facturos imperata, quo prius. Illo ſubjiciente, pacta conventa violari non poſſe: multoties oppidani ſupplices orabant, ne Romanum imperium hoc propugnaculo ſpoliaretur. Verum ubi nihil proficerent amplius, Imperatore cum iracundia quadam abſcedente, ac Perſis ſecundum pacis leges, & ipſas gentes, & caſtella, & urbem occupare volentibus: nonnullæ quidem gentes & caſtellorum incolæ, niſi clam aufugere potuiſſent, poteſtatem fa-

ciebant Persis secum, quidquid vellent, agendi: Nisibini autem, induciis ad migrandum impetratis, majori ex parte, ac propemodum omnes, Amidam discessere; pauci ad inhabitandum alia se contulerunt oppida. Cuncta vero lamentis & ululatibus erant plena; quod civitas quælibet, Nisibi tradita, Persarum se grassationibus expositam putaret. Carreni vero tantum percepere dolorem, morte Juliani nuntiata; ut eum, qui nuntium hunc adtulerat, lapidibus obruerent, ingentemque lapidum acervum super eum excitarent. Tantam unius viri mors publicis in rebus efficere mutationem potuit.

Cæterum Joviano celeriter oppida percurrente, quod ea luctus atque mæror occupassent, nec læti jucundive quidquam exhibere, pro istorum more populorum, possent: quotquot erant satellitio Imperatoris deputati milites, Antiochiam cum Imperatore profecti sunt, universo exercitu Juliani cadaver comitante; quod in Ciliciam deportatum, quodam in suburbio Tarsi regiæ sepulturæ mandatum fuit, ad tumulum hujusmodi epigrammate adscripto:

Tigride Julianus jacet heic post fata relicto,

ἐνέδοσαν τοῖς Πέρσαις πράττειν εἰς αὐτοὺς ὅ τι βούλοιντο· Νισιβινοὶ δὲ, ἀνακωχῆς εἰς τὸ μεταστῆναι τυχόντες, οἱ μὲν πολλοὶ καὶ σχεδὸν ἅπαντες, εἰς τὴν Ἀμίδαν ἀπανέστησαν· ὀλίγοι δὲ ἑτέρας κατῴκησαν πόλεις· πάντα δὲ ἦν οἰμωγῆς καὶ θρήνων μεστά· πόλεως ἑκάστης ἐκκεῖσθαι ταῖς Περσῶν ἐφόδοις, Νισίβιος δοθείσης αὐτοῖς, οἰομένων. Καῤῥηνοῖς δὲ τοσοῦτον ἐγένετο πένθος τῆς Ἰουλιανοῦ τελευτῆς μηνυθείσης, ὥστε τὸν ἀπαγγείλαντα καταλεῦσαι, σωρὸν τῶν λίθων μέγιστον ἐπ' αὐτῷ ἀνεγεῖραι. τοσαύτην ἴσχυσεν ἀνδρὸς ἑνὸς τελευτὴ τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἐμποιῆσαι μεταβολήν.

Ἰοβιανοῦ δὲ σπουδῇ τὰς πόλεις διαδραμόντος, οἷα δὴ πένθει καὶ συννότητι τῶν πόλεων ἐχομένων, καὶ ἱλαρὸν οὐδὲν ἢ χαρίεν ἐνδείξασθαι (καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς αὐτόθι δήμοις) ὑφισταμένων, παρεγένοντο μὲν τῶν στρατιωτῶν ὅσοι τὴν δορυφορείαν εἶχον εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἅμα τῷ βασιλεῖ· εἵπετο δὲ καὶ ὁ στρατὸς ἅπας τῷ Ἰουλιανοῦ σώματι. καὶ τοῦτο μὲν εἰς Κιλικίαν ἀπενεχθὲν, ἔν τινι Ταρσοῦ προαστείῳ βασιλικῇ ταφῇ παρεδίδοτο, καὶ ἐπίγραμμα προσεγράφετο τῷ τάφῳ τοιόνδε·

[1] Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν ἀγάῤῥοον ἐνθάδε κεῖται,

1. Epigramma, quod in Zonara occurrit, quatuor constat versibus.
Κυδνῷ ἐπ' ἀργυρόεντι ἀπ' Εὐφράταο ῥοάων

Ἀμφό-

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Ἐχόμενος δὲ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς Ἰοβιανὸς, ἄλλα τε διετίθει, καὶ τοῖς ἐν Παιονίᾳ στρατοπέδοις Λουκιλλιανὸν, ὄντα κηδεστὴν αὐτοῦ, καὶ Προκόπιον, καὶ Οὐαλεντινιανὸν, ὃς μετὰ ταῦτα γέγονε βασιλεὺς, ἐξαπέστειλε, τὴν τοῦ Ἰουλιανοῦ τελευτὴν ἀπαγγελοῦντας, καὶ ὅτι παρείη μετ' αὐτὸν αὐτοκράτωρ προβεβλημένος. ἀλλ' οἱ ἐν τῷ Σιρμίῳ Βατάοι, πρὸς φυλακὴν ἀπολελειμμένοι τῆς πόλεως ἅμα τῇ ἀκοῇ, τὸν μὲν Λουκιλλιανὸν, ὡς τηλικούτων κακῶν ἄγγελον, διεχειρήσαντο, ἐν οὐδενὶ τὸ πρὸς τὸν βασιλέα θέμενοι κῆδος· Προκόπιον δὲ, τῆς πρὸς Ἰουλιανὸν συγγενείας αἰδοῖ, διαφῆκαν ἀθῶον· Οὐαλεντινιανὸς δὲ διαδρὰς, τὸν ἐξ ἐκείνων διέφυγε θάνατον. Ἐξορμήσαντι δὲ τῆς Ἀντιοχείας Ἰοβιανῷ, καὶ ἐχομένῳ τῆς ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ὁδοῦ, νόσος αἰφνιδίως ἐνσκήψασα, τῆς Βιθυνίας ἐν Δαδαστάνοις, [1] ἐπί-

Rex pariter bonus, & bellator acerrimus idem.

Jovianus, ſummo intentus imperio, quum alia diſponebat, tum ad exercitus in Pannonia Lucillianum ſocerum ſuum, & Procopium, & Valentinianum, qui ſecundum hæc factus eſt Imperator, ablegavit; ut & Juliani mortem eis nuntiarent, & ſe, poſt illum, principem lectum exponerent. Sed apud Sirmium Batavi, qui ad opidi præſidium relicti fuerant, quum primum hæc audiviſſent: Lucillianum, veluti tantorum malorum nuntium, interfecerunt, adfinitatis imperatoriæ nulla ratione habita: Procopium, cognationis cum Juliano reverentia tacti, dimiſerunt illæſum. Valentinianus autem fuga elapſus, morti ab eis imminenti ſemet eripuit. Quum autem Jovianus Antiochia diſceſſiſſet, Conſtantinopolim pergens; ſubitus eum morbus in

Πέρσιδος ἐκ γαίης ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ
Κινήσας στρατιὴν τόδ' Ἰουλιανός λάχε σῆμα·
Ἀμφότερον &c.

Videamus jam qualis audiat Julianus vel Paganorum ſuffragio, quippe cum Zoſimus nihil omittat, quod Chriſtiano nomini maculam poſſit inurere, nihil reprehendat in Imperatore Ethnico ac Apoſtatâ; quid de illo cæteri ſenſerint exponendum eſt. Apud Marcell. Vir audit *levioris ingenii, lingua fuſioris, ſuperſtitioſus magis quam ſacrorum legitimus obſervator.* Idem porro etſi Julianum juſtitiæ famâ fuiſſe inſignem prædicet, *illud tamen inhumanum cenſet, quod docere vetuit magiſtros Rhetoricos & Grammaticos Chriſtianos ne tranſirent à numinum cultu.* μὴ δεῖν λέγων μύθους αὐτὰ ὀνομάζοντας καὶ διαβάλλοντας τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας ἀπολαύειν καὶ δι' αὐτῶν πλουτίζοντας καὶ ... Unde Apollinarius ad Pſalterii Metaphraſin ſe contulit, ſeu ut alii ad veterem Hebræorum hiſtoriam ad regnum Saulis uſque carmine heroico conſcribendam, Gregorius item magnus poeſi operam dedit. *Videſis Zonaram annalium t. 3. cap. de Jul. Sozomenum lib 5, c. 17. Hiſt. Eccl.*

1. Sylb. rectius [ἐπήγαγε] de Joviani morte alii alia. Videſis Eutrop. lib. 10. Marcell. lib. 25.

Dada-

Dadastanis Bithyniæ corripiens, vitæ finem adtulit: quum octo menses imperasset, nec publicis in rebus quidquam ex usu constituere potuisset. Consultatione proposita, quisnam reipublicæ præficiendus esset: varii quidem, & de variis sermones tam ab exercitu, quam à ducibus habebantur: sed omnium suffragia in unum Salustium, præfectum prætorii, concurrebant. Illo senectutem prætendente, ac propterea rebus laborantibus se suffecturum negante; filium summæ rerum præfici postulabant. At quum juvenem esse, nec alioquin ad tanti imperii molem satis idoneum diceret: in hoc quidem tempore, quo minus præstantissimum sui seculi virum eligerent, aberrarunt. Hinc in Valentinianum collata suffragia; qui Cibali oriundus erat, (id oppidum est Pannoniæ) vir bellis haud paucis exercitus, at eruditionis omnis expers. Nihilo minus absentem arcessebant, nec multi dies abiere, dum respublica principe carebat. Quum autem ad exercitum Nicææ, quæ vrbs est Bithyniæ, venisset; inito ibidem imperio, ceptum iter prosequebatur.

γεῖρε τοῦ βίου τὸ τέλος αὐτῷ, μῆνας μὲν ὀκτὼ βασιλεύσαντι, διαθεῖναι δέ τι τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐς δέον οὐ δυνηθέντι. Βουλῆς δὲ ὑπὲρ τοῦ τίνα δέον προστῆναι τοῦ πολιτεύματος, προτεθείσης, πολλοὶ μὲν καὶ περὶ πολλῶν ἐγίνοντο λόγοι τῷ στρατοπέδῳ, καὶ τοῖς τὰς ἡγεμονίας ἔχουσι. πάντων δὲ ἡ ψῆφος, εἰς ἕνα συνήει 1 Σαλούστιον τῆς αὐλῆς ὕπαρχον. τοῦ δὲ τὸ γῆρας προϊσχομένου, καὶ διὰ τοῦτο φήσαντος οὐχ οἷός τε ἔσεσθαι πεπονηκόσιν ἀρκέσειν τοῖς πράγμασι, τὸν παῖδα γοῦν ᾔτησαν εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἐλθεῖν. τοῦ δὲ καὶ νέον εἶναι, καὶ οὐδὲ ἄλλως ἐπιτήδειον πρὸς τοσαύτης ἀρχῆς ὄγκον εἰπόντος, τοῦ τῶν πάντων ἀμείνονος τῆς καθ' ἑαυτὸν ἀνδρὸς αἱρέσεως τότε διήμαρτον· ἤνεγκαν δὲ τὴν ψῆφον ἐπὶ Βαλεντινιανὸν, ὃς ἐκ μὲν Κιβάλεως ὥρμητο, (πόλις δὲ αὕτη Παιονική) πολέμων δὲ μεταχὼν οὐκ ὀλίγων, παιδεύσεως οὐδεμιᾶς μετεσχήκει· μετεπέμποντο δὲ αὐτὸν ὅμως, οὐ παρόντα. καὶ ἡμερῶν οὐ πολλῶν ἐπεγένετο χρόνος, ἐν ἀναρχίᾳ τοῦ πολιτεύματος ὄντος. ἐπεὶ δὲ κατέλαβε τὸ στρατόπεδον ἐν Νικαίᾳ πόλει τῆς Βιθυνίας, ἐκεῖσε παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, εἴχετο τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας.

1. Qui jam ante, defuncto Juliano, senectutem causatus est.

ΖΩΣΙ-

ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσυνηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βιβλίον Τέταρτον.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fisci,

HISTORIÆ NOVÆ

Liber Quartus.

ΤΑ μὲν οὖν ἄχρι τῆς περὶ Ἰοβιανοῦ τελευτῆς, μεθ᾽ ὃν Οὐαλεντινιανὸς ᾑρέθη τῶν Ῥωμαϊκῶν προεστάναι πραγμάτων, ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἀνείληπται βίβλῳ. νόσου δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐνσκηψάσης αὐτῷ, καὶ τὸ φύσει πρὸς ὀργὴν τοῦ ἀνδρὸς ἕτοιμον, εἰς ὠμότητα μείζονα, καὶ διαφορὰν ἄκραν ἀναστησάσης, ὑποψία μὲν αὐτὸν εἰσῄει ψευδής, ὡς ἔκ τινος γοητείας ὑπὸ τῶν Ἰουλιανοῦ φίλων αὐτῷ [1] σκαιωρηθείσης νοσοίη· κατηγορίαι δὲ κατά τινων ἦσαν ἐπιφανῶν, ἃς ἀγχινοίᾳ τε καὶ φρονήσει διέλυεν ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος· ἦν δὲ

QUæ igitur gesta fuerunt ad obitum usque Joviani, post quem Valentinianus lectus fuit, uti rebus Romanis præesset; libro superiore complexi sumus. Quum autem morbus in itinere Valentinianum invasisset, atque hominem ad iram natura proclivem, majorem ad crudelitatem, & extremam insaniam impulisset; suspicionem falsam concipiebat, quasi ex veneficio quodam, Juliani amicorum fraude parato, ægrotaret. Et accusationes adversus quosdam illustres instituebantur; quas sagacitate pruden-

1. Leg. credo σκευωρηθείσης, etiamsi σκαιωρέω sig. *perperam ago.*

tiaque

tiaque sua præfectus prætorii discutiebat. Eo munere Salustius adhuc fungebatur. Quum morbus remisisset, Nicæa relicta, Constantinopolim accessit. Exercitu, cæterisque necessariis hortantibus, imperii consortem sibi deligeret, ut, si quis casus accideret, non deesset, qui rebus opem ferret; nec eadem perpeterentur, quæ morte Juliani perpessi fuissent: huic admonitioni obtemperat; animoque secum hinc inde versato, de cunctis, quos mente conceperat, Valentem fratrem deligit; ratus hunc omnium sibi fidissimum fore. Illum igitur imperii consortem adpellat. Dum autem uterque Constanstinopoli degeret, qui Juliani familiaribus insidiabantur, non intermittebant tum coram imperatoribus sermones serere, quasi principibus illi struerent insidias; tum brutam plebem concitare, ut ejusmodi voces jactaret. Imperatores autem, qui cæteroqui Juliani familiaribus infesti essent, tunc etiam magis ad illos odio persequendos insurgunt, ac lites excogitant, nulla ratione subnixas. Et gravissime Valentinianus Maximo philosopho succensebat, criminationis cujus-

ἔπ Σαλούστιος. Ἐνδούσης δὲ αὐτῷ τῆς νόσου, τὴν Νικαίας ἀπαναστὰς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο, τῶν δὲ στρατοπέδου, καὶ τῶν ἄλλως πρὸς αὐτὸν ἐπιτηδείως ἐχόντων, ἑλέσθαι κοινωνὸν τῆς βασιλείας παρακαλούντων, ὅπως εἴ τις τοῖς πράγμασι συμβαίη περίστασις, ἔχοιεν τὸν ἀντιληψόμενον, καὶ μὴ ταῦτα πάθοιεν οἷς ἐπὶ τῆς Ἰουλιανοῦ πεπόνθασι τελευτῆς· πείθεται τῇ παραινέσει· καὶ στρέψας ἐν αὐτῷ γνώμην, ἐκ πάντων ὧν ἔλαβε κατὰ νοῦν, [1] Οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν αἱρεῖται, πιστότατον αὐτῷ πάντων ἡγησάμενος ἔσεσθαι. τοῦτον γοῦν ἀναδείκνυσι κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς. Ἀμφοτέρων δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ὄντων, οἱ τοῖς Ἰουλιανοῦ γνωρίμοις ἐπιβουλεύοντες, οὐ διέλειπον πρὸ τῶν βασιλείων κατασπείροντες λόγους, ὡς ἐπιβουλεύοιεν οὗτοι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ τὸ ἄλογον πλῆθος εἰς τοιαύτας ἐρεθίζοντες ἐκβοήσεις. οἱ δὲ βασιλεῖς, καὶ ἄλλως πρὸς τοὺς Ἰουλιανοῦ γνωρίμους ἀπεχθῶς ἔχοντες, τότε δὴ μᾶλλον εἰς τὸ κατ' αὐτῶν ἐξανίσταντο μῖσος· καὶ κρίσεις ἐπενόουν, λόγον οὐδαμόθεν ἐχούσας. ἐμνησικάκει δὲ Οὐαλεντινιανὸς Μαξίμῳ καὶ ἐξαίρετον τῷ φιλοσόφῳ, διαβολήν τινα κατὰ νοῦν ἔχων, [2] ἣν

1. Qua de re cum primores percunctaretur quemnam oporteret imperii consortem adsciscí, respondit fidentius Dagalaiphus. *Si tuos amas*, Imperator optime *habes fratrem*: *si rempublicam*, *quære quem vestigas.*

1. Tribunatu enim exutus est Valentinianus à Juliano eo quod se Christianum profiteretur.

ἔτυχεν ἐπὶ τῶν Ἰουλιανοῦ χρόνων κατ' αὐτοῦ ποιησάμενος, ὡς διὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν περὶ τοὺς θείους θεσμοὺς ἀσεβήσαντος. ἀλλὰ τούτων ἀφείλκυσεν αὐτοὺς τέως ἡ περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κηδεμονία τε καὶ φροντίς.

Ἐξάπτεται τοίνυν ἐπὶ τὸ διανεῖμαι τὰ ἔθνη τοῖς ἄρχουσι, καὶ τίνας δέοι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐπιτραπῆναι τὴν φυλακήν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, ὅσοι παρὰ Ἰουλιανοῦ διοικήσεις ἐθνῶν ἢ ἄλλας ἀρχὰς ἔτυχον ἐπιτετραμμένοι, παρελύοντο τούτων· ἐν οἷς καὶ Σαλούστιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος ἦν· μόνου δὲ Ἀρινθέου καὶ Βίκτορος, αἷς εἶχον πρότερον στρατιωτικαῖς ἀρχαῖς ἐπιμεινάντων ἡγεμονίαις, παρῄεσαν ἐπὶ τὰς ἀρχάς, ὡς ἔτυχον, οἱ τούτων ἐπιθυμοῦντες τυχεῖν· ἑνὸς τούτου δόξαντος γίνεσθαι κατὰ λόγον. εἰ γάρ τις αὐτῶν ἐπὶ δικαίαις μέμψεσιν ἥλω, δίκην ὑπεῖχε συγγνώμης οὐδεμιᾶς ἀξιούμενος.

Τούτων αὐτοῖς οὕτω διακειμένων, ἐδόκει τῷ Οὐαλεντινιανῷ, διελομένῳ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀρχήν, ἐπιτρέψαι μὲν αὐτῷ τὴν ἑῴαν, ἄχρις Αἰγύπτου καὶ Βιθυνίας καὶ Θρᾴκης· λαβόντα δὲ τὰς ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις αὐτόν, εἰς τὴν Ἰταλίαν διαβῆναι, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ πόλεις ἔχειν ὑφ' ἑαυτῷ, μετὰ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, Ἰβηρίας τε, καὶ τῆς Βρεττανικῆς νήσου, καὶ Λιβύης ἁπάσης. Τῆς τοίνυν ἀρχῆς οὕτω διαιρεθείσης, ὁ Οὐαλεντινιανὸς

dam memor, qua Juliani temporibus Valentinianum detulerat; quasi propter religionem Christianam ille sacros in ritus impie deliquisset. Sed ab his eos id temporis civilium militariumque rerum cura revocabat.

Quapropter ad distribuendos præsidibus populos se convertebant, & quibus aulæ imperatoriæ custodia committenda esset. Itaque cæteri omnes, quibuscunque à Juliano gentium adminstrationes, aliive magistratus crediti fuerant, abdicabantur; quorum in numero præfectus etiam prætorii Salustius erat: solo autem Arintheo & Victore, quæ prius habebant ceu duces imperia militaria retinentibus; ad magistratus reliquos fortuito perveniebant, qui eos adfectabant: quum quidem unum hoc ex rationis præscripto fieri videretur. Nam siquis eorum justis querelis convictus fuisset, nullam impetrans veniam, pœnas luebat.

His ita constitutis, visum est Valentiniano, diviso cum fratre imperio, curæ quidem illius orientem ad Ægyptum usque, Bithyniamque ac Thraciam, permittere: se vero, sortitum Illyricas urbes, in Italiam transire, atque urbes in ea sitas, una cum transalpinis nationibus, & Hispania, & insula Britannia, totaque Africa, juri suo reservare. Diviso in hunc modum imperio, Valentinianus occepta severius gu-

bernatione, magiſtratus recte atque ordine conſtituebat; & in exactionibus tributorum, ac militaribus annonis, quæ inde ſuppeditabantur, rigidiſſimus erat. Et quia legum quoque promulgationes inſtituere decreverat, exorſus ab ipſo lare, quod aiunt, nocturna ſacra fieri prohibuit: qua lege coercere volebat ea, quæ ſcelerate deſignarentur. Sed quum Prætextatus, qui proconſule Græciam adminiſtrabat, vir omni virtute præſtans, hanc legem diceret vitam injucundam & acerbam victu Græcis parituram, ſi futurum eſſet, ut myſteria ſanctiſſima, quæ genus humanum continerent, prohiberentur: peragi ea rite, vi legis ſuæ ceſſante, permiſit; ita tamen, ut omnia ſecundum patritas conſuetudines, quales ab initio fuiſſent, perficerentur.

Tranſrhenani vero Barbari, qui quam diu Julianus ſuperſtes erat, nomen Romanum metuebant, & ſat habebant, ſi nemo quid eis in ſolo ſuo quieſcentibus exhiberet moleſtiæ, morte Juliani nuntiata, ſuis continuo ſedibus egreſſi, ad gerendum contra Romanos bellum ſeſe parabant. Quo Valentinianus animadverſo, copias & pedeſtres, & equeſtres, & armaturæ levis, uti par erat diſponebat; ſitaque ad Rhenum

ἐμβριθέστερον τῇ ἀρχῇ προσελθών; ἄρχοντάς τε τοὺς ἐν κόσμῳ προῆγεν, καὶ περὶ τὰς εἰς πράξεις τῶν εἰσφορῶν, καὶ τὰς ἐκ τούτων χορηγουμένας στρατιωτικὰς σιτήσεις, ἀκριβέστατος ἦν. ἐπεὶ δὲ καὶ νόμων εἰσφορὰς ἐγνώκει ποιήσασθαι, ἀφ᾽ ἑστίας ὥσπερ ἀρξάμενος, τὰς [1] νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι· τοῖς μυσαρῶς μὲν οὖν πραττομένοις ἐμποδὼν διὰ τοῦ τοιοῦδε νόμου γενέσθαι βουλόμενος. ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτάτος, ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχήν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θεσμὸν ἐκτελεῖν, ἐπέτρεψεν, ἀργοῦντος τοῦ νόμου· πράττεσθαι δὲ πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια.

Τῶν δὲ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Βαρβάρων ἕως μὲν Ἰουλιανὸς περιῆν, τὸ Ῥωμαίων ὄνομα δεδιότων, ἀγαπώντων τε εἰ μηδεὶς αὐτοῖς κατὰ χώραν μένουσιν ἐνοχλοίη, τῆς τούτου τελευτῆς ἀγγελθείσης, ἀπανέστησαν αὐτίκα τῶν οἰκείων ἠθῶν, καὶ πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων παρεσκευάζοντο πόλεμον. οὗπερ αἰσθόμενος Οὐαλεντινιανός, διέταττεν, ὡς προσῆκον ἦν, τὰ στρατόπεδα, πεζά τε, καὶ ἱππικά, καὶ ψιλά· καὶ τὰς ἐπικειμένας τῷ Ῥήνῳ

1. Iſtiuſmodi tamen conventus meliore inſtituto à Chriſtianis celebratos ſuſtuliſſet Trajanus, niſi perſpectâ Chriſtianorum innocentiâ, Plinius interceſſiſſet.

πόλεων

πόλεων ἐποιεῖτο τὴν δέουσαν φυλακήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, οὐκ ἔξω παντάπασιν ὢν πολεμικῆς πείρας, Οὐαλεντινιανὸς διετύπου. Οὐάλεντα δὲ πολλαὶ πανταχόθεν περιΐσταντο ταραχαὶ, πρότερον μὲν ἀπράγμονα τετριφότα βίον, ἄφνω δὲ βασιλείαν παραλαβόντα, καὶ τὸν τῶν πραγμάτων ὄγκον οὐ φέροντα. οἵτε γὰρ Πέρσαι, τῇ διὰ τὰς ἐπὶ Ἰοβιανοῦ σπονδῶν ἐπαρθέντες πλεονεξίᾳ, καὶ τὰς ἐφόδους ἐπ᾽ ἀδείας ποιούμενοι, Νισίβιος ὑπ᾽ αὐτοῖς γενομένης, εἷλκον πρὸς ἑαυτοὺς τὸν βασιλέα, τὰς τῆς ἑῴας συνταράσσοντες πόλεις. καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐξορμήσαντος, συμβέβηκεν ἡ κατὰ Προκόπιον ἐπανάστασις. τούτῳ γὰρ Ἰουλιανὸς ὡς γένει συναπτομένῳ, μέρος τι τῆς δυνάμεως ἐμπιστεύσας, ἐκέλευσεν ἅμα Σεβαστιανῷ διὰ τῆς Ἀδιαβηνῆς χωροῦντι, ἀπαντῆσαί οἱ δι᾽ ἑτέρας ὁδοῦ κατὰ τῶν πολεμίων ἰόντι, δοὺς αὐτῷ καὶ βασιλικὴν στολὴν ἔχειν, 1 δι᾽ αἰτίαν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἠγνοημένην. ἐπεὶ δὲ ὁ δαίμων εἰς ἕτερόν τι τὴν τῶν πραγμάτων ἤγαγε τύχην, καὶ μετὰ τὴν Ἰουλιανοῦ τελευτὴν Ἰοβιανὸς εἰς τὸν βασίλειον ἀναβέβηκε θρόνον, δραμὼν εὐθὺς ὁ Προκόπιος, 2 τὴν δεδομένην αὐτῷ βασιλικὴν ἐσθῆτα, Ἰοβιανῷ παρέδωκεν· ὑπὸ τίνος τε εἴη λαβὼν, ὡμολόγει, καὶ ἐξελι-

oppida neceſſario præſidio muniebat. Atque hæc Valentinianus, rei bellicæ non omnino rudis, in hunc modum ordinabat. Valentem vero multæ perturbationes undique circumſtabant, qui deſidem prius egiſſet vitam, & ſubito conſequutus imperium fuiſſet, nec rerum molem ſuſtineret. Nam & Perſæ, quod potior ipſorum eſſet conditio per inducias ſub Joviano factas, animis elati; ſummaque cum licentia, Niſibi ſuam in poteſtatem redacta, graſſantes; orientis oppida conturbando, Imperatorem ad ſe trahebant: & quum is egreſſus Conſtantinopoli fuiſſet, auctore Procopio ſuſcitata rebellio contigit. Huic enim Julianus, ut ſanguine ſibi juncto, parte copiarum credita, mandarat, ut cum Sebaſtiano per Adiabenen itinere facto, ſibi per aliam viam in hoſtem eunti occurreret: conceſſo eidem, ut amictum imperatorium haberet, ob cauſam cæteris omnibus ignotam. Poſtea vero quam Deus alio rerum fortunam tranſtulerat, ac poſt obitum Juliani Jovianus imperatorium illud ſolium conſcenderat: confeſtim advolavit Procopius, ac datam ſibi veſtem imperatoriam Joviano tradidit, & quamobrem hanc accepiſſet, faſſus eſt: enixe ro-

1. Rationem à Marcellino petas licet: *mandarat* enim *ſi ſubſidia rei Rom. languiſſe ſenſiſſet, Imperatorem ipſe ſe provideret ocyus nuncupari.*

2. Qui tamen ſec. Marc. ne ob rationem prius allatam indemnatus occideretur ſubinde ſe è medio conſpectu diſcrevit.

gans Imperatorem, ut militari ſe ſacramento liberaret, & agriculturæ ac rei familiaris ſtudio incumbentem, in otio vivere permitteret. Quo impetrato, Cæſaream, quæ Cappadociæ urbs eſt, una cum uxoribus & liberis eſt profectus: quod iſtic habitare decreviſſet, ubi & prædia magni pretii poſſidebat. Hic eo commorante, Valentinianus & Valens Imperatores lecti, prius etiam ſuſpectum habentes, confeſtim mittunt, qui hominem comprehenderent. Ille ſe his dedere, poteſtatemque facere perducendi, quo vellet: ſaltem petere, prius ut cum uxore colloqui, liberoſque ſuos videre ſibi permitterent. Quo conceſſo, epulum eis parat: & obrutos vino conſpicatus, cum omnibus ſuis ad Pontum Euxinum curſu contendit. Inde, navim ingreſſus, ad Taurianam Cherroneſum pergit: ubi commoratus ad aliquod tempus, & animadverſo, nullam in incolis eſſe fidem, veritus ne aliquando adventantibus iis, qui ſe iſtic perquirerent, dederetur; onerariam præternavigantem videns, eique ſe cum ſuis committens, Conſtantinopolim noctu pervenit. Quumque divertiſſet ad quendam, ex conſuetudine priſtina ſibi fami-

παρῄτει τὸν βασιλέα, τῆς στρατείας αὐτὸν ἀνεῖναι, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συγχωρῆσαι βιῶναι, γεωργίᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ τῶν οἰκείων ἐγκαρτεροῦντα. καὶ τούτου τυχὼν, ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ἣ Καππαδοκίας ἐστὶν, ἅμα [1] γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐχώρει, [2] ταύτην οἰκεῖν ἐγνωκώς, οἷα ἐν αὐτῇ τὰ τίμια κτήματα ἔχων. διατρίβοντος δὲ αὐτοῦ κατ' αὐτὴν, αἱρεθέντες αὐτοκράτορες Οὐαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης, ἐπειδὴ καὶ πρότερον ὑπόπτως πρὸς αὐτὸν ἔχοντες, ἔστελλον παραχρῆμα τοὺς συλληψομένους· ὁ δὲ παρεδίδου τούτοις ἑαυτὸν, καὶ ἄγειν ἐπέτρεπεν ὅποι βούλοιντο, πρότερον τῇ γυναικὶ διαλεχθῆναι καὶ τὰ τέκνα θεάσασθαι συγχωρούμενον. ἐπεὶ οὖν ἐνδεδώκασιν, ἑστίασιν αὐτοῖς παρεσκεύαζε· καὶ οἰνωθέντας ἰδὼν, ἅμα τοῖς οἰκείοις ἅπασιν ἐπὶ τὸν Εὔξεινον ἔδραμε πόντον· ἐκεῖθεν τῆς νεὼς ἐπιβὰς, ἐπὶ τὴν Ταυριανὴν διῄει Χερρόνησον. χρόνον δέ τινα διατρίψας αὐτόθι, καὶ τοὺς οἰκήτορας θεασάμενος οὐδεμίαν ἐν αὐτοῖς ἔχοντας πίστιν, δεδιὼς μή ποτε τοῖς ἐπιζητήσασιν ἀφικνουμένοις αὐτοῦ παραδοθείη, παραπλέουσαν ἰδὼν ὁλκάδα, καὶ ταύτῃ παραδοὺς ἑαυτὸν καὶ τοὺς οἰκείους, τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαμβάνει, νυκτὸς ἔτι οὔσης. καταλύσας δὲ πρός [3] τινα τῶν ἐκ προλαβούσης συνηθείας

1. Leg. [γυναικί] ut infra.

2. Aliter longe Marcell. qui Procopio refert Chalcedone clam agentem aliquoties ſe Conſtantinopolin contuliſſe, ut rumores colligeret, & ſiqua daretur, rerum novarum captaret occaſionem.

3. Stratagium nomine, ex Palatino milite ſenatorem.

ὄντων

ὄντων αὐτῷ γνωρίμων, κατασκεψάμενός τε ὅπως ἔχει τὰ τῆς πόλεως μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν, ἐπιθέσθαι τυραννίδι διενοεῖτο, ταύτην ἀρχὴν ποιησάμενος τῆς ἐπιθέσεως.

Ἦν τις εὐνοῦχος, Εὐγένιος ὄνομα, τῆς βασιλικῆς ἄρτι ἐκβεβλημένος αὐλῆς, ὑγιῶς δὲ πρὸς τοὺς κρατοῦντας οὐκ ἔχων, τοῦτον οἰκειωσάμενος ὁ Προκόπιος, ἐπειδὴ καὶ κύριον εὗρεν ὄντα πλούτου παμπόλλου, φράζει τέως τίς εἴη, καὶ κατὰ τίνα ἥκοι χρείαν, καὶ ὅπως δέοι τοῖς πράγμασιν ἐπιθέσθαι. τοῦ δὲ κοινωνεῖν ἅπασι τοῖς ἐγχειρουμένοις ὁμολογήσαντος, καὶ ἔνθα δὴ ἂν δεήσειε χρήματα χορηγεῖν, προοίμιον ἐποιήσαντο τῆς πράξεως, τὸ διαφθεῖραι χρήμασι τὴν ἐν τῇ πόλει καθισταμένην φρουράν, [1] ἣν τάγματα στρατιωτῶν δύο ἐπλήρου. δούλους δὲ πρὸς τούτοις ὁπλίσαντες, καὶ σὺν οὐ πολλῷ πόνῳ πλῆθος οὐκ ὀλίγον συναγαγόντες, οἷα πολλῶν ἐν τούτοις ἑαυτοὺς ἑκόντας ἐπιδιδόντων, νυκτὸς ἀωρὶ τὸ πλῆθος ἐπαφέντες τῇ πόλει, συνετάραξαν ἅπαντας· καὶ οἴκοθεν ἕκαστοι προϊόντες, ἐθεῶντο Προκόπιον ὥσπερ ἀπὸ σκηνῆς βασιλέα σχεδιασθέντα. θορύβου δὲ μεγίστου τὴν πόλιν ἅπασαν ἔχοντος, οὐδενὸς τοῦ ὄντος ἐν ἑαυτῷ τὸ φρονεῖν τὰ δέοντα δυναμένων, διὰ τὸ τῆς ἐγχειρήσεως ἀ-

liarem, & ſtatum urbis poſt Imperatoris profectionem conſideraſſet: regnum adfectare cogitat; hoc ejus invaſionis initio facto.

Erat eunuchus quidam, cui nomen Eugenius, ex aula imperatoria non ita pridem ejectus, qui parum bene adfectus erga principes eſſet. Hoc ſibi familiariter conciliato Procopius, quem & magnas opes poſſidere compererat, quinam eſſet, & quamobrem adveniſſet, quove pacto res adgredi oporteret, indicat. Illo pollicito, ſe venturum in ſocietatem omnium, quæ tentarentur; atque etiam pecunias, ubi uſus poſceret, ſuppeditaturum: ab hoc exorſi ſunt principio, ut conſtitutum in urbe præſidium, quod duobus militum numeris conſtabat, pecunia corrumperent. Præter hos ſervis armatis, nec magno labore non exigua multitudine coacta, pluribus ad hujuſmodi ſponte ſua ſemet offerentibus; intempeſta nocte copiis in urbem immiſſis, univerſos perturbarunt: quod quiſque ſuis ex ædibus egreſſi, Procopium, veluti regem ſcenicum, ſubito factum conſpicerent. Quum urbs tota maximo in tumultu verſaretur, nec apud ſe quiſquam illorum eſſet, qui poterant intelligere quid opus eſſet

1. Divitenſium & Tungritanorum, quos præmiorum ſpe ingentium pellexit Procopius. *De Eugenio nulla apud Amm. Marc. mentio.*

facto

factο, propter conatus hujuſce caſum inexſpectatum: complures adhuc latere ſe Procopius exiſtimans, imperium ſibi ſe conſtabiliturum, modo res eatenus occulta foret, exiſtimabat. Quumque Cæſarium, quem Imperatores præfectum urbis conſtituerant; itemque Nebridium, quem poſt Saluſtium præfectum prætorii fecerant, adprehendiſſet: hos quæcunque ſibi viderentur, ad ſubditos ſcribere coegit. Et ſeorſum cuſtodiebat ſingulos, à communicandis conſiliis eos excludens. His ita deliberatis, ad prætorium ſplendide proceſſit: adſcenſoque tribunali, quod ante prætorium eſt, quum ſpebus omnes, largiſque promiſſis impleſſet: prætorium ingreſſus eſt, cætera procuraturus.

Et quoniam recens Imperatores inter ſe partiti fuerant exercitus, ad milites, qui nullo adhuc ordine, juſſu Imperatorum, hinc inde vagabantur, mittendos quoſdam cenſuit Procopius; qui, quoſcunque poſſent, ad ſe traducerent. Quod ſane perfacile confiebat, pecuniis in eos, eorumque duces diſtributis. Adeoque copiæ non contemnendæ ad eum confluebant: ac palam ad invadendum hoſtem ſe parabat.

προσδόκητον, ἔπι τοὺς πολλοὺς ὁ Προκόπιος λανθάνειν ἐδόκει, βεβαιώσειν ἑαυτῷ τὸ κράτος, εἰ λάθοι τέως, οἰόμενος. καὶ συλλαβὼν Καισάριον, ὃν ἔτυχον οἱ βασιλεῖς πόλεως ὕπαρχον καταστήσαντες, ἔτι δὲ καὶ Νεβρίδιον, ᾧ τὴν αὐλῆς μετὰ Σαλούστιον παρέδωκαν τὴν ἀρχὴν, γράφειν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα τοῖς ὑπηκόοις [1] ἠνάγκαζεν. ἐφύλαττε δὲ ἰδίᾳ ἕκαστον, τὸ μὴ κοινωνῆσαι σκέμματος αὐτοῖς ἀποκλείων. τούτων δὲ αὐτῷ βεβουλευμένων, εἰς τὰ βασίλεια προῄει λαμπρός. ἀνελθὼν δὲ εἰς τὸ πρὸ τῆς αὐλῆς βῆμα, καὶ πληρώσας ἐλπίδων καὶ ἁδρῶν ὑποσχέσεων ἅπαντας, εἰσῄει, τῶν λοιπῶν ἐπιμελησόμενος.

Τῶν βασιλέων τοίνυν ἄρτι τὰ στρατόπεδα διῃρημένων, ᾠήθη δεῖν ὁ Προκόπιος ἔπι τοῖς στρατιώταις οὖσιν ἀτάκτοις, κατὰ κέλευσίν τινα τῶν βασιλέων, τόπους ἐκ τόπων ἀμείβουσιν, ἐπιπέμψαι τινὰς, οἳ δυνήσονται πάντας, οὓς ἂν οἷοί τε ὦσιν, ὡς αὐτὸν μεταστῆσαι. καὶ τοῦτο [2] ῥᾳδίως ἠνύετο, χρημάτων αὐτοῖς τε καὶ τοῖς τούτων ἡγουμένοις διαδοθέντων· συνῄει τε πλῆθος οὐ καταφρόνητον αὐτῷ, καὶ πρὸς ἐπίθε-

1. Unde factum eſt quod Julius comes *quaſi Valentis juſſu ſeria ſuper Barbaricis motibus tractaturus Nebridii literis adbuc clauſi violenter expreſſis accitus Conſtantinopolim, ſtrictius tenebatur*: Marcell. lib. 26.

1. Quædam enim militum turmæ blande & liberaliter acceptæ, cum ad expeditionem per Thracias tranſirent, ſub execrationibus diris juravere in verba Procopii.

σιν ἀνέδην παρεσκευάζετο. πέμπει μὲν οὖν εἰς τὴν Βιθυνίαν μετὰ δυνάμεως Μάρκελλον, ἐπὶ συλλήψει Σερηνιανοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βασιλικῶν ἱππέων, ἐκ καραδοκίας τοῦ διαφθεῖραι. συμφυγόντων δὲ αὐτῶν εἰς τὴν Κύζικον, τὴν μὲν πόλιν εἷλε Μάρκελλος, [1] ναυμαχίᾳ καὶ πεζῇ δυνάμει κρατήσας· Σερηνιανὸν δὲ, διαφυγόντα, καὶ εἰς τὴν Λυδίαν ἀναχωρήσαντα, συλλαβὼν, διεχρήσατο. τούτῳ τῷ προτερήματι Προκόπιος ἐπαρθεὶς, δυνάμεις τε κατὰ βραχὺ περιεποιεῖτο· καὶ ἦν ἤδη, κατά τε τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, ἀξιόμαχος τοῖς βασιλεῦσι. Ῥωμαίων τε γὰρ τάγματα καὶ Βαρβάρων αὐτῷ πλῆθος προσετίθετο, πρὸς τοῦτο δὲ αὐτοὺς ἐπεσπάσατο, τῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως συγγενείας τὸ κλέος, καὶ τὸ συνεστρατεῦσθαι καθ' ἅπαντας τοὺς διαπονηθέντας ἐκείνῳ πολέμους. ἤδη δὲ τῶν ἐπιφανῶν τινὰς ἔστελλε πρὸς τὸν ἔχοντα τὴν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν ἐπικράτειαν. ὁ δὲ, μυρίους ἀκμάζοντας ἔπεμπε συμμάχους αὐτῷ. καὶ ἄλλα δὲ Βάρβαρα ἔθνη συνῄει, μεθέξοντα τῆς ἐγχειρήσεως. λαβὼν δὲ εἰς ἔννοιαν, ὡς οὐ πρὸς ἄμφω δή οἱ τοὺς βασιλέας ἀγωνιστέον, ἄμεινον ἔκρινεν εἶναι τῷ πλησιάζοντι διαμάχεσθαι τέως, εἶτα σκέψασθαι τὸ πρακτέον.

Valens autem Imperator, qui jam Scythas univerſam Thraciam agere, ferre cerneret; ſtatuit eos, quos ex oriente ſecum adduxerat, ex equis pugnandi peritiſſimos, in equitatum Scythicum prius immittere. Quapropter accepta illi à principe teſſera, exiguo numero alii poſt alios extra Conſtantinopolis portas egrediebantur; & remotos à ſuis Scythas contis transfigentes, multorum capita cottidie adferebant. Et quoniam equorum celeritas, ictuſque contorum, Scythis perquam difficulter poſſe ſuperari videbantur; aſtu nationem Sarracenicam circumvenire ſtatuerunt. Itaque depreſſis in locis abditis inſidiis, tres Scythas unum Saracenum adoriri placuit: qui ſane dolus eis non ſucceſſit, Saracenis, ob equorum ſuorum velocitatem & agilitatem, pro libitu aufugientibus, quoties multitudinem aliquam adventare cernerent. Iidem ſi tardiores adactis equis invaderent, eoſque contis interimerent: tanta Scytharum cædes edebatur, ut Iſtrum, re deſperata, tranſmittere mallent; & Hunnis ſe potius dedere, quam à Sarracenis ad internecionem deleri. Quumque vicina Conſtantinopoli loca deſeruiſſent, & ulterius eſſent progreſſi: ſpatium Impe-

ratori datum eſt, copias ſuas longius promovendi. Conſiderante autem ipſo, quo pacto bellum hoc gerendum eſſet, tanta multitudine Barbarorum imminente; quum pariter & improbitas magiſtratuum ei moleſtiam exhiberet, quibus imperium abrogare verebatur, propter eam tempeſtatem, qua tum res agitabantur; & quinam præficiendi muneribus eſſent, quibus parem & idoneum videre erat neminem, ambigeret: Sebaſtianus, occidente relicto, quod iſtic qui erant Imperatores, ob imbecillitatem ætatis hæc intelligere per ſe non poſſent, ſed eunuchorum cubiculis præfectorum calumniis totos ſe traderent, Conſtantinopolim venit. Ea re cognita, Valens, qui hujus viri tam in bellis, quam adminſtranda univerſa republica virtutes norat, Sebaſtianum prætorem copiarum deligit, ejuſque fidei totius belli gerendi munus committit. Is ad mollitiem, ſummamque ſecordiam tribunorum atque militum reſpiciens, & quod ad fugam, & muliebria miſeraque vota dumtaxat exercitati eſſent: duo millia militum, quos ipſe deligeret, ſibi dari petiit. Exiſtimabat enim, non eſſe facile, multitudini hominum præeſſe, qui diſſolute gubernati fuiſſent: at inſtituere paucos, & à moribus effeminatis ad viriles traducere, non admodum eſſe difficile. Magis & alioquin expedire, ſi fiat in paucis potius, quam in univerſa multi-

χωρεία τῷ βασιλεῖ παραγαγεῖν εἰς τὸ πρόσω τὸ στράτευμα. σκοπουμένου δὲ αὐτοῦ τίνι δέοι τρόπῳ διαθεῖναι τὸν πόλεμον, πλήθους ἐπικειμένου τοσούτου Βαρβάρων, καὶ ἅμα τῇ τῶν ἀρχόντων βαρυνομένου κακίᾳ, καὶ παραλῦσαι μὲν αὐτοὺς διὰ τὸν περιέχοντα τὰ πράγματα σάλον ὀκνοῦντος, ἀπορουμένου δὲ τίσι τὰς ἡγεμονίας παραδοῦναι προσήκει, μηδενὸς ἀξιόχρεω φαινομένου, καταλιπὼν Σεβαστιανὸς τὴν ἑσπέραν, οἷα τῶν αὐτόθι βασιλέων, διὰ νεότητα φρονεῖν ταῦτα πρὸς ἑαυτοὺς οὐκ ἀνεχομένων, ἀλλὰ ἐκδόντων ἑαυτοὺς εὐνούχων ἐπὶ τῷ κοιτῶνι τεταγμένων διαβολαῖς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο. τοῦτο μαθὼν Οὐάλης, καὶ τὰς ἐν πολέμοις καὶ τῇ πάσῃ πολιτείᾳ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὰς ἐπιστάμενος, αἱρεῖται στρατηγὸν αὐτόν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ παντὸς πιστεύει πολέμου. ὁ δέ, πρὸς τὸ ἐκδεδιῃτημένον καὶ παντάπασιν ἐκμελὲς τῶν ταξιαρχῶν καὶ στρατιωτῶν ἀφορῶν, καὶ ὡς εἰς φυγὴν μόνον εἰσὶ γεγυμνασμένοι, καὶ γυναικώδεις καὶ ἀθλίας εὐχάς, δισχιλίους ᾔτησεν, οὓς ἂν ἕλοιτο, δοθῆναι στρατιώτας αὐτῷ. πλήθους γὰρ ἡγεῖσθαι χαύνως ἠγμένων ἀνθρώπων, μὴ ῥᾴδιον εἶναι· παιδαγωγῆσαι δὲ ὀλίγους, καὶ εἰς τὸ ἀρρενωπὸν ἐκ τοῦ θήλεος ἀναγαγεῖν, οὐ σφόδρα δύσκολον εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ λυσιτελὲς μᾶλλον, ἐν ὀλίγοις, ἢ παντὶ κινδυνεύειν τῷ πλήθει.

πείθει

πείθει ταῦτα λέγων τὸν βασιλέα· καὶ λαβὼν αἵρεσιν, οὐκ ἐκ τῶν ἐντεθραμμένων δειλίᾳ καὶ πρὸς τὸ φεύγειν γεγυμνασμένων, οὓς ᾔτησεν, εἵλετο, νεωστὶ δέ τινας ἐναριθμηθέντας τῷ στρατοπέδῳ, καὶ σώματος ἀναβέχοντας εὐφυΐᾳ, καὶ προσέτι γε τῷ φύσει τεκμαίρεσθαι δυναμένῳ φαινομένους, εἰς ὅπερ ᾑρέθησαν, ἱκανούς. αὐτόθεν οὖν ἑκάστου τῆς φύσεως ἐπειρᾶτο, καὶ τῇ συνεχεῖ γυμνασίᾳ τὸ ἐνδέον ἐπλήρου· πειθομένοις μὲν ἐπαινῶν καὶ δωρεαῖς ἀμειβόμενος, ἀπειθοῦσι δὲ σφοδρὸς καὶ ἀπαραίτητος εἶναι δοκῶν. οὕτω δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν ἐπιστήμην ἀσκήσας, τὰς μὲν τειχήρεις κατελάμβανε πόλεις, τῆς ἀσφαλείας ὅτι μάλιστα τοῦ στρατοπέδου ποιούμενος λόγον· ἐνέδραις δὲ συνεχέσι τοῖς προνομεύουσι τῶν Βαρβάρων ἐπιών· καὶ νῦν μὲν τῷ πλήθει τῶν λαφύρων εὑρίσκων βαρυνομένους, ἀνῄρει, τῆς λείας γινόμενος κύριος· νῦν δὲ μεθύοντας, ἄλλους δὲ τῷ ποταμῷ λουομένους, ἀπέσφαζεν.

Ὡς δὲ τὸ πολὺ τῶν Βαρβάρων τοῖς τοιούτοις στρατηγήμασιν ἐδαπάνησε μέρος, καὶ τὸ λειπόμενον, δέει τοῦ στρατηγοῦ, τοῦ προνομεύειν ἀπείχετο, φθόνος ἐξανίσταται κατ' αὐτοῦ μέγιστος. τοῦτο δὲ ἔτικτε μῖσος. ἐντεῦθεν αἱ διαβολαὶ πρὸς τὸν βασιλέα, τῶν τὰς ἀρχὰς ἐκπεπτωκότων, τοὺς κατὰ τὴν αὐλὴν εὐνούχους παρορμώντων εἰς τοῦτο. οὕτω δὴ τοῦ βασιλέως εἰς ἄλογον ὑποψίαν πα-

tudine periculum. Hæc dicens, Imperatori perſuadet; electionemque nactus, non eos ſibi ſumit, qui eſſent innutriti formidini, & ad capeſſendam fugam exercitati: ſed quoſdam recens adſcriptos exercitui, corporiſque dotibus egregiis à natura præditos; & qui præterea conjectandi perito viderentur, ad quodcunque facinus incitarentur, idonei futuri. Conteſtim igitur cujuſque naturam explorat, & exercitatione frequenti, quod deerat, ſupplet: dicto audientes collaudans, ac muneribus adficiens; in alios inobedientes ita ſe gerens, ut acerbus & inexorabilis eſſe videretur. Hoc modo ſuis ad omnem diſciplinam bellicam exercitis, in oppida mœnibus cincta ſe recipit; ejus inprimis ratione habita, ut in tuto eſſet exercitus. Simul continuis inſidiis Barbaros pabulatum egreſſos adoritur; ac modo copia ſpoliorum onuſtos inveniens, præda ſuam in poteſtatem redacta trucidat; modo temulentos, quoſdam & lavantes in flumine, jugulat.

Quum magnam Barbarorum partem hujuſmodi ſtrategematis deleviſſet, ac reliqui metu ducis à pabulando ſe continerent: maxima quædam adverſus eum invidia nata eſt. Ea vero peperit odium; unde criminationes erga principem oriebantur, ab iis profectæ, quibus erant abrogata imperia, quique ſpadones aulicos ad hoc incitabant. Quum hoc

modo

modo Imperator ad absurdam suspicionem improbe fuisset impulsus, Sebastianus ei significat, ut suo loco maneret, nec ulterius progrederetur. Non enim in proclivi esse, tanta cum multitudine aperto Marte congredi: sed per circuitus, & clandestinis adgressionibus tantisper extrahendum esse tempus, donec inopia commeatus desperatis rebus, vel se dederent, vel ex ditione populi Romani abirent, atque Hunnis se potius permitterent, quam miserrimis cladibus, quæ famem comitari soleant. Verum hæc illo monente, qui contrariarum partium erant, Imperatorem hortantur, ad bellum potius universo cum exercitu egrederetur; quasi Barbaris jam majori ex parte deletis, sine labore princeps ad victoriam accessurus esset. Quum autem sententia deterior vicisset, fortuna res in pejus agente, copias universas Imperator ad pugnam nullo producit ordine: quibus ubi Barbari absque tergiversatione occurrissent, ac prœlio longe superiores essent; propemodum universos ad internecionem deleverunt. Imperatore vero fuga cum paucis in vicum quendam elapso, nullis cinctum mœnibus; ab omni parte vico mate-

ραβαπτέντος, Σεβαστιανὸς μὲν ἐδήλου κατὰ χώραν μένειν τῷ βασιλεῖ, καὶ μὴ περαιτέρω προβαίνειν· οὐδὲ γὰρ εἶναι ῥᾴδιον, πλήθει τοσούτῳ πόλεμον ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπάγειν, ἀλλ' ἐκ περιδρομῆς καὶ λαθραίαις ἐπιθέσεσι τρίβειν τὸν χρόνον, ἕως ἂν σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀπειπόντες, ἢ παραδοῖεν αὐτοὺς, ἢ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους χώρας ἀναχωρήσαιεν, τοῖς Οὔννοις ἐκδιδόντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς μᾶλλον, ἢ τοῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ συμβαίνειν εἰωθόσιν οἰκτροτάτοις ὀλέθροις. ἀλλ' ἐκείνου ταῦτα παραινοῦντος, οἱ τἀναντία σπουδάζοντες, ἐξιέναι μᾶλλον τὸν βασιλέα πανστρατιᾷ [1] παρεκάλουν ἐπὶ τὸν πόλεμον, ὡς ἤδη τῶν Βαρβάρων ὡς ἐπίπαν ἀπολωλότων, καὶ ἀκονιτὶ τοῦ βασιλέως τῇ νίκῃ παρισταμένου. κρατησάσης δὲ τῆς χείρονος γνώμης ἐπειδὴ πρὸς τὸ χεῖρον ἦγεν ἡ τύχη τὰ πράγματα, τὸν στρατὸν ἅπαντα σὺν οὐδενὶ κόσμῳ πρὸς τὴν μάχην ἐξῆγεν ὁ βασιλεύς. οἷς ἀπαντήσαντες ἀπροφασίστως οἱ Βάρβαροι, καὶ παραπολὺ τῇ μάχῃ κρατήσαντες, μικροῦ μὲν ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διέφθειραν· σὺν ὀλίγοις δὲ πεφευγότος εἴς τινα κώμην τοῦ βασιλέως, καὶ οὐ τειχήρη, περιθέντες ὕλην πανταχόθεν τῇ κώμῃ, καὶ πῦρ ἐνέντες,

1. Causa quæ Valentem præcipue movit, hæc erat. *E Melanthiade*, villâ Cæsarianâ prope Constantinopolin, *signa commovit, æquiparare facinore quodam egregio adolescentem properans filium fratris, cujus virtutibus urebatur.* Gratianus quippe Alamannos ferocientes ita compescuit, ut ultro veniam peterent ad sua redeundi. *Videsis Marcell. lib.* 31.

τοὺς ἐν αὐτῇ συμφυγόντας μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐνέπρησε· 1 ὡς μηδὲ τῷ τοῦ βασιλέως σώματι δυνηθῆναί τινα παντάπασιν ἐπιστῆναι.

Τῶν δὲ πραγμάτων ἐπὶ λεπτοτάτης ἑστώτων ἐλπίδος, Βίκτωρ, ὁ τῆς Ῥωμαίων ἡγούμενος ἵππου, τὸν κίνδυνον ἅμα τισὶν ἱππεῦσι διαφυγὼν, ἐπὶ Μακεδονίαν τε καὶ Θεσσαλίαν ἐλάσας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ Παίονας ἀναδραμὼν, αὐτόθι διατρίβοντι τῷ Γρατιανῷ τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλει, καὶ τὴν τοῦ στρατοπέδου καὶ τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν. ὁ δὲ, οὐ σφόδρα μὲν λυπηρῶς τὴν τοῦ θείου τελευτὴν ἤνεγκεν· (ἦν γάρ τις ὑποψία πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς) ὁρῶν δὲ αὐτὸν οὐκ ἀρκοῦντα πρὸς τὴν διοίκησιν, Θρᾴκης μὲν ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ταύτῃ Βαρβάρων κατεχομένης, καὶ τῶν περὶ Μισίαν καὶ Παιονίαν τόπων ὑπὸ τῶν ταύτῃ Βαρβάρων ἐνοχλουμένων, τῶν δὲ περὶ τὸν Ῥῆνον ἐθνῶν ἀκωλύτως ταῖς πόλεσιν ἐπιόντων, αἱρεῖται τῆς βασιλείας κοινωνὸν Θεοδόσιον, ἐκ μὲν τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ Καλλαικίας, πόλεως δὲ Καύκας ὁρμώμενον, ὄντα δὲ οὐκ ἀπόλεμον, οὐδὲ ἀρχῆς στρατιωτικῆς ἄπειρον. ἐπιστήσας δὲ τοῖς κατὰ Θρᾴκην αὐτὸν καὶ τὴν ἑῴαν πράγμασιν, αὐτὸς ἐπὶ Γαλάτας τοὺς

rie circumdato, igneque immisso, quotquot eo confugerant, una cum incolis, concremarunt: ita ut ne quidem ad corpus Imperatoris omnino quisquam pervenire posset.

Rebus ad spem minutissimam redactis, dux equitatus Romani Victor, è periculo cum nonnullis equitibus elapsus, quum in Macedoniam Thessaliamque contendisset, atque inde ad Mysos & Pannonios excurrisset: Gratiano in iis locis commoranti rem, uti accidisset nuntiat; itemque tam exercitus, quam Imperatoris interitum. Ille non admodum mœsto patrui cædem animo tulit, quod inter eos suspicio quædam intercederet. Sed quia videbat se rebus administrandis non sufficere, Thracia quidem à Barbaris, qui eam invaserant, occupata; Mysiæ vero Pannoniæque locis, ab hærentibus ibidem Barbaris, vexatis; Rhenanis Barbaris denique nationibus urbes, citra cujusquam impedimentum, infestantibus: imperii consortem Theodosium deligit, oriundum ex oppido Hispanicæ Callæciæ Cauca, hominem bellicosum, & imperii militaris haud ignarum. Hoc Thraciæ rebus & orienti præfecto, ipse ad occidentales Gallos tendit: ut eorum loco-

1. *Prima tenebrarum caligine inter gregarios Imperator, ut opinari dabatur (neque enim se quisquam vidisse, vel præsto fuisse asseverant) sagittâ perniciose saucius ruit, spirituque mox consumpto decessit, nec repertus est uspiam.* Idem: qui tamen paulo post verisimilius ait Valentem eodem fato periisse quo noster hic affirmat.

rum

rum res, si posset, componeret.

Dum Imperator hic Theodosius Thessalonicæ commoratur, multi propter publicas & privatas necessitates illuc undique confluentes, impetratis ab eo, quæ par erat, discedebant. Quum autem ingentes copiæ transistrianorum Scytharum, Gotthorum inquam, & Taifalorum, & aliarum gentium, quæ prius inter hos vivere solebant, flumen transjecissent; & oppidis Romanæ ditionis propterea graves esse cogerentur, quod Hunnorum multitudo terras ab ipsis habitatas occupasset: Theodosius Imperator ad bellum gerendum universis se cum copiis parabat. Tota vero ab iis nationibus, quas diximus, occupata Thracia; & oppidorum in illis locis castellorumque præsidiariis ne paulum quidem extra munitiones progredi audentibus, nedum ut apertis in locis manus consererent: Modares, regio natus apud Scythas genere, qui non multo ante transfugerat ad Romanos, & propter fidelem Romanis navatam operam, magisterium militum fuerat adeptus; quum milites in collem quendam duxisset, planum quidem illum, & arvo similem, sed qui porrigeretur in longum, & amplissimos campos sibi subjectos haberet: ibidem, Barbaris id ab eo factum ignorantibus, hærebat. Quum autem per exploratores intellexisset, universos in campis colli subjectis hostes,

ἑσπερείοις ἐχώρει, τὰ αὐτόθι διαθήσων, εἰ οἷός τε γένοιτο.

Θεοδοσίου δὲ τοῦ βασιλέως κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην διατρίβοντος, πολλοὶ πανταχόθεν κατὰ κοινὰς καὶ ἰδίας συῤῥέοντες χρείας, τῶν προσηκόντων τυγχάνοντες ἀπηλλάττοντο. πλήθους δὲ πολλοῦ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν, Γότθων λέγω καὶ Ταϊφάλων, καὶ ὅσα τούτοις ἦν ὁμοδίαιτα πρότερον ἔθνη, περαιωθέντων, καὶ τὰς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οὔσας πόλεσιν ἐνοχλεῖν ἀναγκαζομένων, διὰ τὸ πλῆθος Οὔννων τὰ παρ' αὐτῶν οἰκούμενα κατασχεῖν, ὁ μὲν βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐς πόλεμον πανστρατιᾷ παρεσκευάζετο. πάσης δὲ τῆς Θρᾴκης ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν ἤδη κατειλημμένης, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῶν πόλεων καὶ τῶν αὐτόθι φρουρίων, οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ θαῤῥούντων ἔξω τῶν τειχῶν προελθεῖν, μήπω γε καὶ ἐν τοῖς ὑπαίθροις εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, Μοδάρης, ὢν μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου τῶν Σκυθῶν γένους, οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολήσας, καὶ δι' ἣν ἐπεδείξατο πίστιν, στρατιωτικῆς περιβεβλημένος ἀρχῆς, ἐπί τινος ἀναβιβάσας λόφου τοὺς στρατιώτας, ὁμαλοῦ μὲν καὶ γεώδους, ἐκτεινομένου δὲ εἰς μῆκος, καὶ πεδία μέγιστα ὑποκείμενα ἔχοντος, ἔλαθε μὲν τοὺς Βαρβάρους τοῦτο πεποιηκώς· ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν κατασκόπων ἔγνω πάντας ἐν τοῖς ὑποκειμένοις τῷ λόφῳ πεδίοις τοὺς πολεμίους, ἀποχρησαμένους τῇ κατὰ τοὺς

ἀγροὺς

ἀγροὺς καὶ τὰς ἀτειχίστοις κώμας εὑρεθείσῃ τροφῇ, κεῖσθαι μεθύοντας, ἡσυχῇ παραγγέλλει, τοὺς στρατιώτας ξίφη μόνα καὶ ἀσπίδας ἐπικομιζομένους, μείζονος δὲ ἢ βαρυτέρας ὑπεριδόντας ὁπλίσεως, καὶ τοὺς συνασπισμοὺς τοὺς συνήθεις ἐάσαντας, ἐπιθεῖν τοῖς Βαρβάροις ἤδη τῇ τρυφῇ παρειμένοις. οὗ γεγενημένου, βραχύ τι τῆς ἡμέρας ἐπιθέμενοι τοῖς Βαρβάροις οἱ στρατιῶται, πάντας κατέσφαξαν, τοὺς μὲν οὐδὲ αἰσθανομένους, τοὺς δὲ ἅμα τῇ αἰσθήσει τρωθέντας, καὶ ἄλλους ἄλλοις θανάτου τρόποις ἀναιρεθέντας. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ὑπελείφθη, τοὺς μὲν πεσόντας ἐσκύλευον· ἐπὶ δὲ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ὁρμήσαντες, ἁμάξας μὲν εἷλον τετρακισχιλίοις, αἰχμαλώτους δὲ ὅσους ἦν εἰκὸς ἐπὶ τοσούτων ἁμαξῶν φέρεσθαι, δίχα τῶν βάδην ταύταις ἀκολουθέντων, καὶ ἐξ ἀμοιβῆς (οἷα φιλεῖ γίνεσθαι) τὰς ἀναπαύσεις ἐπ' αὐτῶν ποιουμένων.

Οὕτω τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης πορισθεῖσι τοῦ στρατοῦ χρησαμένου, τὰ μὲν τῆς Θρᾴκης, εἰς ἔσχατον ἀπωλείας ἐλάσειν κινδυνεύσαντα, τέως ἦν ἐν ἡσυχίᾳ, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν ἐν ταύτῃ Βαρβάρων ἀπολομένων. τὰ δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν, οὐ πόρρω γέγονε παντελοῦς ἀπωλείας, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. τῶν Οὔννων, ὃν τρόπον διεξῆλθον, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατῳκημένοις ἔθνεσιν ἐπελθόντων, οὐκ ἐνεγκόντες οἱ Σκύθαι τὰς τούτων ἐφόδους, Οὐάλεντος τηνικαῦτα βα-

abuſos annona, quam in agris & vicis non munitis repererant, vino jacere obrutos: tacite militibus imperat, ut gladios duntaxat & ſcuta ferentes, armis majoribus gravioribuſve poſthabitis, conſuetiſque ſcutorum condenſationibus omiſſis, Barbaros jam luxu ſolutos invaderent. Quod ubi factum eſſet, perexiguo diei tempore Barbaros adorti milites, univerſos interfecerunt: quum quoſdam nihil ſentientes, quoſdam inter ſentiendum vulneraſſent, & aliis alios mortis generibus interemiſſent. Quum nulli jam viri ſupereſſent, mortuos ſpoliant; & mulieres ac pueros adgreſſi, quatuor plauſtrorum millia capiunt, cum tot mancipiis, quot erat conſentaneum tot vehi curribus: præter eos, qui pedites plauſtra comitabantur, ac per vices (ut fieri conſuevit) in plauſtris quieſcendo ſe recreabant.

Ita quum iis quæ fors fortuna obtulerat, uſus eſſet exercitus: res Thraciæ, in extremo periculo exitii conſtitutæ, tum quidem in tranquillo erant, Barbaris in ea præter omnem ſpem deletis. Orientis autem res, ex hujuſmodi cauſa, parum aberat, quin prorſus interirent. Hunnis eo modo, quo diximus, tranſiſtrianas gentes adgreſſis, quum impreſſiones illorum Scythæ ſuſtinere non poſſent; Valentem, id temporis rerum potientem obſecra-

runt, ut se per Thraciam reciperet, sociorum & subditorum facturos officium, & obsecuturos in rebus omnibus, quas princeps imperasset. His verbis persuasus Valens, suscipit ille quidem eos; sed ratus, ipsorum se fidei nomine cautionem habiturum idoneam, si liberos eorum, necdum puberes, in alia regione curaret educari: magnam puerulorum multitudinem in orientem mittit, eorumque præficit educationi & custodiæ Julium, quod ejus viri sagacitatem & industriam utrique suffecturam officio putaret. Julius eos in oppida distribuit, ne Barbara juventus, tanto collecta numero, amplum haberet moliendi res novas spatium, & à suis remota conspiraret. His intra civitates degentibus, & ætatis jam maturitatem adsequutis, eæ res nuntiabantur; quæ res in Thracia popularibus suis accidissent. Qua fama permoleste cognita, quotquot in eodem erant oppido, inter se congrediuntur; & alias urbes inhabitantibus clanculum significant, cogitare se, Romanas vrbes adoriendo, parentes ac populares suos ulcisci. Julius, hoc instituto Barbarorum animadverso, inops consilii, quid potissimum ageret, simulque Barbarorum conatus expeditos veritus, quocunque se convertissent; Theodosio qui-

σιλεύοντος ἐδεήθησαν, κατὰ τὴν Θρᾴκην δέξασθαι αὐτούς, συμμάχων τε καὶ ὑπηκόων πληρώσοντας χρείαν, ὑπηρετησομένους δὲ παρ' οἷς ἂν ὁ βασιλεὺς ἐπιτάξειε. τούτοις ὑπαχθεὶς τοῖς λόγοις ὁ Οὐάλης, δέχεται μὲν αὐτούς· οἰηθεὶς δὲ τῆς αὐτῶν πίστεως ἐχέγγυον ἀσφάλειαν ἔχειν, εἰ τοὺς αὐτῶν παῖδας, εἰς ἥβην οὔπω προεληλυθότας, ἐν ἑτέρᾳ που διαιτᾶσθαι παρασκευάσειε χώρᾳ, πλῆθος πολύ τι παιδαρίων εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπέμψας, Ἰούλιον ἐπέστησε τῇ τούτων ἀναστροφῇ τε καὶ φυλακῇ, τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἑκάτερον ἀρκεῖν ἡγησάμενος. ὁ δὲ, ταῖς πόλεσιν αὐτοὺς ἐγκατένειμεν, ὥστε μὴ Βάρβαρον νεολαίαν, εἰς πλῆθος [1] συνειλεγμένων τοσοῦτον, εὐρυχωρείας ἔχειν τοῦ νεωτερίζειν τι, καὶ ἔξω τῶν οἰκείων συμφρονῆσαι. τούτοις ἐνδιαιτωμένοις ταῖς πόλεσι, καὶ ἤδη ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζουσι, τὰ κατὰ τὴν Θρᾴκην συμβάντα τοῖς αὐτῶν ὁμοφύλοις, ἠγγέλθη. δυσχεράναντες δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν, ἀλλήλοις τε ὡμίλουν ὅσοι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἔτυχον ὄντες, καὶ τοῖς ἑτέρας πόλεις οἰκοῦσι, λαθραίως ἐδήλουν, τῇ κατὰ τῶν πόλεων ἐπιθέσει τιμωρῆσαι τοῖς σφῶν πατράσι καὶ ὁμοφύλοις διανοούμενοι. ταύτης αἰσθόμενος ὁ Ἰούλιος τῆς τῶν Βαρβάρων ὁρμῆς, καὶ ἀπορῶν μὲν ὅ τι πράξειε, δεδιὼς δὲ τὴν τῶν Βαρβάρων ἐφ' ὅπερ ἂν ὁρμήσωσι, πρόχειρον ἐ-

1. Rectius [συνειλεγμένην] uti & [εὐρυχωρίαν] num. sing.

πιχείρησιν, τῷ μὲν Θεοδοσίῳ δῆλον καταστῆσαι τὸ μελετώμενον οὐκ ἔγνω, καὶ ἐν τοῖς περὶ Μακεδονίαν ἐνδιατρίβοντι τόποις, καὶ προσέτι γε ὡς μὴ παρ' αὐτοῦ, παρὰ Οὐάλεντος δὲ ταύτην ἐπιτραπεὶς τὴν φροντίδα, καὶ οὔπω σχεδὸν τῷ τότε βασιλεύοντι γνωριζόμενος· τῇ δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν γερουσίᾳ γράψας ἐν παραβύστῳ, καὶ παρὰ ταύτης ἐπιτραπεὶς, ὅ τι ἂν λυσιτελεῖν ἡγήσαιτο, πρᾶξαι, τοιῷδέ τινι τρόπῳ τὸν ἐπηρτημένον ταῖς πόλεσιν ἀποσείεται κίνδυνον. καλέσας ὡς ἑαυτὸν ἅπαντας, ὅσοι ταγμάτων ἔτυχον στρατιωτικῶν προεστῶτες, καὶ ¹ ὅρκους καταλαβὼν, ἣν εἶχε γνώμην αὐτοῖς ἐκοινώσατο. οἱ δὲ, ἅπερ ἔδει πράττειν ἀκηκοότες, λόγους ἐνέσπειραν τοῖς ἐν ἑκάστῃ πόλει Βαρβάροις, ὡς ὁ βασιλεὺς ἀδραῖς σφόδρα δωρεαῖς αὐτοὺς ἀμείψασθαι βούλοιτο, καὶ διαδοῦναι πᾶσιν οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ γῆν, ὡς ἂν εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων εὔνοιαν ἐπιδοῖεν. ἐπὶ τούτοις τε ἐκέλευον εἰς τὰς μητροπόλεις ἀγείρεσθαι, ῥητῆς αὐτοῖς εἰς τοῦτο δοθείσης ἡμέρας. ταύταις ἐπαρθέντες οἱ Βάρβαροι ταῖς ἐλπίσιν, ἐχάλασαν μέν τι τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς κατὰ τῶν πόλεων ἀπωλείας· ἀναμείναντες δὲ τὴν κυρίαν, ὅπερ ἦν τεταγμένον ἑκάστοις ἰέναι, συνέῤῥεον. εἰδότες δὲ καὶ οἱ στρατιῶται τὸ σύνθημα, καταλαβόντες τὰ τῶν ἀγορῶν ἐπικείμενα

dem Imperatori, quid ageretur, minime ſtatuit aperiendum; partim quod is in Macedoniæ locis hæreret, partim quod à Valente fuiſſet hæc ei commiſſa procuratio, non à Theodoſio, tunc rerum domino, cui prope necdum innotuerat: ſcriptis autem ſecreto ad ſenatum Conſtantinopolitanum literis, & ab eo accepta poteſtate agendi, quidquid expediturum reipublicæ putaret, tali quodam modo periculum urbibus imminens avertit. Arceſſitis ad ſe omnibus ordinum militarium præfectis, & ſacramentis exactis; conſilium, quod inſtituiſſet, cum eis communicat. Illi perceptis iis quæ eſſent peragenda; rumores inter cujuſlibet urbis Barbaros didunt, Imperatorem largis admodum muneribus eos adficere velle; nec pecuniam dumtaxat, verumetiam agros diſtributurum in omnes; ut eos ad ſuam, & populi Romani, amicitiam pelliceret. Ideoque jubebant, ut certo ad hoc eis die ſtatuto, intra metropoles convenirent. Per has elati ſpes Barbari, nonnihil de iracundia, deque ſtruendo vrbibus exitio, remittunt: & exſpectato die præſtituto, quo ſinguli venire juſſi fuerant, confluunt. Quum autem milites quoque datam ſibi teſſeram non ignorarent, occupatis tectis, quæ verſus forum quodlibet ſpectabant, in-

1. Ὅρκοις καταλαβών. *Sylburg.*

gressos Barbaros lapidibus & telis tantisper petunt; donec universis ad internecionem deletis, urbes orientales imminenti formidine liberassent.

Et damna quidem, quæ per orientem & Thraciam acciderant, exitum hujusmodi, sagacitate ducum, habuerunt. Imperator autem Theodosius, adhuc Thessalonicæ degens, adeuntibus ille quidem facilis accessu videbatur: sed à voluptate negligentiaque exorsus imperium, officia præpositorum reipublicæ magistratuum conturbavit; & rerum militarium duces numero plures, quam antea fuissent, instituit. Quippe quum unus esset equitum magister, & unus itidem peditum præfectus: pluribus, quam quinque, magistratus hosce distribuit; & hoc ipso fiscum pluribus annonis gravavit. Non enim amplius duobus tantummodo ducibus, sed quinque, vel pluribus etiam, quæcunque duûm illorum quilibet ante habuisset, præbebantur. Simul tot magistratuum avaritiæ milites exposuit. Nam quilibet eorum non partem, sed solidum, ac si duo tantum essent, cauponariam quamdam ex militaribus annonis factitando, colligere lu-

τέγη, τοὺς Βαρβάρους εἰσιόντας λίθοις καὶ βέλεσι κατηκόντιζον, ἕως ἅπαντας [1] πανωλεθρίᾳ διαφθείραντες, τὰς ἐν τῇ ἑῴᾳ πόλεις τῶν ἐπικειμένων ἠλευθέρωσαν φόβων.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ Θρᾴκην συμπεσόντα ἐλαττώματα, τῇ τῶν στρατηγῶν ἀγχινοίᾳ ταύτην ἔσχε τὴν τελευτήν. ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, ἐνδιατρώμενος ἔτι τῇ Θεσσαλονίκῃ, τοῖς μὲν ἐντυγχάνουσιν ἐδόκει πως εὐπρόσιτος εἶναι· τρυφὴν δὲ καὶ ἐκμέλειαν τῆς βασιλείας προοίμια ποιησάμενος, τὰς μὲν προεστώσας ἀρχὰς συνετάραξε, τοὺς δὲ τῶν στρατιωτικῶν ἡγεμόνας, πλείονας ἢ πρότερον ἐργασάμενος. ἑνὸς γὰρ ὄντος [2] ὑπάρχου, καὶ ἐπὶ τῶν πεζῶν ἑνὸς τεταγμένου, πλείοσιν ἢ πέντε ταύτας διένειμε τὰς ἀρχάς· τούτῳ τε καὶ τὸ δημόσιον σιτήσεσιν ἐβάρυνε πλείοσιν. οὐκ ἔτι γὰρ δύο στρατηγοῖς μόνοις, ἀλλὰ πέντε καὶ πλείοσιν, [3] ὅσοις ἕκαστος τῶν δύο πρότερον εἶχεν, ἐχορηγοῦντο. καὶ τοὺς στρατιώτας τοσούτων ἀρχόντων ἐξέδωκε πλεονεξίᾳ. τούτων γὰρ ἕκαστος οὐκ αὐτὸ μέρος ἀλλὰ ὁλόκληρον, ὡς ἂν εἰ δύο μόνων ὄντων, ἐκ τῆς περὶ τὰ στρατιωτικὰ σιτηρέσια καπηλείας, ἀθροίζειν ἐβούλετο κέρδος. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰλάρ-

1. Factum hoc succincte refert Marcellinus sub operis finem.
2. Leg. ἱππάρχου ut respondeat [ἐπὶ τῶν πεζῶν ἑνός.]
3. Monet Sylb. codicem Leun. margini inscriptum habere [ὅσα.]

χας καὶ λοχαγοὺς καὶ ταξιάρχους, εἰς πλῆθος ἤγαγε τοσοῦτον· ὥστε διπλασίους ἢ πρότερον εἶχε λελεῖφθαι, τοὺς δὲ στρατιώτας, τῶν ἐκ τοῦ δημοσίου δεδομένων αὐτοῖς, ἔχειν οὐδέν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς τοῦτο κατέστησεν ἡ τοῦ βασιλέως ἐκμέλεια, καὶ ἡ ἄλογος τῶν χρημάτων ἐπιθυμία. τοσαύτην δὲ ἐπεισήγαγε τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ δαπάνην, ὥστε διὰ πλῆθος τῶν ἐδεσμάτων καὶ τῆς περὶ ταῦτα πολυτελείας, τάγματα πολυάνθρωπα καταστῆναι μαγείρων δὲ καὶ οἰνοχόων, καὶ τῶν ἄλλων· οὓς εἴ τις ἐξαριθμήσασθαι βουληθείη, συγγραφῆς αὐτῷ πολυστίχου δεήσει. περὶ γὰρ τοῦ πλήθους τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχων, καὶ ὡς οἱ πλεῖστοι τούτων, ὅσοι μάλιστα τῶν ἄλλων ὥρᾳ διέφερον, ἄρχοντας τέως οὓς ἠβούλοντο παρῆγον εἰς μέσον, καὶ τῆς βασιλείας ἁπάσης τὴν ἐπικράτειαν ἔχον, τὴν τοῦ βασιλεύοντος, εἰς ὅπερ ἐβούλοντο, μεταφέροντες γνώμην, τί δεῖ λέγοντα μηκύνειν ἐπιπλέον τὸν λόγον. δέον τὰ τῆς ἐξ ἐκείνου τῶν πραγμάτων ἀπωλείας αἴτια διελθεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἔτυχε, καὶ περὶ τοὺς ἀναξίους, τὰ δημόσια δαπανῶν, πλειόνων εἰκότως ἐδεῖτο χρημάτων, καὶ τὰς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγεμονίας ὠνίους προὐτίθει τοῖς προσιοῦσι, δόξῃ μὲν ἢ βίῳ σπουδαίῳ παντάπασιν οὐ προσέχων, ἐπιτήδειον δὲ κρίνων, τὸν [1] ἀγρὸν ἢ ἀργύρειον προσάγον-

crum volebat. Nec his contentus, etiam præfectos alarum, turmarumque duces, & tribunos tantopere adauxit; uti duplo plures, quam prius essent, post se reliquerit; & milites interim nihil eorum, quæ ipsis ex fisco præbebantur, acciperent. Sed huc quidem Imperatoris negligentia, & enormi avaricia, res rediit. Tanti vero sumtus in mensam Imperatoris erogandi primus auctor exstitit, ut propter ciborum multitudinem, & in his adparandis lauticiem, populosæ coquorum, & pocillatorum, & aliorum cohortes instituerentur; quas si quis enumerare voluerit, prolixæ scriptionis indigebit. Nam de multitudine inservientium principi spadonum, quodque complures horum, præsertim qui cæteris forma præstabant, præsides in medium producerent eos quos ipsi vellent; quodque totum imperium sua in potestate haberent, & quocunque lubitum esset, animum principis flecterent: de his inquam, quid opus est orationem instituere prolixiorem? quando rerum interitus, exinde sequuti, causæ nobis indicandæ veniunt. Quum enim temere, atque etiam in indignos fisci bona profunderet, ideoque non abs re pluribus pecuniis egeret: provinciarum præfecturas quibusvis accedentibus venales exponebat, nul-

1. Leg. χρυσίον.

la prorsus existimationis, aut honestæ vitæ ratione habita; sed eum judicans idoneum, qui auri vel argenti majorem summam adferret. Adeoque videre erat argentarios, & nummularios, & alios, professiones in foro fœdissimas obeuntes, magistratuum insignia ferre, majoremque pecuniæ vim habentibus provincias tradere.

Quum talis in republica jam cepisset, vergens in deterius, mutatio; militares quidem copiæ perexiguum intra tempus deminuebantur, & in nihilum adeo redigebantur: urbes vero pecunia destituebat, quæ partim per imposita tributa, modum excedentia, partim per avaritiam magistratuum exhauriebatur. Hi enim eos qui animos ipsorum inexplebiles sibi non conciliabant omni cultu, calumniis opprimebant; tantum non clamantes, omnia sibi, quæ pro magistratu numerassent, necessario colligenda esse. Hinc igitur oppidorum incolæ, qui tam paupertate, quam magistratuum improbitate adfligerentur, infelicem maximeque miserabilem vitam agebant; Deumque suppliciter orabant, ut talibus tantisque calamitatibus liberarentur. Etenim adhuc facultatem habebant adeundi fana, patriisque ritibus numina placandi.

τα πλεῖον· καὶ ἦν ἰδεῖν ἀργυραμοιβοὺς, καὶ ὀβολοστάτας, καὶ ἄλλους ἐπ' ἀγορᾶς τὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων αἰσχρότατα μετιόντας, ἐπιφερομένους τὰ τῶν ἀρχῶν σύμβολα, καὶ τοῖς πλείονα ἔχουσι χρήματα τὰς ἐπαρχίας παραδιδόντας.

Οὔσης οὖν ἤδη τοιαύτης τῆς ἀμφὶ τὴν πολιτείαν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐνδιαγῆς, τὸ μὲν στρατιωτικὸν ἐν ὀλίγῳ μεμείωτο χρόνῳ, καὶ εἰς τὸ μηδὲν περιΐστατο· τὰς δὲ πόλεις ἀπολελοίπει τὰ χρήματα, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιτεθέντων φόρων, ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον, τὰ δὲ εἰς τὴν τῶν ἀρχόντων ἐκενοῦτο πλεονεξίαν. τοὺς γὰρ μὴ θεραπεύοντας τὴν αὐτῶν ἀπλησίαν, τοῖς ἐκ συκοφαντίας πράγμασι περιέβαλλον, μονονουχὶ βοῶντες ὡς, ὅσα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς δεδώκασιν, ἀνάγκη πᾶσα συναγαγεῖν. ἐκ τούτου τοιγαροῦν οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες, πενίᾳ τε καὶ ἀρχόντων κακίᾳ τρυχόμενοι, δυστυχῆ καὶ οἴκτιστον ἔτριβον βίον, ἱκετεύοντες τὸν θεὸν καὶ δεόμενοι τῶν τοσούτων αὐτοῖς ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι συμφορῶν. ἔτι γὰρ ἦν αὐτοῖς [1] ἄδεια τοῦ φοιτᾶν εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ θεῖα κατὰ τοὺς πατρίους θεσμοὺς ἐκμειλίττεσθαι.

1. Quam tamen sustulit paulo post, uti videre est apud Sozomen. lib. 7. c. 20. περὶ τῆς ἐπιδόσεως τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος καὶ καταλύσεως εἰς τέλος τῶν εἰδωλικῶν ναῶν. *Et Theod. c. item vig. lib. 5.*

O δὲ

Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, παρὰ πολὺ ἐλαττωθὲν τὸ στρατιωτικὸν θεασάμενος, ἐφῆκε τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρων τοῖς βουλομένοις, ὡς αὐτὸν ἰέναι, τοὺς αὐτομόλους ἐντάττειν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν ὑπισχνούμενος. οἱ δὲ, τὸ σύνθημα τοῦτο δεξάμενοι, ᾔεσάν τε ὡς αὐτὸν, καὶ ἀνεμίγνυντο τοῖς στρατιώταις, γνώμην ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, εἰ πλείους γένοιντο, ῥᾷον ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι, καὶ κρατήσειν ἁπάντων. ἰδὼν δὲ τὸ πλῆθος τῶν αὐτομόλων ὁ βασιλεὺς, ἤδη τὸ τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν ὑπεραῖρον, ἐν νῷ τε βαλλόμενος ὡς καθέξει τις αὐτοὺς, ἕτερόν τι παρὰ τὰ συντεθειμένα φρονήσαντας, ἄμεινον ᾠήθη, μέρος τι τούτων τοῖς στρατευομένοις κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἀναμίξαι, μέρος δὲ τῶν τὰ ἐκεῖσε τάγματα πληρούντων, ὡς ἑαυτὸν ἀγαγεῖν. οὗ δὴ γινομένου, καὶ τῶν μὲν ἐπ' ἐκεῖνα, τῶν δὲ ἐπὶ τάδε, κατὰ τὸ βασιλέως σύνθημα προϊόντων, οἱ μὲν Αἰγύπτιοι τὴν πάροδον ἡσυχῇ ποιούμενοι διὰ τῶν πόλεων, τὰ ἐν χρείᾳ, τιμῆς δικαίας ὠνοῦντο. οἱ βάρβαροι δὲ, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τῇ παρόδῳ χρώμενοι, τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὡς ἐβούλοντο διετίθεσαν. ἐπεὶ δὲ συνέδραμον εἰς τὴν Φιλαδέλφειαν, ἣ μία τῆς Λυδίας ἐστὶν, οἱ μὲν Αἰγύπτιοι, πολλῷ τῶν βαρβάρων ὄντες ἐλάττους, εἴχοντο τῆς στρατιωτικῆς εὐταξίας· οἱ δὲ βάρβαροι, πλήθει τούτους ὑπεραί-

Quum autem Theodosius Imperator admodum deminutos exercitus animadvertisset, transistrianis Barbaris ad se veniendi, quicunque vellent, potestatem fecit; pollicitus, se transfugas militum numeris adscripturum. Eam illi pactionem accipientes, adito Theodosio, inter milites referebantur: quum quidem opinarentur, si numerus ipsorum excresceret, facile se rempublicam adgressuros, & omnia suam in potestatem redacturos. Conspicatus vero multitudinem transfugarum Imperator, quæ jam suorum militum numerum excederet; simulque revocans ad animum, quo pacto quis eos cohibiturus esset, si præter pacta conventa moliti quid fuissent: præstare ratus est, ut partem horum aliquam in Ægypto militantibus admisceret; ac vicissim partem plenis Ægypti legionibus detractam, ad se traduceret. Quod quum factum esset, his quidem illuc, istis autem huc iter facientibus, uti princeps imperaverat: Ægyptii sane per oppida sine tumultu transeuntes, justo res necessarias pretio sibi comparabant: Barbari autem, nullum habentes in transitu sui modum, cum iis quæ venibant in foro, pro animi libidine agebant. Posteaquam utriq; Philadelphiæ convenissent, quod oppidum est Lydiæ; longe numero Barbaris inferiores Ægyptii, præscriptum sibi à ducib. ordinẽ observabant: Barbari vero, qui

hos

hos multitudine superarent, amplius aliquid sibi juris usurpabant. Quumque forte quidam ex iis, qui erant in foro, venditarum ab se rerum pretium posceret, Barbarus autem gladio feriret; atque hinc illo exclamante, vulneraretur & alter, priori laturus opem, miserti ejus quod acciderent, Ægyptii; modeste Barbaros hortabantur, ab iniquis hujusmodi facinoribus abstinerent. Non enim hoc decere viros, qui secundum leges Romanas vivere decrevissent. Tum illi gladios suos adversus hos stringere; donec & Ægyptii laxato iracundiæ frœno, cum eis congrederentur; & plures, quam ducentos, interimerent; aliis cæsis, aliis in cloacas fugere, ac vitam in eis relinquere coactis. Quum hæc Ægyptii Philadelphiæ patrassent in Barbaros, & modestiores ut essent, non defuturis scilicet qui eis resisterent, persuasissent: ipsi quidem ulterius iter suum prosequebantur; Barbari vero versus Ægyptum, quo ire jussi fuerant, progrediebantur. Et habebant hi ducem Hormisdam, natione Persam, Hormisdæ illius filium, qui cum Juliano Imperatore bello contra Persas interfuit. Adventantibus in Macedoniam Ægyptiis, & jam legionibus eorum locorum adscriptis: nullus erat in castris ordo, nullum Romani vel Barbari discrimen: sed inter se cuncti promiscue versabantur, quum ne descriptionis quidem eo-

ροντες, ἔχειν τι πλέον ἠξίουν. καὶ ἐπειδὴ τινὸς ἐπ' ἀγορᾶς τις, ὧν ἀπέδοτο δοθῆναι τιμὴν ᾔτησεν, ὁ δὲ Βάρβαρος τὸ ξίφος ἐπήγαγεν, εἶτα ἀναβοήσαντος, ἐπλήττετο καὶ ἄλλος, βοηθῆσαι βουλόμενος, ἐλεήσαντες οἱ Αἰγύπτιοι τὸ γινόμενον, ἐπιεικῶς τοῖς Βαρβάροις ἀπέχεσθαι παρῄνουν τῶν τοιούτων ἀτοπημάτων· μὴ γὰρ εἶναι τοῦτο ἔργον ἀνθρώπων, κατὰ Ῥωμαίων νόμους ζῆν ἐθελόντων. οἱ δὲ, κατ' ἐκείνων ἐχρῶντο τοῖς ξίφεσιν, ἕως ἐνδόντες οἱ Αἰγύπτιοι τῷ θυμῷ, συνέπεσόν τε αὐτοῖς, καὶ πλείους ἢ διακοσίους ἀνεῖλον, τοὺς μὲν πλήξαντες, τοὺς δὲ εἰς τοὺς ὑπονόμους φυγεῖν ἀναγκάσαντες, κἀκεῖσε τὸν βίον ἀπολιπεῖν. ἐν μὲν οὖν τῇ Φιλαδελφείᾳ ταῦτα πράξαντες ἐπὶ τοῖς Βαρβάροις Αἰγύπτιοι, καὶ πείσαντες σωφρονεῖν, ὡς τῶν ἀντιστησομένων αὐτοῖς οὐκ ἐπιλειψόντων, αὐτοὶ μὲν εἴχοντο τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας· οἱ δὲ Βάρβαροι, ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, οὗ τεταγμένον ἦν αὐτοῖς, προῄεσαν. ἡγεῖτο δ' αὐτῶν Ορμίσδης ὁ Πέρσης. ἦν δὲ Ορμίσδου παῖς, τοῦ κοινωνήσαντος εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον Ἰουλιανῷ τῷ αὐτοκράτορι. τῶν δὲ Αἰγυπτίων εἰς Μακεδονίαν ἀφικομένων, καὶ τοῖς αὐτόθι τάγμασι συναφθέντων, τάξις μὲν ἦν τοῖς στρατεύμασιν οὐδεμία, οὐδὲ Ῥωμαίου διάκρισις ἢ Βαρβάρου, πάντες δὲ ἀναμὶξ ἀνεστρέφοντο, μηδὲ ἀπογραφῆς ἔτι τῶν ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς ἀριθμοῖς ἀναφερομένων

μένων φυλαττομένης. ἐφεῖτο δὲ τοῖς αὐτομόλοις, ἤδη τοῖς τάγμασιν ἐγγραφεῖσιν, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανιέναι, καὶ ἑτέρους ἐκπέμπειν ἀνθ' ἑαυτῶν· καὶ ὁπηνίκα ἂν αὐτοῖς δοκοίη, πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίους στρατεύεσθαι.

Τοιαύτην ὁρῶντες οἱ Βάρβαροι κρατοῦσαν ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν ταραχὴν, (οἱ μὲν γὰρ αὐτόμολοι πάντα ἐσήμαινον αὐτοῖς, καὶ ἡ τῆς ἐπιμιξίας εὐρυχωρεία) καιρὸν ἔχειν ᾠήθησαν ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασιν ἐν ἀμελείᾳ τοσαύτῃ κειμένοις. καὶ σὺν οὐδενὶ πόνῳ τὸν ποταμὸν διαβάντες, καὶ μέχρι Μακεδονίας ἐλθόντες (ἐκώλυε γὰρ οὐδὲ εἷς, ἐνδιδόντων αὐτοῖς μάλιστα τῶν αὐτομόλων ἀκώλυτον ἐφ' ἅπερ ἐβούλοντο τὴν διάβασιν) ἐπειδὴ καὶ τὸν βασιλέα μετὰ παντὸς αὐτοῖς ἀπαντήσαντα τοῦ στρατεύματος ᾔσθοντο, νυκτὸς οὔσης ἤδη βαθείας πῦρ ἀνακαιόμενον πολὺ θεασάμενοι, τεκμαιρόμενοί τε ὡς περὶ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἴη τὸ φαινόμενον πῦρ, ἅμα δὲ καὶ παρὰ τῶν προσιόντων αὐτοῖς αὐτομόλων οὕτως ἔχειν τοῦτο μαθόντες, δρόμον ἀφῆκαν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν, ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὁδηγούμενοι. συναραμένων δὲ καὶ τῶν αὐτομόλων αὐτοῖς, μόνοι Ῥωμαῖοι, καὶ τῶν αὐτομόλων ὅσοι παρῆσαν, ἀντέστησαν. ὀλίγοι δὲ πρὸς πολλῷ πλέονας οὐκ ἀρκέσαντες, ἔδωκαν μὲν τῷ βασιλεῖ φυγῆς εὐρυχωρείαν, αὐτοὶ δὲ ἅπαντες ἔπεσον, ἀνδρείως μαχό-

rum, qui militum in numeros referebantur, ulla ratio haberetur. Quinetiam licitum transfugis erat, ut adſcripti jam legionibus, in patriam reverterentur, alioſque ſuo loco mitterent; atque ubi videretur ipſis, iterum ſub Romanis militarent.

Ejuſmodi confuſionem quum in ordinibus militaribus regnare viderent Barbari, quibus omnia transfugæ renuntiabant, accedente mutuæ conſuetudinis licentia: idoneum ſe tempus ad invadendum res tam negligenter adminiſtratas, nactos exiſtimabant. Ideoque flumine nullo labore tranſmiſſo, ad Macedoniam uſque progreſſi, (nullus enim prohibebat, ac transfugæ præſertim liberum eis concedebant, quocunque pergere vellent, tranſitum) ubi principem quoque cum copiis univerſis occurrere ſibi ſentiebant: nocte jam profunda, magnum ignem accenſum conſpicati, conjecturamque facientes ignem illum, qui luceret, propter Imperatorem & imperatorios eſſe ſtipatores; cognito denique de transfugis, ad eos accedentibus, ita ſe rem habere: curſu principis ad tentorium, ignem quaſi ducem viæ ſequuti, contenderunt. Simul autem & transfugis ad eorum ſe partes adjungentibus, ſoli Romani cum iis transfugis, qui adhuc eis aderant, reſiſtebant. Quumque pauci contra multo plures non ſufficerent, Imperatori quidem aufugiendi ſa-

tis amplum conceſſere ſpatium: ipſi vero, fortiter dimicantes, infinita Barbarorum multitudine trucidata, ceciderunt univerſi. Enimvero ſi uſi victoria Barbari, & aufugientes cum Imperatore mox fuiſſent inſequuti: primo ſtatim clamore cunctos omnino in poteſtatem redegiſſent. Sed quoniam victoria contenti, Macedoniæ Theſſaliæque, nemine præſidiis has defendente, domini facti fuerant: liberas reliquere civitates; nec in eas, ſpe tributum aliquod ab eis accipiendi, durius quidquam ſtatuerunt.

Imperator autem, quum intellexiſſet, has ob cauſas eos diſceſſione facta patriam repetiiſſe; præſidiis caſtella cum oppidis, quotquot mœnibus erant cincta, munit; ipſe Conſtantinopolim abit, miſſis ad Gratianum Imperatorem literis, quibus ſignificabat ea quæ accidiſſent; quodque rebus ad extremum diſcrimen adductis quam celerrime ſuccurrendum eſſet. Quum hoc nomine tabellarios ablegaſſet, ipſe, quaſi nihil triſte Macedonicis ac Theſſalicis oppidis accidiſſet, publicorum tributorum exactores inſtituit, qui omnino rigide penſiones tributarias exigerent. Eratque videre totum hoc, quod humanitate Barbarorum relictum fuerat, in cenſum erogari. Non enim pecunia duntaxat, verum & mundus muliebris, & omnis veſtitus, uſque ad illam (prope dixerim) veſtem, qua pu-

μενοι, καὶ τῶν Βαρβάρων πλῆθος ἄπειρον ἀνελόντες. εἰ μὲν οὖν ἐπεξῆλθον οἱ Βάρβαροι τῷ προτερήματι, καὶ τοὺς ἅμα τῷ βασιλεῖ φεύγοντας ἐδίωξαν, πάντως αὐτοβοεὶ πάντων ἂν ἐκράτησαν. ἐπεὶ δὲ ἀρκεσθέντες τῇ νίκῃ, Μακεδονίας καὶ Θεσσαλίας ἐγένοντο κύριοι, φυλάττοντος οὐδενὸς, αὐτοὶ μὲν ἀφῆκαν τὰς πόλεις, ἄχαρι πράξαντες εἰς αὐτὰς οὐδὲ ἓν, ἐλπίδι τοῦ φόρον τινὰ ἐξ αὐτῶν κομιεῖσθαι.

Μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς ἐπὶ τούτοις τὴν ἀναχώρησιν ποιησάμενοι, τὰ οἰκεῖα κατέλαβον, φυλακαῖς μὲν τὰ φρούρια καὶ τὰς τειχήρεις ἠσφαλίζετο πόλεις· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἤλαυνε, γράμματα πρὸς Γρατιανὸν στείλας τὸν βασιλέα, δι' ὧν τὰ συμβεβηκότα ἐδήλου, καὶ ὡς δέοι τοῖς πράγμασιν εἰς ἔσχατον ἥκουσι κακοῦ, μετὰ πάσης ἀμύνειν ταχυτῆτος· καὶ τοὺς γραμματηφόρους ἐπὶ τούτοις ἐξέπεμπεν. αὐτὸς δὲ, ὡς οὐδενὸς λυπηροῦ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ πόλεσι καὶ Θεσσαλίᾳ συμβεβηκότος, ἐφίστη τοὺς τῶν δημοσίων πράκτορας φόρων, εἰσπράξοντας τὸ τελούμενον εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν. καὶ ἦν ἰδεῖν, ὃ διὰ τὴν τῶν Βαρβάρων φιλανθρωπίαν περιλελειμμένον ἦν, ἐκφορούμενον. οὐ γὰρ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναικεῖος κόσμος, καὶ ἐσθὴς πᾶσα, μέχρι καὶ αὐτῆς (ὡς εἰπεῖν) τῆς τὴν αἰδῶ σκεπούσης, ὑπὲρ τῶν

τεταγμένων

πεπασμένων ἐδίδοτο φόρων. καὶ ἦν πᾶσα πόλις, καὶ πᾶς ἀγρὸς, οἰμωγῆς καὶ θρήνων ἀνάμεστος, τοὺς Βαρβάρους ἁπάντων ἀνακαλούντων, καὶ τὴν ἐξ ἐκείνων ἐπισπωμένων βοήθειαν.

Καὶ τὰ μὲν Θεσσαλῶν καὶ Μακεδόνων, ἐν τούτοις ἦν· ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, λαμπρὸς, καὶ ὥσπερ ἐπὶ νίκῃ σεμνῇ θρίαμβον ἐκτελῶν, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰσῄει, τῶν μὲν κοινῶν ἀτυχημάτων οὐδένα ποιούμενος λόγον, συνεκτείνων δὲ τῷ τῆς πόλεως μεγέθει, [1] τὴν τῆς τρυφῆς ἀμετρίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Γρατιανὸς, οὐ μετρίως ἐπὶ τοῖς ἀγγελθεῖσι συνταραχθεὶς, στρατιὰν ἀρκοῦσαν ἐξέπεμψε, Βαύδωνι τῷ στρατηγῷ ταύτην παραδοὺς, ᾧ καὶ Ἀρβογάστην συνέπεμψεν· ἄμφω δὲ ἦσαν Φράγκοι τὸ γένος, εὖνοι τε σφόδρα Ῥωμαίοις, καὶ χρημάτων ὡς μάλιστα ἀδωρότατοι, καὶ περὶ τὰ πολέμια φρονήσει καὶ ἀλκῇ διαφέροντες. τούτων ἅμα τῇ στρατιᾷ τοῖς κατὰ Μακεδονίαν καὶ Θεσσαλίαν ἐπιστάντων χωρίοις, οἱ τὰ τῇδε νεμόμενοι Σκύθαι, ἐκ προοιμίου τοῦ φρονήματος τῶν ἀνδρῶν καὶ τῆς προαιρέσεως συναισθόμενοι, παραχρῆμα τῶν τόπων ἐκστάντες, ἐπὶ τὴν Θρᾴκην ἐπα-

denda teguntur, indictorum nomine tributorum confeıebatur: & omne oppidum, omnis villa ploratu ac lamentis erat plena, Barbaros inclamantibus universis, & eorum opem poscentibus.

Atque hoc in statu Thessalorum Macedonumque res erant. Imperator autem Theodosius, splendide, quasique triumphum ob gloriosam victoriam peragens, Constantinopolim ingreditur; nullam publicorum casuum rationem habens, & cum urbis magnitudine deliciarum ac voluptatis immodicum usum porrigens. At Imperator Gratianus, harum nuntio non parum perturbatus, satis magnas copias ablegat, Baudoni duci traditas: cum quo & Arbogastem misit. Erant autem ambo natione Franci, amicissimis in Romanos animis, ab avaritia donisque captandis prorsus immunes, in bellicis rebus prudentia pariter ac robore præstantes. Postquam hi cum exercitu in Macedoniam Thessaliamque pervenissent, qui res istic agebant ferebant Scytæ, mox ab exordio cognita horum audacia & instituto, locis iis relictis, in Thraciam recurrunt, prius

1. Longe aliter de illo P. Diaconus lib. 12. *Illa tamen quibus Trajanus aspersus est, vinolentiam sc. & cupidinem triumphandi usque adeo detestabatur, ut bella non moverit sed invenerit, prohibueritque lege ministeria lasciva, psaltriasque commessationibus adhiberi.* Sed hoc Zosimo condonamus, utpote cui omnium instar flagitiorum videbatur Christianum fuisse.

ab eis vaſtatam; & quid agerent ambigentes, ad dolum malum priori ſimilem ſe convertunt, & iiſdem artibus Imperatorem Theodoſium circumvenire conantur. Conditionis enim viliſſimæ transfugas ad eum mittunt, qui & benevolentiam, & ſocietatem, & facturos ſe quidquid imperaſſet, pollicerentur. Quum hæc dicentibus fidem adhibens, eos ſuſciperet; jamque ne priori quidem experimento conſequutus fuiſſet, ut, quod eſſet ex re, cerneret; ſequuti ſunt hos & alii: quos omnes ille recipiebat. Jamque res adeo rurſus in poteſtate transfugarum, propter ſtoliditatem principis, erant. Eam ſtoliditatem in ipſo deliciarum & voluptatis uſus alebat. Nam omnia, quæcunque corrumpendis moribus & vitæ plurimum valent, hoc imperante principe tantum incrementi ceperunt, ut propemodum omnes qui ſtudio principis æmulabantur, in his beatitatem humanam conſtitueruent. Erant enim mimi ridiculorum, &, qui male pereant, ſaltatores: & quidquid ad obſcœnitatem, & flagitioſam hanc, diſſolutamque muſicam pertinet, tam ſub ipſo, quam deinceps, exercitum fuit: ac tantam ad corruptelam præcipitavit ideo reſpublica, quod eſſent, qui horum dementiam æmularentur. Præterea deûm

λινδρόμουν, πεπορθημένην ὑπ' αὐτῶν πρότερον· καὶ ὅ τι πράξαιεν ἀποροῦντες, ἐπὶ τὴν ὁμοίαν τῇ προτέρᾳ ἐφέροντο πεῖραν, καὶ τοῖς αὐτοῖς παράγειν τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἐπεχείρουν. αὐτομόλους γὰρ ἔπεμπον ὡς αὐτὸν ἐλαχίστους, εὔνοιαν καὶ συμμαχίαν καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενον ὑπισχνουμένους. καὶ ἐπειδὴ ταῦτα λέγουσι πιστεύσας ἐδέχετο, καὶ οὐδὲ ἡ προτέρα πεῖρα δέδωκεν αὐτῷ τὸ λυσιτελοῦν ἰδεῖν, ἐπηκολούθησαν καὶ ἐπὶ τούτοις ἕτεροι, καὶ πάντας προσίετο· καὶ πάλιν ἐπὶ τοῖς αὐτομόλοις τὰ πράγματα ἦν, διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἠλιθιότητα. ταύτην δὲ ἐπέτρεφεν ἡ τῆς τρυφῆς ἄσκησις ἐν αὐτῷ. πάντα γὰρ ὅσα πρὸς ἠθῶν ἀρκεῖ καὶ βίου διαφθορὰν, ἐπὶ τῆς τούτου βασιλείας τοσαύτην ἐπίδοσιν ἔσχεν, ὥστε πάντας σχεδὸν, ὅσοι τὰ τοῦ βασιλέως [1] ἐζήτουν ἐπιτηδεύματα, τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν ἐν τούτοις ὁρίζεσθαι. μῖμοί τε γὰρ γελοίων, καὶ οἱ κακῶς ἀπολούμενοι ὀρχησταὶ, καὶ πᾶν ὅ τι πρὸς αἰσχρότητα, καὶ τὴν ἄτοπον ταύτην καὶ ἐκμελῆ συντελεῖ μουσικὴν, ἠσκήθη τε ἐπὶ τούτου. καὶ μετὰ ταῦτα, διὰ τὸ τῶν ἐκείνων ἄνοιαν ζηλώσαντας εἶναι, εἰς τοσαύτην κατενεχθέντος διαφθορὰν τοῦ πολιτεύματος. ἔτι τε καὶ τὰ τῶν θεῶν [2] εἴδη κατὰ πᾶσαν ἐπολιόρκει πό-

1. Rectius leg. cum interprete [ἐζήλουν.]
2. Mallet Sylburg. [ἔδη] & [ἐπολιορκεῖτο] formâ paſſivâ.

λιν

λιν καὶ χώραν· κίνδυνος τῆς πᾶσιν ἐπέκειτο τοῖς νομίζουσιν εἶναι θεοὺς, ἢ ὅλως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπουσι, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ φαινόμενα προσκυνοῦσι.

Θεοδοσίου τοίνυν ὄντος ἐν τούτοις, Γρατιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐκπέμπει τοῖς κατὰ τὸ Ἰλλυριῶν κλίμα στρατιωτικοῖς τάγμασι στρατηγὸν Βιταλιανὸν, ἄνδρα πεπονηκόσι τοῖς πράγμασι κατ' οὐδὲν ἀρκέσαι δυνάμενον. τούτου δὲ ἡγουμένου, δύο μοῖραι τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Γερμανικῶν ἐθνῶν, ἡ μὲν ἡγεμόνι Φριτιγέρνῳ χρωμένη, ἡ δὲ ὑπὸ [1] Ἄλλοθον καὶ Σάφρακα τεταγμένη, τοῖς Κελτικοῖς ἔθνεσιν ἐπικείμεναι, κατέστησαν εἰς ἀνάγκην τὸν βασιλέα Γρατιανὸν, ἐνδοῦναι σφίσιν, ἀπολιποῦσι τὰ ἐν Κελτοῖς, διὰ τοῦ Ἴστρου Παιονίαν καὶ τὴν ἄνω Μυσίαν καταλαβεῖν. ἦν γὰρ αὐτῷ λόγος τοῦ καὶ σπουδὴ τέως, ἀπαλλαγῆναι τῆς συνεχοῦς τούτων ἐφόδου. διαπλεύσαντες οὖν ἐπὶ τούτοις τὸν Ἴστρον, διανοούμενοί τε διὰ Παιονίας ἐπὶ τὴν Ἤπειρον διαβῆναι, περαιωθῆναι δὲ τὸν Ἀχελῷον, καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσιν ἐπιθέσθαι, τροφὰς ποιήσασθαι ᾠήθησαν πρότερον, [2] Ἀθανάριχόν τε, παν-

quoque ſacraria per omnes urbes, & agros, oppugnabantur: adeoque periculum cunctis imminebat, qui deos eſſe putabant, vel in cœlum omnino ſuſpiciebant, & quæ in eo conſpiciuntur, adorabant.

Dum hæc Theodoſius ageret, Gratianus Imperator ad legiones Illyrici ducem mittit Vitalianum, hominem, qui rebus fatiſcentibus nequaquam ſufficere poſſet. Hoc ducis munus adminiſtrante, duo Germanicarum trans Rhenum nationum agmina, quorum alterum ducem Fritigernum habebat, alterum ſub Allotho & Safrace militabat, dum Celticas gentes premunt; Gratianum Imperatorem eo compulerunt, ut ipſis, modo regiones Celticas reliquiſſent, Iſtro transjecto Pannoniæ Myſiæque ſuperioris adeundæ poteſtatem faceret. Hoc enim ſtudioſe agebat, ut horum irruptione continua liberaretur. Quum igitur ob hæc illi navigatione per Iſtrum inſtituta, tranſire per Pannoniam in Epirum, & Acheloo tranſmiſſo, Græcas adgredi civitates cogitarent: prius commeatus ſibi copiam parandam, & Athanarichum, totius regii Scytharum generis principem,

1. Alathæum vocat Marcellinus, qui cum Safrace equitibus præerat in ſupremo illo contra Valentem prœlio. quod Zoſimus eoſdem aſſerat Celtis jam incumbere, à Marcell. abit, qui Lentienſes Alamannos Celtarum terras populatos à Gratiano fuſos ſcribit, uti ſupra memoravimus, antequam occidiſſet Valens.

2. Vide Socratem lib. 5. Eccl. hiſt. c. 10. Qui Theodoſii ſucceſſum non aliunde repetit quam quod σύνοδον πασῶν τῶν αἱρέσεων συγκροτηθῆναι παρεσκεύασε νομίσας ἐκ τῆς πρὸς ἑαυτοὺς τῶν ἐπισκόπων διαλέξεως μίαν περὶ πάντων ὁμόφωνον δόξαν κρατήσειν.

longe

longe removendum arbitrabantur; ne quem haberent à tergo, qui conatum ipſorum impediret. Hunc igitur adorti, nullo labore locis iis, in quibus erat, expulerunt. At is celeriter ad Theodoſium ſe contulit, non ita pridem morbo liberatum, qui ſpem de vita dubiam fecerat. Theodoſius hominem cum Barbaris comitibus amanter excipit, ſpatium non exiguum extra Conſtantinopolim obviam ei progreſſus. Quumque non multo poſt exſtinctus fuiſſet, regia ſepultura mortuum terræ mandavit. Et tantam ſane magnificentiam adhibuit, ut tam ſuperbo funere Barbaris omnibus obſtupefactis, Scythæ domum redirent, nec Romanos amplius infeſtarent, bonitatem principis admirati: quotquot autem cum rege vita defuncto venerant, cuſtodiendæ ripæ fluminis intenti, diu, quo minus incurſionibus Romani vexarentur, impedirent.

Eodem tempore Theodoſio quidam alii quoque proſperi caſus accidere. Nam Scyros & Carpodacas, permiſtos Hunnis, propulſavit; & prœlio ſuperatos Iſtrum transjicere, ſuaſque ſedes repetere compulit. Hinc igitur animoſi rurſus eſſe milites, paulumque videri de rebus adverſis ſuperiorum temporum recipere .... & agricolis exercendarum operarum ſuarum, jumentis ac pecoribus liberi paſtus copia redire. Ac Theodoſius quidem Imperator in hunc modum acceptis de-

τὸς τῶν βασιλείων τῶν Σκυθῶν ἄρχοντα γενομένους, ἐκποδὼν ποιήσασθαι, πρὸς τὸ μηδένα κατὰ νώτου τὸν κωλύσοντα τὴν αὐτῶν ἐπιχείρησιν ἔχειν. ἐπιθέμενοι τοίνυν αὐτῷ, σὺν οὐδενὶ πόνῳ τῶν τόπων, ἐν οἷς ἦν, ἀπανέστησαν. ὁ δέ, ὡς Θεοδόσιον ἔδραμεν ἀρτίως ἀπαλλαγέντα νόσου, τὸν βίον αὐτῷ καταστησάσης εἰς ἀμφίβολον. ὁ δέ, φιλοφρόνως μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ Βαρβάρων ἐδέξατο, πόῤῥω που τῆς Κωνσταντινουπόλεως προελθών· καὶ παραχρῆμα τελευτήσαντα, ταφῇ βασιλικῇ περιέστειλε. τοσαύτη δὲ ἦν ἡ περὶ τὴν ταφὴν πολυτέλεια, ὥστε τοὺς Βαρβάρους ἅπαντας, καταπλαγέντας τῇ ταύτης ὑπερβολῇ, τοὺς μὲν Σκύθας ἐπανελθεῖν οἴκαδε, καὶ μηκέτι Ῥωμαίοις παρενοχλεῖν, τὴν εὐγνωμοσύνην τοῦ βασιλέως θαυμάσαντας· ὅσοι δὲ ἅμα τῷ τελευτήσαντι παρεγένοντο, τῇ τῆς ὄχθης φυλακῇ προσκαρτερήσαντας, ἐπὶ πολὺ κωλῦσαι τὰς κατὰ Ῥωμαίων ἐφόδους.

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἄλλα προσεγίνετο τῷ Θεοδοσίῳ τύχης πλεονεκτήματα. Σκύρους γὰρ καὶ Καρποδάκας Οὔννοις ἀναμεμιγμένους, ἠμύνατο καὶ ἐλαττωθέντας τῇ μάχῃ, περαιωθῆναι τὸν Ἴστρον, καὶ τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν, συνηνάγκασεν. Ἐκ τούτου τοιγαροῦν ἀναθαῤῥῆσαι τοὺς στρατιώτας συνέβη, καὶ ἔδοξέ πως βραχὺ γοῦν ἐκ τῶν προλαβόντων δυστυχημάτων .... ἀνενεγκεῖν, ἀνιέναι τε καὶ γεωργοῖς τὴν ἐκ τῆς γῆς ἐπιμέλειαν, καὶ ὑποζυγίοις καὶ θρέμμασι νομὴν ἄφοβον. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Θεοδόσιος, οὕτω

πως

πως ἔδοξεν ἰᾶσθαι τὰ ἐλαττώματα· Πρόμωτος δέ, ὁ στρατηγὸς τῶν κατὰ Θρᾴκην πεζῶν, Οἰδοθέῳ, δύναμιν συναγαγόντι πλείστην, οὐ μόνον ἐκ τῶν Ἴστρῳ προσοίκων ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πορρωτάτω που καὶ ἀγνώστων, καὶ ἐπελθόντι στρατιᾷ καὶ περαιουμένῳ τὸν ποταμὸν, ἀπαντήσας πεζῇ τε καὶ ποταμίαις ναυσὶ, τοσοῦτον εἰργάσατο φόνον, ὥστε καὶ τὸν ποταμὸν πλησθῆναι νεκρῶν, καὶ τοὺς ἐν γῇ πεσόντας μὴ ῥᾳδίως ἀριθμηθῆναι.

Τῶν δὲ κατὰ Θρᾴκην ἐν τούτοις ὄντων, οὐ μέτριαί τινες, οὐδὲ οἷαι διαφέρειν εὐκόλως, τὸν Γρατιανὸν περιέστησαν τύχαι. τοῖς γὰρ περὶ τὴν αὐλὴν τὰ τῶν αὐτοκρατόρων ἤθη διαφθείρειν εἰωθόσι πειθόμενος, [1] Ἀλανοὺς τινας αὐτομόλους δεξάμενος καὶ στρατιαῖς ἐγκαταλέξας, δωρεαῖς τε ἀδραῖς ἐτίμα, καὶ θαρρεῖν ἠξίου τὰ πάντων ἀναγκαιότατα, στρατιωτῶν λόγον οὐδένα ποιούμενος. τοῦτο τοῖς στρατιώταις κατὰ τοῦ βασιλέως ἔτεκε μῖσος. ὅπερ ὑποτυφόμενον κατὰ βραχὺ καὶ αὐξανόμενον, εἰς νεωτέρων πραγμάτων ἐκίνησε τοὺς στρατιώτας ἐπιθυμίαν, τούς τε ἄλλους, καὶ κατ' ἐξαίρετον τοὺς ἐν Βρετανικαῖς νήσοις ἐνιδρυμένους, οἷα τῶν ἄλλων ἁπάντων πλέον αὐθαδείᾳ καὶ θυμῷ νικωμένους. ἐκίνει δὲ πρὸς τοῦτο πλέον

trimentis mederi visus est. Promotus autem, dux copiarum in Thracia pedestrium, Oedotheo, qui maximum exercitum, non de Istri duntaxat adcolis, verumetiam de remotissimis & ignotis gentibus collegerat, jamque cum militibus suis aderat, & amnem transmittebat, cum terrestribus copiis & navigiis fluvialibus occurrens, tantam cædem edidit, ut & ipsum flumen plenum cadaveribus esset, & in terra cæsi non facile numerari possent.

Dum hoc essent in statu res Thraciæ, non mediocres, nec digestu faciles, Gratianum casus circumstabant. Nam iis obtemperans, qui principum mores in aulis corrumpere solent, Alanos quosdam transfugas susceptos, & militum numeris adscriptos, muneribus largis cohonestabat, tantique faciebat, ut eis maximi res momenti crederet, nulla ratione suorum militum habita. Pariebat hoc Imperatori apud milites odium: quod paulatim succensum & auctum, ad rerum novarum libidinem perpulit quum alios milites, tum vel maxime Britannicis in insulis constitutos; ut qui magis contumaciæ & iracundiæ, quam cæteri omnes, indulgerent. Incitabat etiam magis eos Maximus, Hispanus nati-

1. Alanum militem Romano tantum prætulit, ut nonnunquam eodem habitu iter faceret, atque exinde in se militum odia excitavit; princeps alioqui optimus futurus, si administrandæ reipublicæ magis se dedisset.

one;

one: qui Theodosii principis in Britannia commilito fuerat. Is permoleste ferens, Theodosium quidem habitum fuisse dignum imperio, se vero nullum ad honorificum magistratum pervenisse; magis etiam milites ad Imperatoris odium irritabat. Illi facile ad seditionem impulsi, Maximum Imperatorem adpellant; ac tradita illi cum diademate purpura, confestimque transmisso navibus oceano, ad ostia Rheni adpulerunt. Exercitibus autem, qui erant in Germania, cæterisque secundum hanc regionibus, summa cum benevolentia designationem hanc adprobantibus; objiciebat ei se Gratianus, prœlio congressurus; quod non exigua pars exercitus adhuc ab ipso staret. Ubi copiæ propius ad se invicem accessissent, ad quinque dies inter se velitationibus utebantur. Conspicatus autem Gratianus, primo Mauros equites universos discessionem fecisse, ac Maximum Augustum conclamasse; deinde cæteros etiam paulatim ad Maximi partes transire: desperatis rebus, sumtisque secum trecentis equitibus, pleno cursu cum eis versus Alpes aufugit. Eas quum nullo munitas præsidio reperisset, versus Rhætias, & Noricum, & Pannonias, & Mysiam superiorem tendit. Hac illius fuga non neglecta Maximus, magistrum equitum Andragathium, oriundum à ponto Euxino, qui esse peramico in ipsum a-

αὐτοὺς Μάξιμος, Ἴβηρ τὸ γένος, Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν Βρεττανίαν συστρατευσάμενος. οὗτος, δυσανασχετῶν ὅτι Θεοδόσιος ἠξίωτο βασιλείας, αὐτὸς δὲ οὐδὲ εἰς ἀρχὴν ἔντιμον ἔτυχε προελθὼν, ἀνήγειρε πλέον εἰς τὸ κατὰ τοῦ βασιλέως ἔχθος τοὺς στρατιώτας. οἱ δὲ, ῥᾳδίως ἐξαναστάντες, ἀνεῖπον βασιλέα τὸν Μάξιμον· καὶ περιθέντες τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα, παραχρῆμα τὸν Ὠκεανὸν ναυσὶ διαβάντες, ταῖς τοῦ Ῥήνου προσωρμίσθησαν ἐκβολαῖς. τῶν δὲ ἐν Γερμανίᾳ καὶ τοῖς μετὰ ταύτην ... στρατοπέδων ἀσμενέστατα τῇ ἀναῤῥήσει θεμένων, ἀντικαθίστατο Γρατιανὸς εἰς μάχην αὐτῷ, μέρος οὐ μικρὸν ἔτι τοῦ στρατοπέδου συναγωνιζόμενον ἔχων. ὡς δὲ συνῆλθον αἱ δυνάμεις ἀλλήλαις, ἀκροβολισμοὶ μὲν ἐπὶ πέντε μόνας ἡμέρας ἐγίνοντο· θεασάμενος δὲ ὁ Γρατιανὸς, πρότερον μὲν τὴν Μαυρουσίαν ἅπασαν ἵππον ἀποχωρήσασαν, καὶ Μάξιμον ἀναβοήσαντας Αὔγουστον, εἶτα καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ βραχὺ τῇ μερίδι Μαξίμου θεμένους, ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσι, τριακοσίους ἱππέας ἀναλαβὼν, σὺν αὐτοῖς ἔφυγε προτροπάδην ἐπὶ τὰς Ἄλπεις. εὑρὼν δὲ ταύτας ἀφυλάκτους, ἐπὶ Ῥαιτίας ἐχώρει καὶ Νώρικον, Παιονίας τε καὶ τὴν ἄνω Μυσίαν. οὐκ ἀμελήσας δὲ τῆς αὐτοῦ φυγῆς Μάξιμος, τὸν ἵππαρχον Ἀνδραγάθιον, ὁρμώμενον μὲν ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου, δοκοῦντα δὲ εὔνουν εἶναι, μετὰ καρτερωτάτων ἵππων

ἐκπέμπει

ἐκπέμπει διώξοντα. ὁ δὲ, συντόνῳ ὁρμῇ διώκων, καταλαβὼν τὸν διαβαίνειν ἐθέλοντα τὴν ἐν τῇ Σιγιδόνῳ γέφυραν, κατασφάζει. οὕτω τε βεβαιοτέραν Μαξίμῳ τὴν βασιλείαν πεποίηκεν.

nimo videretur, cum equis laborum tolerantissimis ad eum persequendum mittit. Is impetu continuo Gratianum persequens, quum Sigiduni pontem transiturum adsequutus esset, occîdit; atq; hoc modo stabilius imperium Maximo reddidit.

Ἄξιον δὲ, τῶν ἱστορουμένων τι μὴ παραλιπεῖν, τῆς παρούσης ἀφηγήσεως οὐκ ἀλλότριον. ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ῥώμην ἱερατικοῖς τέλεσιν, ἔφερον οἱ ποντίφικες τὰ πρῶτα. τούτους [1] γεφυραίους ἄν τις καλέσειεν, εἰ πρὸς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἡ προσηγορία μετενεχθείη. ταύτης δὲ ἔτυχον τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. τῶν ἀνθρώπων οὐδέπω τὴν διὰ τῶν ἀγαλμάτων ἐπισταμένων τιμὴν, ἐν Θεσσαλίᾳ πρῶτον ἐδημιουργήθη θεῶν δείκηλα. ἐδῶν δὲ οὐκ ὄντων, (ἄγνωστος γὰρ ἦν καὶ τούτων ἡ χρεία) τὰ τῶν θεῶν ἐκτυπώματα τῇ κατὰ τὸν Πηνειὸν γεφύρᾳ καθίδρυσαν, τοὺς ἱερᾶσθαι τοῖς θεοῖς λαχόντας, ἐκ τῆς πρώτης καθιδρύσεως Γεφυραίους ἐξονομάσαντες. τοῦτο παραλαβόντες ἀφ' Ἑλλήνων Ῥωμαῖοι, τοὺς πρώτην τὴν παρ' αὐτοῖς ἱερατικὴν ἔχοντας τάξιν, ποντίφικας προσηγόρευσαν. οἷς συναριθμεῖσθαι τοὺς βασιλέας, διὰ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερέχον, ἐνομο-

Fuerit autem pretium operæ, quiddam memoriæ proditum non omitti; quod à narratione præsenti non sit alienum. In collegiis sacerdotum Romæ Pontifices primas tenebant; quos, si vox istæc Græcam in linguam transferatur, Gephyræos à pontibus dicere liceat. Hanc autem adpellationem hujusmodi quadam ex causa nacti sunt. Quum necdum homines cultum, qui per imagines exhibetur, intelligerent: prima in Thessalia deum simulacra facta sunt. Quumque ne sacraria quidem adhuc essent, (nam & illorum incognitus erat usus) effigies divinas in Penei fluminis ponte statuebant; indito illis vocabulo, qui deum præfecti sacris essent, ut à prima simulacrorum collocatione Gephyræi, quasi si pontanos dicas, nuncuparentur. Hoc à Græcis accepto, Romani eos, qui sacerdotum in collegiis apud ipsos locum principem obtinerent, Pontifices adpellarunt: simul-

1. Hi ab uno suorum operum videlicet, sarciendo ponte sublicio, vocantur *Pontifices*, summâ authoritate præditi. *Dion. Halcar. lib.* 2. Pons enim iste, *inquit Alex. ab Alex. genial. dierum lib.* 2. *c.* 8. ligneus erat, & nullo ære aut ferro compactus quem sacrum illi æstimarunt, ita ut in aliquâ parte labentem nisi cæsâ victimâ & sacrificio perfecto, reficere non liceret.

que ſanxerunt, ut eorum in numero reges etiam, propter dignitatis excellentiam, cenſerentur. Primus quidem Numa Pompilius hunc honorem adeptus eſt; omneſque deinceps qui reges adpellati ſunt; ac poſt illos Octavianus ipſe, quique poſt eum Romano in imperio ſucceſſerunt. Simul enim atque ſummum imperium quiſque conſequebatur, amictus ei ſacerdotalis offerebatur à pontificibus: & continuo Pontificis Maximi titulus ei tribuebatur. Ac cæteri quidem principes univerſi, lubentiſſimis animis hunc honorem accepiſſe, & hoc uſi titulo videntur; adeoque Conſtantinus etiam, potitus imperio; licet is à recta ſacris in rebus via deflexerit, & fidem Chriſtianorum amplexus ſit: itemque poſt illum reliqui ordine ſequuti, & Valentinianus, & Valens. Quum ergo Pontifices, ex more, talem Gratiano amictum adtuliſſent, averſatus eſt id, quod petebant; ratus, non eſſe fas illiuſmodi habitu Chriſtianum uti. Quumque ſtola flaminibus reddita fuiſſet, aiunt eum, qui dignitate princeps inter eos erat, dixiſſe: Si princeps non vult adpellari Pontifex admodum brevi Pontifex maximus fiet.

θέντες. καὶ ἔτυχε τούτου Νουμᾶς Πομπίλιος πρῶτος, καὶ πάντες ἑξῆς, οἵ τε λεγόμενοι Ῥῆγες, καὶ μετ' ἐκείνους Ὀκταβιανὸς τε αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον τὴν Ῥωμαίων διαδεξάμενοι μοναρχίαν. ἅμα γὰρ τῷ παραλαβεῖν ἕκαστον τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, ἡ ἱερατικὴ στολὴ παρὰ τῶν ποντιφίκων αὐτῷ προσεφέρετο· καὶ παραχρῆμα Ποντίφιξ μάξιμος ἀνεγράφετο, ὅπερ ἐστὶν, ἀρχιερεὺς μέγιστος. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες αὐτοκράτορες, ἀσμενέστατα φαίνονται δεξάμενοι τὴν τιμὴν, καὶ τῇ ἐπιγραφῇ χρησάμενοι ταύτῃ· ἐπειδὴ εἰς Κωνσταντῖνον ἦλθεν ἡ βασιλεία, καὶ ταῦτα τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ τῆς περὶ τὰ θεῖα τραπεὶς, καὶ τὴν Χριστιανῶν ἑλόμενος πίστιν· καὶ μετ' ἐκεῖνον ἑξῆς οἱ ἄλλοι, καὶ Οὐαλεντινιανὸς τε καὶ Οὐάλης. τῶν οὖν ποντιφίκων, κατὰ τὸ σύνηθες, προσαγαγόντων Γρατιανῷ τὴν στολὴν, ἀπεσείσατο τὴν αἴτησιν, ἀθέμιτον εἶναι Χριστιανῷ τὸ σχῆμα νομίσας. τοῖς δὲ ἱερεῦσι τῆς στολῆς ἀναδοθείσης, φασὶ τὸν πρῶτον ἐν αὐτοῖς τεταγμένον εἰπεῖν, Εἰ μὴ βούλεται Ποντίφιξ ὁ βασιλεὺς ὀνομάζεσθαι, τάχιστα γενήσεται [1] Ποντίφιξ μάξιμος.

---

1. Duplicem eſſe verborum ſenſum innuit Sylburg. primum enim ſignificat Gratianum, quia nomen pontificis maximi dedignatus ſit, brevi re ipſa fore *Pontificem maximum*, ſuoque ſanguine pontem infecturum: deinde quia ipſe Pontifex eſſe detrectaverit, brevi Maximum pro eo Imperatorem futurum & *Pontificem*.

Ἡ μὲν οὖν Γρατιανοῦ βασιλεία, τοιαύτην ἔσχε τὴν τελευτήν. Μάξιμος δὲ, τὴν βασιλείαν ἔχειν ἐν ἐχυρῷ πιστευσάμενος, ἔστειλε πρὸς Θεοδόσιον βασιλέα πρεσβείαν, οὐ συγγνώμην αἰτοῦσαν ἐφ᾽ οἷς εἰς Γρατιανὸν ἔπραξεν, ἀλλά τι καὶ βαρύτερον ἐν ἑαυτῇ φέρουσαν. ἦν δὲ ὁ πρὸς τοῦτο σταλεὶς, ὁ τοὺς βασιλικοὺς φυλάττειν ἐπιτεταγμένος κοιτῶνας, οὐκ εὐνοῦχός τις ὤν, (οὐδὲ γὰρ εὐνούχους ὁ Μάξιμος ἐπιστῆσαι τῇ τῆς αὐλῆς ἠνέσχετο φυλακῇ) πρεσβύτης δὲ τῶν ἐκ νεότητος αὐτῷ προσεδρευσάντων. ἤτει γὰρ τὸν Θεοδόσιον ἡ πρεσβεία, σπονδὰς καὶ ὁμόνοιαν καὶ ὁμαιχμίαν κατὰ παντὸς πολεμίου Ῥωμαίοις· ἢ ἀπειθοῦντι, δυσμένειαν καὶ μάχην προηγγελλε. Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐδέχετό τε βασιλέα Μάξιμον εἶναι, καὶ εἰκόνων αὐτῷ κοινωνεῖν, καὶ βασιλέως προσηγορίας ἠξίου, λάθρα μὲν τὸν κατ᾽ αὐτοῦ παρασκευαζόμενος πόλεμον, παντὶ δὲ θωπείας εἴδει καὶ θεραπείας αὐτὸν καταστρατηγῶν· ὥστε καὶ Κυνηγίῳ, τῷ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ, πεμπομένῳ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, προστεταγμένῳ τοῦ πᾶσι τὴν εἰς τὰ θεῖα θρησκείαν ἀπαγορεῦσαι, καὶ κλεῖθρα τοῖς τεμένεσιν ἐπιθεῖναι, τὴν Μαξίμου εἰκόνα δεῖξαι τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν ἐπέταξεν, ἀναθεῖναί τε δημοσίᾳ ταύτην, καὶ ὅτι συμβασιλεύσειν ἔλαχεν αὐτῷ, προφωνῆσαι τῷ δή-

Igitur Gratiani principatus exitum hnjuſmodi habuit. Maximus autem, qui poſſidere ſe jam tuto crederet imperium, legatos ad Theodoſium Imperatorem miſit, non qui veniam admiſſorum adverſus Gratianum peterent; ſed præterea grave quiddam ſecum perferrent. Et erat is, qui miſſus hoc nomine fuit, auguſtalium cubiculorum præpoſitus, non ſpado quiſquam, (nec enim Maximus ferre poterat, ut prætorii cuſtodiæ ſpadones præficerentur) ſed vir ætate gravis, ex illorum numero, qui à prima ætate cum eo verſati fuerant. Poſtulabat autem legatus hic à Theodoſio fœdus, & concordiam, & adverſus quemvis Romanorum hoſtem belli ſocietatem: vel, ſi poſtulatis non fuiſſet adſenſus, inimicitias & bellum denuntiabat. Heic vero admittere Theodoſius, ut Maximus Imperator eſſet; ſimulque dignum ducere, qui ſecum ſtatuarum & imperatorii nominis eſſet particeps: verum clam in eum bellum moliri, & omni adſentationis ac obſervantiæ genere hominem circumvenire: adeo quidem, ut etiam daret in mandatis Cynegio, præfecto prætorii, quum eum ablegaret in Ægyptum, & omnibus numinum religione per ipſum interdici, ac fana claudi præcepiſſet; ut imaginem Maximi conſpiciendam Alexandrinis exhiberet, publiceque poneret, & conſortem hunc imperii factum eſſe, ha-

bita ad populum oratione, declararet. Qua quidem in re Cynegius, quod imperatum fuerat, præstitit; aditusque templorum per orientem, & universam Ægyptum, & ipsam Alexandriam, occlusit, sacrificiaque ab omni ævo usitata, cum omni patrito cultu prohibuit. Quæ autem ab eo tempore huc usque Romano imperio acciderint, ipsarum rerum commemoratio particulatim instituta monstrabit.

Sub eadem hæc tempora natio quædam Scythica trans Istrum prodiit, omnibus istic incolis ignota: quos eorum locorum Barbari Prothingos adpellabant. Hi, quum multitudine abundarent, & armis necessariis instructi essent, prætereaq; robore corporis excellerent: nullo negotio peragratis interjectorum Barbarorum terris, ad ipsam usque ripam Istri pervenerunt, & fluminis transmittendi copiam sibi concedi postularunt. Promotus autem, militum in iis locis magister, exercitibus ad ripam fluminis, quam fieri poterat, longissime porrectis; à transitu Barbaros arcebat. Et hæc agens, aliam quoque viam hujusmodi reperit. Convocatis nonnullis, qui linguam eorum callebant, & quibus maxime decrevisset in talibus fidere; hos ipsos dimittit, ut de prodi-

μῳ. Κυνήγιος μὲν οὖν καὶ ἐν τούτῳ τὸ προσαχθὲν ἐπλήρου· καὶ τὴν κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν ἱερῶν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀπέκλεισε τὰς εἰσόδους· θυσίας τε εἶρξε τὰς ἐξ αἰῶνος νενομισμένας, καὶ πᾶσαν πάτριον ἁγιστείαν. Τὰ μὲν οὖν ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦδε τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ συμβάντα, δείξει τῶν πραγμάτων ἡ κατὰ μέρος ἀφήγησις.

Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ἔθνος τι Σκυθικὸν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον ἐφάνη, πᾶσιν ἄγνωστον τοῖς ἐκεῖσε νομάσιν. ἐκάλουν δὲ [1] Προθίγγους αὐτοὺς οἱ ταύτῃ Βάρβαροι. πλῆθος τοίνυν ὄντες, καὶ ὡπλισμένοι κατὰ τὸ δέον, καὶ προσέτι γε ῥώμῃ διαφέροντες, ῥᾷστα διαδραμόντες τοὺς ἐν μέσῳ Βαρβάρους, παρ' αὐτὴν ἐληλύθασι τοῦ Ἴστρου τὴν ὄχθην, καὶ τὴν διάβασιν αὐτοῖς ἤτουν ἐπιτραπῆναι τοῦ ποταμοῦ. Πρόμωτος δὲ, τὴν τῶν ἐκεῖσε στρατοπέδων ἐπιτεταγμένος ἀρχὴν, συμπαρατείνας ἐπὶ μήκιστον τῇ ἠϊόνι τοῦ ποταμοῦ τὰ στρατόπεδα, τὴν πάροδον τοῖς Βαρβάροις ἀπέκλειε. ταῦτα δὲ πράττων, καὶ ἐφ' ἑτέραν ὁδὸν ἦλθε τοιάνδε. συγκαλέσας τῶν αἰσθανομένων τῆς ἐκείνων διαλέκτου τινὰς, οἷς μάλιστα ἐγνώκει τὰ τοιαῦτα θαρρεῖν, ἐπὶ προδοσίᾳ καθεῖναι λόγους τοῖς Βαρβά-

1. Alii *Grutungos*. quod etiam nomen apud Marcellinum occurrit inter cætera Barbarorum nomina inibi recensita.

pois

ρους τούτοις, ἀφίησιν. οἱ δὲ, ὑπὲρ τοῦ δοθῆναι τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν μετὰ τοῦ στρατεύματος, ἁδρὸν ἀπῄτουν μισθόν. τῶν δὲ Βαρβάρων πρὸς τὸ τοῦ μισθοῦ πλῆθος ἀρκεῖν οὐ φησάντων, πίστιν τοῖς οἰκείοις λόγοις ἐμποιοῦντες οἱ ἐσταλμένοι παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, τοῖς ἐξ ἀρχῆς προταθεῖσιν ἐπέμενον, σμικρῦναι κατά τι τὸ κέρδος οὐκ ἀνεχόμενοι. συνδραμόντων δὲ εἰς τι ποσὸν ἀμφοτέρων, ἐγίνοντο μὲν ἐν παραβύστῳ περὶ προδοσίας συνθῆκαι· καὶ συνεδόκει μέρος μέν τι τοῦ μισθοῦ παραχρῆμα κομίσασθαι τοὺς προδότας, τὸ δὲ λειπόμενον τῷ καιρῷ φυλάξαι τῆς νίκης. ἐπεὶ δὲ καὶ ὅπως ἀρθῆναι τὰ σημεῖα ἔδει, καὶ τὸν καιρὸν ἔταξαν, καθ' ὃν ἐχρῆν τὰς προδοσίας εἰς ἔργον ἐλθεῖν, ἐπαγγέλλουσι τῷ στρατηγῷ τὸ συγκείμενον, καὶ ὡς νυκτὸς ἐπιγενομένης οἱ Βάρβαροι μέλλοιεν ἔργου τε ἅπτεσθαι, καὶ τὴν διάβασιν κατὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ποιεῖσθαι στρατεύματος.

Οἱ μὲν οὖν Βάρβαροι, τὸ τῆς δυνάμεως ἀκμαιότατον πλήθει μονοξύλων ἐμβιβάσαντες, ἔταξαν πρῶτον διαβῆναι, καὶ τοῖς στρατιώταις ἔτι καθεύδουσιν ἐπελθεῖν· εἶτα ἐπὶ τούτοις, τοὺς ἐν ἰσχύϊ μέσην ἔχοντας τάξιν, ὡς ἂν τοῖς πρώτοις ἤδη τῆς ἐπιθέσεως ἀρξαμένοις συμπλάκοιντο. καὶ οὕτως ἑξῆς, τὴν ἄχρηστον ἅπασαν ἡλικίαν, ἐπὶ κατωρθωμένοις ἤδη πράγμασιν ὡραΐζεσθαι μέλλουσαν. ὁ δὲ στρατηγὸς Πρόμωτος, ἐκ τῶν

tione Barbaris hiſce mentionem injicerent. Ingens hi præmium petunt à Barbaris, ſi tradi ſibi ducem Romanum, cum exercitu, vellent. Quum Barbari dicerent, ejus præmii magnitudinem ſuas ſuperare facultates: viciſſim qui miſſi à duce fuerant, quo verbis ſuis fidem facerent, iis inſiſtebant, quæ ab initio propoſuiſſent, nec ſibi de lucro quidquam decidi permittebant. Poſteaquam utrimque de certa quadam ſumma conveniſſet, clam de proditione paciſcuntur; & utriſque viſum eſt, debere partem aliquam præmii ſtatim proditores accipere, reliquo ad victoriæ tempus reſervato. Ubi jam conſtitutum fuiſſet, quo pacto ſigna danda, & quo eſſet exſequenda tempore proditio: duci rem, uti compoſita fuiſſet, nuntiant; & quod, ubi nox adveniſſet, facinus Barbari adgreſſuri eſſent, & adverſus exercitum Romanum transjecturi.

Partem igitur exercitus ſui robuſtiſſimam, lintribus impoſitam plurimis, primo loco transjicere Barbari juſſerunt, & milites adhuc dormientes adoriri; deinde alios, qui ratione roboris medium velut ordinem obtinebant, ut primis adgreſſionē exorſis opem ferrent; atque ita tandem reliquam omnem ætatem inutilem, quæ ſe rebus jam præclare confectis, eſſet oſtentatura. De quibus omnibus jam ante dux copia-

rum

rum Promotus ab iis, qui nomine proditionis ablegati fuerant, edoctus: ad occurrendum consiliis Barbarorum se parat, navibus ita constitutis, ut obversas invicem sibi proras haberent. Latitudinem aciei navalis efficit eam, quæ navigiis tribus constaret: longitudinis autem majoris inprimis habita ratione, ad viginti usque stadia ripam fluminis occupat. Qua quidem re adversos à transjectu excludebat; & reliquis occurrens, qui lintribus transmittere conarentur, in quoscunque delatus esset, eos submergebat. Quumque nox esset illunis, ignorantes adparatum Romanorum Barbari, facinus ipsum exordiebantur; magno cum silentio lintres ingressi, ratique Romanos consilia sua prorsus latere. Signis autem datis, quum proditionis auctores de singulis ducem præmonuissent, ac propius ad hostilem adparatum accessissent: navibus magnis, & remigio validissimo utentibus invehebantur, obviaque cuncta submergebant; quum nemo desilientium propter armorum pondus, evadere posset. Lintres autem illi, quicunque vitaverant Romanos navibus circumvectos, quum in porrectas in longitudinem naves incidissent; quibus-

ἐπὶ προδοσίᾳ σταλέντων ἅπαντα ταῦτα προδιδαχθεὶς, πρὸς τὰ τοῖς Βαρβάροις σκεφθέντα παρεσκευάζετο, τὰς ναῦς ἀντιπρώρους στήσας ἀλλήλαις· καὶ τὸ μὲν βάθος πλοίοις τρισὶ πληρώσας, φροντίσας δὲ μήκους ὅτι μάλιστα πλείονος, ἐπὶ σταδίους εἴκοσι τοῦ ποταμοῦ τὴν ἠϊόνα κατέλαβε, τοῖς ἐναντίοις ἐπὶ τοῦτο τὴν διάβασιν ἀποκλείων, τοῖς δὲ λοιποῖς ἀπαντῶν, μονοξύλοις ἤδη διαβαίνειν ἐπιχειροῦσι, καὶ οἷς ἐνετύγχανε, καταδύων. ἀσελήνου δὲ τῆς νυκτὸς οὔσης, ἀγνοοῦντες οἱ Βάρβαροι τὴν τῶν Ῥωμαίων παρασκευὴν ἔργου τε ἥπτοντο, καὶ σιγῇ καὶ ἡσυχίᾳ πολλῇ τοῖς μονοξύλοις ἐνέβαινον, ἀγνοεῖν πάντη τὰ βεβουλευμένα τοὺς Ῥωμαίους ἡγούμενοι. τῶν δὲ σημείων ἀρθέντων, οἱ τὴν προδοσίαν μηχανησάμενοι, τῷ στρατηγῷ προμηνύσαντες ἕκαστα, καὶ ἁρμοσάμενοι τῇ τῶν πολεμίων παρασκευῇ, τότε ναυσὶ μεγάλαις οὔσαις καὶ εἰρεσίᾳ καρτερωτάτῃ χρωμέναις ἐπέπλεον, καὶ τὰ προστυγχάνοντα πάντα κατέδυον, οὐδενὸς τῶν ἀποπιπτόντων, διὰ τὸ τῆς πανοπλίας βάρος, οἵου τε γινομένου σωθῆναι. τὰ δὲ τοὺς ταῖς ναυσὶ περιπλέοντας διαφυγόντα μονόξυλα, καὶ τοῖς εἰς μῆκος 1 συζυγμένοις περιπεσόντα, παντὶ τῷ προσ-

1. Sylb. ἠγμένοις, vel συγκειμένοις, ut supersit aliquod saltem corruptæ vocis vestigium. Quid si substituamus [συζομένοις] *quod fortasse satis expresserit longum illum navium tractum.*

πεσόντι

πεσόντι βληθόμενα, συναπώλετο τοῖς ἀνδράσιν, οὐδενὸς ὑπερβῆναι τὸ τῶν Ῥωμαϊκῶν πλοίων διάφραγμα δυνηθέντος.

Φόνου δὲ πολλοῦ γενομένου, καὶ οἷος οὔπω πρότερον ἐν ναυμαχίᾳ συνέβη, σωμάτων μὲν ὁ ποταμὸς ἐπληροῦτο καὶ ὅπλων, ὅσα φύσιν εἶχεν ὑπὸ τοῦ ὕδατος αἰωρεῖσθαι· εἰ δέ που τινὲς οἷοίτε γεγόνασι διαβῆναι νηχόμενοι, τοῖς περὶ ἠιόνα τοῦ ποταμοῦ [1] παροῖς ἐμπεσόντες, ἀπώλοντο. τοῦ δὲ ἀκμάζοντος παντὸς ἐν τοῖς Βαρβάροις διαφθαρέντος, ἐπὶ τὴν λείαν ἐχώρουν οἱ στρατιῶται, παιδάρια μὲν ἀπάγοντες καὶ γύναια, καὶ τῆς ἀποσκευῆς γινόμενοι κύριοι. τότε δὴ καὶ ὁ στρατηγὸς Πρόμωτος, οὐ πόῤῥω που τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ὄντα μετακαλέσας, ἐποιεῖτο μάρτυρα τοῦ κατορθώματος. ὁ δὲ, τῶν αἰχμαλώτων τὸ πλῆθος καὶ τὸν ὄγκον τῶν λαφύρων τεθεαμένος, ἀνῆκέ τε τοὺς αἰχμαλώτους ἀδέτους, καὶ δωρεαῖς ἐφιλοφρονεῖτο· διὰ τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας εἰς τὸ αὐτομολῆσαι προτρέπων, καὶ ἄλλως εἰς τὸν κατὰ Μαξίμου συνοίσοντάς οἱ πόλεμον.

Ὁ μὲν οὖν Πρόμωτος, ἐπέμενε τῇ τῆς Θρᾴκης ἐφεστὼς φυλακῇ, καὶ πρὸς τὸν εἰρημένον πόλεμον ἐν παραβύστῳ γινόμενος εὐτρεπής· ἕτερον δέ τι παραπλήσιον ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ συμβὰν,

vis offerentibus sese telis petiti, cum ipsis viris interibant: adeo quidem, nt navium Romanarum septum illud nemo transire potuerit.

Ingenti edita cæde, qualis antea necdum ullo navali prœlio patrata fuit; cadaveribus amnis compleri, & armis, quorum quidem esset ea natura, ut aquæ innatarent. Quod si qui natando transjicere potuissent, in eos qui ad ripam fluminis aderant, delati peribant. Hoc modo quum flos ipse Barbarici exercitus omnino exstinctus fuisset; ad prædam milites se convertebant, pueros & mulierculas obducentes, & adparatu Barbarorum potiti. Tunc etiam dux copiarum Promotus arcessitum Imperatorem Theodosium, qui non procul aberat, rei fortiter gestæ testem fecit. Ille, multitudinem captivorum, & spoliorum molem conspicatus; captivos vinculis liberatos dimisit, & muneribus demulsit, hac eos humanitate pelliciens; ut ad se sponte transirent; quod etiam cæteroqui eorum opera futura ipsi esset utilis ad bellum contra Maximum gerendum.

Ac Promotus quidem mansit in officio, Thraciæ custodiendæ præfectus; & ad bellum, quod diximus, secreto paratus. Fuerit autem operæ pretium & aliud quiddam si-

1. Leg. παροῦσι, vel πλοίοις.

mile,

mile, quod eodem tempore accidit, narrari. Eſt oppidum in ea Scythia, quæ Thracia continetur, quod Tomos vocant. Hujus oppidi militibus præſidiariis cum poteſtate præerat Gerontius, vir robore corpore excellens, & ad uſum belli quemvis idoneus. Erant autem extra oppidum Barbari quidam, à principe delectu præſtantiſſimorum habito collocati; qui & corporum dotibus egregiis natura præditi erant, & virilibus animis cæteros ſuperabant. Hi ſupra milites reliquos & annonis, & aliis muneribus ab Imperatore donati, non honores illos ſibi habitos benevolentia compenſare cogitabant; ſed deſpectu præſidis, & militum Romanorum contemtu. Hac eorum voluntate cognita Gerontius, & quod in oppidum aliquid molituri eſſent, ſtatumque rerum conturbaturi: conſilium ſuum cum prudentiſſimis quibuſque militibus, petulantiam & injurias Barbarorum punire volens, communicat. Quum autem eos ob metum cunctabundos cerneret, qui vel ipſum Barbarorum inceſſum timerent, ſumtis armis, & admodum paucis ſatellitibus, adverſus univerſam Barbarorum multitudinem ſemet objecturus inſtruit, apertiſque portis prodit; mili-

ἄξιον ἀφηγήσασθαι. πόλις ἐστὶν ἐν τῇ κατὰ Θρᾴκην Σκυθίᾳ, Τομεὺς ὀνομαζομένη. τῶν ἐνιδρυμένων ταύτῃ στρατιωτῶν, ἡγεῖτο Γερόντιος, ἀνὴρ καὶ Ρώμῃ [1] σώματος καὶ πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν χρείαν ἀρκῶν. ἦσαν δὲ πρὸ ταύτης τῆς πόλεως ὑπὸ βασιλέως ἀριστίνδην [2] ἐνστάντες Βάρβαροι, τῇ τε τῶν σωμάτων ἀναπρέχοντες εὐφυΐᾳ, καὶ ἀνδρίᾳ πολλῷ τῶν ἄλλων διαφέροντες. οὗτοι καὶ σιτήσεων ὑπὲρ τοὺς στρατιώτας, καὶ ἄλλων παρὰ βασιλέως ἠξιωμένοι δωρεῶν, οὐκ εὐνοίᾳ τὰς εἰς αὐτοὺς ἀμείβεσθαι διενοοῦντο τιμὰς, ἀλλὰ τῇ εἰς τὸν ἄρχοντα ὑπεροψίᾳ, καὶ τῇ περὶ τοὺς στρατιώτας καταφρονήσει. ταύτης αὐτῶν αἰσθανόμενος τῆς προαιρέσεως ὁ Γερόντιος, καὶ ὡς ἐγχειρῆσαι διανοοῦνται τῇ πόλει, καὶ συνταράξαι τὰ καθεστῶτα, κοινοῦται τῶν στρατιωτῶν τοῖς φρονήσει μάλιστα διαφέρουσιν, ἐπεξελθεῖν τῇ τῶν Βαρβάρων ἀσελγείᾳ καὶ ὕβρει βουλόμενος. ὡς δὲ διὰ δειλίαν ἑώρα ὀκνοῦντας, καὶ αὐτὸ τὸ κίνημα τῶν Βαρβάρων δεδιότας, ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ τῶν ὑπασπιστῶν σφόδρα εὐαριθμήτους, παντὶ τῷ τῶν Βαρβάρων ἀντετάττετο πλήθει· καὶ τὰς πύλας ἀναπετάσας, ἁπάντων τῶν στρατιωτῶν ἢ καθευδόντων ἔτι καὶ τῷ ὄκνῳ πεπεδημένων, ἢ πρὸς τὸ τεί-

1. Sub. προέχων, vel διαφέρων.

2. Eodem ſenſu quo [ἐνιδρυμένοι] interpres enim ità expreſſit quaſi leg. [ἐνστάντες.]

ἀναδραμόντων, καὶ τὰ γινόμενα θεωμένων. τοῖς δὲ Βαρβάροις ἐπῄει γελᾶν τὴν τοῦ Γεροντίου παραφροσύνην· καὶ θανατᾶν οἰόμενοι τὸν ἄνθρωπον, ἔπεμπον αὐτῷ τοὺς ἐν ἑαυτοῖς ἀλκῇ διαφέροντας. ὁ δὲ, τῷ πρώτῳ ἐπελθόντι συμπλακεὶς, καὶ τὴν ἀσπίδα συντόμως χειρώσας, ἐμάχετο καρτερῶς, ἄχρις ὅτε τῶν ὑπασπιστῶν τις, ἰδὼν συμπεπλεγμένους αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἀπέκοψε τῷ ξίφει τοῦ Βαρβάρου τὸν ὦμον, καὶ τοῦ ἵππου κατήγαγε. καταπλαγέντων δὲ τῶν Βαρβάρων τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀνδρεῖόν τε ἅμα καὶ θαρραλέον, ἅμα τε ὁ Γερόντιος ἄλλοις τῶν πολεμίων ἐπῄει· καὶ θεωροῦντες οἱ ἐκ τοῦ τείχους τὰ πραττόμενα παρὰ τοῦ σφῶν στρατηγοῦντος, ἀνεμνήσθησαν τοῦ Ῥωμαίων ὀνόματος· καὶ ἐπεξελθόντες, ἤδη [1] καταπεπλεγμένους τοὺς ἐκπεσόντας κατέσφαξαν· τοὺς δὲ ἀποδράντας ἐδέχετο παρὰ Χριστιανῶν τιμώμενον οἰκοδόμημα, νομιζόμενον ἄσυλον.

Ὁ μὲν οὖν Γερόντιος, τῶν ἐπηρτημένων τὴν Σκυθίαν ἐλευθερώσας κινδύνων, καὶ τῶν ἐπαναστάντων αὐτῇ Βαρβάρων, ἀνδρίας ὑπερβολῇ καὶ μεγαλοψυχίᾳ κρατήσας, τὰς παρὰ τοῦ βασιλεύοντος ἀμοιβὰς προσεδέχετο. Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς, οὐ μετρίως ἀγανακτήσας,

tibus vel adhuc dormientibus, & metu ceu compede quadam vinctis; vel in muros adcurrentibus, & quæ gererentur, spectantibus. Barbaris autem ridere Gerontii dementiam subiit: & quod hominem cupidum mortis existimarent, quosdam robore præstantes adversus eum mittunt. Gerontius cum eo congressus, qui primus irruerat, quum manu parmam agiliter prehendisset, fortiter dimicat: donec quidam ex satellitibus, conspicatus eos lucta mutua implicatos, humerum Barbari gladio abscidisset, & hominem equo deturbasset. Obstupefactis autem Barbaris ob viri fortitudinem & audaciam, simul Gerontius alios ex hostibus adoritur; & qui erant in muris, conspicientes ea quæ ab ipsorum duce gererentur, Romani nominis ad animos revocata memoria, Barbaros adgrediuntur, & erumpentium terrore perculsos occidunt. Qui aufugerant, in ædificium se recipiebant, quod à Christianis habetur in honore, proque asylo ducitur.

Ac Gerontius quidem ab imminentibus periculis liberata Scythia, & Barbaris hanc adgressis eximia fortitudine ac magnanimitate victis; ab Imperatore præmia quædam exspectabat. Theodosius autem non mediocriter iratus ob interemtos Barbaros, quos ipse

1. Leg. [καταπεπληγμένους.]

tanto dignatus eſſet honore, quantumvis exitio reipublicæ fuiſſent; confeſtim Gerontium corripit, & ab eo rationem rei pro Romanis ſtrenue geſtæ poſcit. Illo rebellionis eos adverſus Romanos arguente, ſimulque rapinas, & incolarum exitium commemorante: horum nullo moveri princeps, ſed in eo perſiſtere, Gerontium non utilitatis publicæ cauſa; ſed ob libidinem adipiſcendi Barbaris ab Imperatore donata, ne lucris iſtis potitus convinci poſſet, illos è medio tollere voluiſſe. Gerontio reſpondente; ſe iſta quoque poſt ipſorum cædem fiſco miſiſſe; (erant autem aurei torques, ad ornatum eis à principe donati) vix facultatibus, quas habebat, in eunuchos diſtributis, eripere ſe periculis imminentibus potuit; dignis ſcilicet fide in rempublicam Romanam ſua præmiis perſolutis.

Quum eſſent imperio Theodoſiano res in hunc modum perditæ, ac nihil egregium, quod ad virtutem tenderet, laudaretur; ſed omne deliciarum & luxuriæ genus ulnatim, ceu proverbio dici ſolet, quotidie ſumeret incrementum; magnæ illius Antiochiæ Syriacæ cives, non ferentes publicorum cumulationes tributorum, quæ ſingulos in dies ab exactoribus excogitabantur, ſeditionem moverunt; & tam ipſius principis, quam Auguſtæ ſtatuis fœde de-

ὅτι βάρβαροι τοσαύτης ἠξιωμένοι παρ' αὐτοῦ τιμῆς, ἀνῃρέθησαν, εἰ καὶ τοῖς πράγμασιν ἔτυχον λυμηνάμενοι, συναρπάζει τὸν Γερόντιον παραχρῆμα, καὶ λόγον τῆς ὑπὲρ Ῥωμαίων ἀριστείας ἀπῄτει. τοῦ δὲ καὶ τὴν κατὰ Ῥωμαίων αὐτῶν ἐπανάστασιν ἀπελέγχοντος, διεξιόντος τε τὰς ἁρπαγὰς καὶ τὴν τῶν οἰκητόρων ἀπώλειαν, τούτων μὲν οὐδενὶ προσεῖχεν ὁ βασιλεύς, ἐνίστατο δὲ τῷ μὴ διὰ τὸ κοινῇ λυσιτελὲς, ἀλλ' ἐπιθυμίᾳ τῶν παρὰ βασιλέως αὐτοῖς δεδωρημένων, ὡς ἂν μὴ ἐλεγχθείη, ταῦτα κερδάνας, ἐκποδὼν αὐτοὺς ἐθελῆσαι ποιῆσαι. τοῦ δὲ καὶ ταῦτα τῷ δημοσίῳ λέγοντος πεπομφέναι μετὰ τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν, (ἦν δὲ περιαυχένια χρυσᾶ παρὰ βασιλέως αὐτοῖς δεδομένα πρὸς κόσμον) μόλις ἣν εἶχε διανείμας τοῖς εὐνούχοις οὐσίαν, οἷός τε γέγονε περιεστώτων ἐξαιρεθῆναι κινδύνων, ἄξια τῆς εἰς Ῥωμαίους εὐνοίας ἐκτίσας τὰ ἐπίχειρα.

Τῶν δὲ ὑπὸ τὴν Θεοδοσίου βασιλείαν οὕτω διεφθαρμένων, καὶ σπουδαίου μὲν οὐδενὸς εἰς ἀρετὴν φέροντος ἐπαινουμένου, παντὸς δὲ τρυφῆς καὶ ἀκολασίας εἴδους κατὰ πῆχυν (τὸ λεγόμενον) ἐφ' ἑκάστης ἐπιδιδόντος, οἱ τὴν ἐν Συρίᾳ μεγάλην Ἀντιόχειαν οἰκοῦντες, οὐ φέροντες τὴν ἐπὶ τοῖς δημοσίοις φόροις ὁσημέραι παρὰ τῶν πρακτόρων ἐπινοουμένην προσθήκην, εἰς στάσιν ἀνέστησαν, καὶ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῦ τε τοῦ βασιλέως

καὶ

καὶ τῆς τούτου συνοικούσης, αἰσχρῶς καθελόντες, φωνὰς ἀφῆκαν, τῶν μὲν πραττομένων οὐκ ἀναξίας, οὐκ ἔξω μέντοι στωμυλίας, καὶ τῆς συνήθους αὐτοῖς ἀστειότητος. ἐπεὶ δὲ τοῖς παρ' αὐτῶν γεγενημένοις ὁ βασιλεὺς κινηθεὶς, ἠπείλει τῷ πταίσματι δίκην ἀξίαν ἐπιθεῖναι, δέει τῆς βασιλέως ὀργῆς, ἐδόκει τῇ βουλῇ πρέσβεις ἐκπέμπειν, ὑπὲρ ὧν ὁ δῆμος ἔπραξεν ἀπολογησομένους. αἱροῦνται τοίνυν Λιβάνιόν τε τὸν σοφιστὴν, οὗ τὸ κλέος ἐκ τῶν καταλελειμμένων ὑπ' αὐτοῦ κηρύττεται λόγων· καὶ Ἰλάριον, γένους τε λαμπρότητι καὶ παντὶ παιδείας εἴδει προέχοντα. καὶ ὁ μὲν σοφιστὴς τὸν περὶ τῆς στάσεως αὐτῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ [1] λόγον εἰπὼν, ἴσχυσε τὸν βασιλέα μεταστῆσαι τῆς κατὰ Ἀντιοχέων ὀργῆς· ὥστε ἀμέλει τούτῳ καὶ τὸν περὶ τῶν διαλλαγῶν ἐπιθεῖναι, τελέως τοῦ βασιλέως τὸ πρὸς τὴν πόλιν ἔχθος ἀποθεμένου. Ἰλάριος δὲ, διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς, ἐπαίνων ἀξιωθεὶς, ἀρχὴν παρὰ βασιλέως ἐτάττετο Παλαιστίνης ἁπάσης.

Τῶν δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν, καὶ Θρᾴκην, καὶ [2] Ἰλλυριῶν, ὄντων ἐν τούτοις, Μάξιμος, οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν οἰόμενος αὐτῷ τὰ πράγματα φέρεσθαι, μόνων ἄρχοντι τῶν ὑπὸ Γρατιανῷ πρότερον

jectis, voces jactarunt, non illas quidem iis indignas quæ gerebantur; ſed cum dicacitate tamen, & ipſis familiari urbanitate conjunctas. Quumque princeps ob ea commotus, quæ ab ipſis deſignata fuerant, merito ſupplicio ſe delictum hoc puniturum minaretur: metu iræ principis viſum eſt ordini decurionum legatos mittere, qui à plebe commiſſa purgarent. Itaque Libanium profeſſorem, cujus famam libri ab eo relicti prædicant; & Hilarium, ſplendore familiæ, atque omni eruditionis genere præſtantem, deligunt. Ac profeſſor ille quidem oratione coram Imperatore ac ſenatu de ſeditione pronuntiata, tantum efficere potuit; ut à concepta adverſus Antiochenos ira principem revocaret obiterque factum eſt, ut ei princeps alteram quoque de reconciliatione orationem injungeret, inimicitiis adverſus urbem prorſus depoſitis. Hilarius autem, eximiæ virtutis cauſa laudatus, ab Imperatore toti Palæſtinæ cum imperio præfectus fuit.

Quum res orientis, & Thraciæ, & Illyrici, hoc eſſent in ſtatu; Maximus, qui non ex dignitate res ſibi ſuccedere putabat, ſi ſolis imperaret iis nationibus, quæ Gratiano prius

1. Quin referente Zonarâ, ſevere in illos animadvertere decrevit Theodoſius niſi interceſſiſſet D. Chryſoſtomus, qui ſcripſit τοὺς ἐπιγραφομένους [Ἀνδριάντας] λόγους.

2. Lege Ἰλλυρίαν, vel ſub. χώραν.

paruerant: de Valentiniano regno dejiciendo cogitabat; toto quidem illo, ſi poſſet; ſin ea ſpe fruſtraretur, de parte illius aliqua ſaltem adquirenda, quantam ſane occupare poſſet. Hac opinione victus, ad tranſeundas Alpes, & adeundam Italiam ſe parat. Quum autem videret, per viam anguſtam, & aſperrimos invioſque montes, iter neceſſario faciundum eſſe; quos deinde lacus & paludes excipiunt, per quas duntaxat viatoribus otioſe tardeque tranſeuntibus, non tantis copiis, exitus patet: quid agendum eſſet, ad conſilium melius differebat. Quum autem Valentinianus legatos Aquileia mitteret, deque pace firmiore ſibi caveri peteret; poſtulatis adſentitur Maximus; eam rem ſe quoque lubentiſſime accipere ſimulans. Itaque Domninum Valentinianus hanc ob cauſam ablegat, natione Syrum, & notæ melioris familiarem. Quippe maxima ſecundum ipſum poteſtate præditus, fide pariter & uſu rerum præſtare cæteris videbatur; & quidquid alioqui princeps alio nemine conſcio facere volebat, huic inprimis credendum ſtatuerat. Itaque quum veniſſet ad Maximum Domninus, capitibus legationis omnibus expoſitis, omni cum obſervantia

τεταγμένων ἐθνῶν, διενοεῖτο παραλῦσαι τὸν νέον Βαλεντινιανὸν τῆς βασιλείας, εἰ μὲν δύναιτο, πάσης. εἰ δὲ τοῦτο ¹ διαμάρτοι, μέρος γοῦν αὐτῆς, ὅσον ἂν οἷός τε γένοιτο, οἰκειώσασθαι. καὶ ταύτῃ κεκρατημένος τῇ γνώμῃ, διαβῆναι τὰς Ἄλπεις, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν χωρῆσαι παρεσκευάζετο. θεωρῶν δὲ ὡς διὰ στενῆς ὁδοῦ καὶ τραχυτάτων καὶ ἀβάτων ὀρῶν, ἀνάγκη ποιήσασθαι τὴν ὁδοιπορίαν, διαδέχεται δὲ ταῦτα, τέλματα καὶ ἕλη, ὁδοιπόροις σχολαίτερον διϊοῦσιν, οὐχ ὅτι στρατιᾷ τοσαύτῃ, διέξοδον ἐνδιδόντα, τὸ περικλέον εἰς ἀμείνονα βουλὴν ἀνετίθετο. τὸν δὲ Βαλεντινιανοῦ πρεσβείαις ἐκ τῆς Ἀκυληΐας χρωμένου, καὶ περὶ βεβαιοτέρας εἰρήνης ἀσφάλειαν αὐτῷ δοθῆναι παρακαλοῦντος, ἐπίθετο τῇ αἰτήσει Μάξιμος, δεῖξαι τοῦτο καὶ αὐτὸς ὅτι μάλιστα ² ποιούμενος. πέμπει οὖν Δομνῖνον ἐπὶ τούτῳ Οὐαλεντινιανὸς, Σύρον μὲν ὄντα τὸ γένος, ἐκ δὲ τοῦ βελτίονος αὐτῷ γνώριμον ὄντα. παραδυναστεύων γὰρ αὐτῷ, πίστει καὶ πραγμάτων ἐμπειρίᾳ προέχειν τῶν ἄλλων ἐδόκει· καὶ ἄλλως ὅσα ὁ βασιλεὺς οὐδενὸς εἰδότος ἄλλου πράττειν ἐβούλετο, τούτῳ κατεξαίρετον ἐγνώκει θαρρεῖν. ἐλθὼν οὖν ὡς τὸν Μάξιμον ὁ Δομνῖνος, καὶ ὅσα τῆς πρεσβείας ἦν ἀπαγγείλας,

1. Rectius τούτου, niſi ſi Ellipſis ſit præp. κατὰ quæ familiaris eſt Zoſimo.
2. Pro compoſito προσποιούμενος.

ἠξίουτο

ἠξιοῦτο θεραπείας καὶ φιλοφροσύνης παντοίας. τιμῆς τε γὰρ αὐτὸν ὁ Μάξιμος ὑπερβαλλούσης ἠξίου, καὶ ὄγκου δωρεῶν ἐπλήρου [1] τοσοῦτον, ὥστε Δομνῖνον μηδένα τοιοῦτον ἔσεσθαι τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ φίλον ὑπονοῆσαι. τοσοῦτον δὲ ἴσχυεν ὁ Μάξιμος τὸν Δομνῖνον παραγαγεῖν, ὥστε καὶ μέρος ἧς εἶχε στρατιᾶς συμπαραπέμψαι, συνοῖσον εἰς ἐπικουρείαν τῷ βασιλεῖ κατὰ τῶν ἐπικειμένων τοῖς ὑπ' αὐτὸν Παίοσι βαρβάρων. ἐπὶ τούτοις ἀναχωρήσαντος τοῦ Δομνίνου, καὶ ὡραϊζομένου τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν δωρεῶν καὶ τῇ τῶν δεδομένων αὐτῷ συμμάχων δορυφορείᾳ, τὴν ἀπὸ τῶν Αλπεων φέρουσαν ἐπὶ τὴν ἰδίαν ὁδὸν, ἔλαθε τῷ Μαξίμῳ ῥᾴονα καταστήσας. ὅπερ ὁ Μάξιμος προειδόμενος, καὶ ἐπὶ τούτῳ πάντα κατασκευάσας, ἐπηκολούθησε πανστρατιᾷ, μεθ' ἡσυχίας προπέμψας κατὰ τὴν ὁδὸν φύλακας· οἳ πᾶσαν ἐποιοῦντο φροντίδα τοῦ μηδένα παραδραμόντα τὴν ἐπὶ τὴν Ιταλίαν Μαξίμου διάβασιν τοῖς ἀμφὶ Δομνῖνον ἀγγεῖλαι. καὶ ἦν ἡ τοιαύτη φυλακὴ λίαν εὔκολος. οὐδὲ γὰρ ἦν οἷόν τε λαθεῖν τοὺς διὰ τοῦ στενωτάτου τῶν Αλπεων ἰόντας. ὅτε τοίνυν ἔγνω τοὺς ἀμφὶ τὸν Δομνῖνον τὰ στενότατα τῶν Αλπεων καὶ τὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα διελθόντας, ἤδη δὲ καὶ τὰ μετὰ τὰς Αλπεις, ὅσα ἦν ἑλώδη καὶ δυσχέρειαν ἐμποιοῦντα στρα-

comitateque exceptus est. Nam & dignabatur eum honore Maximus eximio, & tanta munerum mole satiabat, ut Imperatorem Valentinianum nullum huic parem habiturum amicum Domninus existimaret. Ac poterat usque adeo Domninum decipere Maximus, ut etiam partem exercitus sui cum eo mitteret, quæ Imperatori contra Barbaros, subjectis ipsi Pannoniis imminentes, esset auxilio. Posteaquam hæc consequutus Domninus abiisset, ac sibi placeret ob copiam magnitudinemque munerum, quæ acceperat, & concessorum sibi sociorum satellitium: viam ab Alpibus domum ducentem imprudens Maximo faciliorem reddidit. Quod Maximus futurum prospiciens, eaque de causa cunctis adparatis rebus; universis cum copiis subsequutus est, tacite præmissis in itinere custodibus, qui omnem curam adhibebant, ne cursu quis prætergressus, Maximi transitum in Italiam Domnini comitibus nuntiaret. Ac hujusmodi sane custodia per erat facilis. Nec enim latere poterant, qui parte Alpium artissima proficiscebantur. Quum igitur intelligeret, Domninum cum suis Alpes, qua sunt angustissimæ, inviosque montes penetrasse, cum iis præterea locis, quæ trans Alpes erant

1. Adverbialiter, nisi mavis cum Sylburgio ποσοῦτου.

palu-

palustria, militumque copiis difficultatem objiciebant; nec hostile se ullum agmen adversum, impeditis in locis, inventurum speraret: omni cum celeritate Italiam, nemine præpediente, ingressus, Aquileiam copias ducit.

Valentiniano tam repentino casu extra spem omnem constituto, formidare ceperunt ipsius familiares, ne Maximus eum vivum in potestatem redactum occideret. Quapropter navem ingressus, Thessalonicam abiit, socia navigationis Justina matre; quæ Magnentium prius maritum habuerat, ut ante diximus; & illo sublato, propter eximiam formæ venustatem, Valentiniano principi juncta matrimonio fuerat. Hæc Gallam quoque filiam secum adducebat. Quum tot emensi maria, Thessalonicam adpulissent; legatione ad Imperatorem Theodosium missa, rogant; ut saltim nunc insolentiam, adversus omnem Valentiniani familiam exercitam, vindicaret. Theodosius, ad ipsam rei famam obstupefactus, luxus illius nimii nonnihil obliviscitur, & paulum de insano voluptatum studio remittit. Habito deinde consilio visum, ut ipse cum nonnullis è senatu Thessalonicā se confert. Et Hoc ubi factum fuit, de integro consultatur, quid agendum esset: communique decreto placuit, ut à Maximo patrata facinora punirentur. Non enim illi homini vitam amplius conce-

τοπέδῳ, πολέμιον στῖφος ἐναντιωσόμενον ἐν δυσχωρίαις οὐχ εὑρήσειν ἐλπίζων τι, τότε δὴ σὺν παντὶ τάχει τὴν Ἰταλίαν, οὐδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, καταλαβὼν, τῇ Ἀκυληΐᾳ προσάγει.

Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τοῦ αἰφνιδίῳ καὶ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα καταστάντος, δέος εἰσῄει τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, μὴ καὶ ζωγρίαν ἑλὼν ὁ Μάξιμος διαχειρίσηται. τότε δὴ νεὼς ἐπιβὰς, ἐπὶ τὴν Θεσσαλονίκην ἀπῄρει. συναπέπλει δὲ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ Ἰουστῖνα, Μαγνεντίῳ μὲν, (ὡς εἴρηταί μοι πρότερον) συνοικήσασα, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου καθαίρεσιν, Οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ διὰ κάλλους ὑπερβολὴν συναφθεῖσα, καὶ τὴν θυγατέρα Γάλλαν ἐπαγομένη. διαπλεύσαντες δὲ τὰ τοσαῦτα πελάγη, καὶ τῇ Θεσσαλονίκῃ προσορμισθέντες, πρεσβείᾳ πρὸς Θεοδόσιον ἐχρῶντο τὸν βασιλέα, νῦν γοῦν αὐτὸν τῇ κατὰ παντὸς τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ γένους ἀσελγείᾳ τιμωρῆσαι παρακαλοῦντες. ὁ δὲ, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἐκπλαγεὶς, λήθην μέν τινα τῆς ἄγαν ἐποιεῖτο τρυφῆς, καὶ τῇ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐνεδίδου μανίᾳ. βουλῆς δὲ προτεθείσης, ἐδόκει τὴν Θεσσαλονίκην αὐτὸν ἅμα τισὶ τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας καταλαβεῖν. οὗ δὴ γενομένου, τελεία περὶ τοῦ πρακτέου προετίθετο γνώμη, καὶ κοινῷ δόγματι συνεδόκει τοῖς Μαξίμῳ πεπλημμελημένοις ἐπεξελθεῖν. μὴ γὰρ εἶναι βιωτὸν ἀνθρώπῳ, Γρατιανὸν μὲν ἀνε-

λόντι,

λόντι, καὶ τὴν βασιλείαν οἰκειωσαμένῳ τὴν τούτου· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο προεχώρησεν, ὁδῷ προελθόντι, καὶ τὸν λελειμμένης ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου παρελομένῳ. τούτοις δυσαρεστήσας ὁ Θεοδόσιος, διὰ τὴν ἔμφυτον μαλακίαν, καὶ τὴν τῆς προλαβούσης διαίτης ἐκμέλειαν, ὀκνεῖ πρὸς τὸν πόλεμον, τὰ ἐκ τῶν ἐμφυλίων κακὰ φέρων εἰς μέσον, καὶ ὡς ἀνάγκη πᾶσα τὰ κοινὰ πλήττεσθαι καιρίαις πληγαῖς ἀμφοτέρωθεν. ὅθεν ἔφασκε δεῖν πρότερον διακηρυκεύσασθαι. καὶ εἰ μὲν ἕλοιτο Βαλεντινιανῷ Μάξιμος ἀποδοῦναι τὴν βασιλείαν, καὶ ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, κατὰ τὸ πρότερον σχῆμα τὴν ἀρχὴν εἰς ἅπαντας διῃρῆσθαι· πλεονεξίᾳ δὲ κρατούμενον αὐτὸν, καταπολεμήσειν ἀπροφασίστως, τούτοις ἀντιφθέγγεσθαι μὲν οὐδεὶς τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας ἐθάρρει, δοκοῦσί πως κοινῇ τῇ πολιτείᾳ λυσιτελεῖν.

dendam, qui & Gratianum occidisset, ejusque regnum usurpasset; & hunc successum adeptus, via quasi quadam progressus fuisset, ac fratrem illius relicto sibi principatu exuisset. Offensus his Theodosius, ob insitam à natura molliciem, & hactenus actæ vitæ secordiam, ad bellum hoc segniorem se præbet; adferens in medium ea mala, quæ de bellis civilibus proveniunt; simulque ostendens, necessario rempublicam in his utrimque letales plagas accipere. Quapropter aiebat, prius legatos esse mittendos. Ac si quidem Valentiniano Maximus imperium restituere mallet, & quietem amplecti; secundum formam pristinam in omnes imperium dividendum esse. Sin ab avaritia vinci se pateretur, citra tergiversationem ullam bello persequendum. Adversus hæc nemo quidem è senatu proferre quidquam audebat, quod aliquo modo reipublicæ conducibilia viderentur.

Ἰουστίνα δὲ, οὔτε πραγμάτων ἄπειρος οὖσα, οὔτε πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος εὕρεσιν ἄπορος, ἐπισταμένη τὸ Θεοδοσίου περὶ τὰς ἐρωτικὰς ἐπιθυμίας ἐπιρρεπὲς, ἐφιστᾷ τε τὴν θυγατέρα Γάλλαν, ἐξαισίῳ διαπρέπουσαν κάλλει· καὶ τῶν γονάτων ἐπιλαβομένη τοῦ βασιλέως, ἱκέτευε, μήτε τὸν Γρατιανοῦ τοῦ δεδωκότος οἱ τὴν βασιλείαν θάνατον περιιδεῖν ἀτιμώρητον, μήτε σφᾶς εἰκῇ κειμένους ἐᾶσαι, πάσης ἐκπεπτωκότας

Justina vero, nec rerum usu destituta, nec inops consilii ad inveniendum id, quod expediret, quum Theodosii pronum ad amores animum nosset: Gallam, filiam suam, eximia forma præstantem, coram eo statuit; & genua principis amplexa, suppliciter obsecrat, ne Gratiani, qui largitus ei fuisset imperium, cædem inultam relinqueret; neve se neglectos jacere sineret, omni spe destitutos. Quæ proferens, puellam

illa-

illacrymantem, & fortunam ſuam deplorantem, ei commonſtrat. His Theodoſius auditis, ſimulque puellæ pulchritudinis intuitu captus, etiam vultu acceptum ex puellæ forma vulnus ſatis ille quidem prodebat; ſed differebat tamen id, quod eſſet agendum; ſignificans eis, uti ſpes bonas animis conciperent. Quum autem puellæ deſiderio magis indies ureretur, conventa Juſtina, filiam ejus in matrimonium ſibi dari petit. Nam Placilla, quæ cum eo prius fuerat nupta, diem ſuum obierat. Ea vero ſe non aliter ait hanc ei daturam, niſi bello contra Maximum ſuſcepto, Gratiani cædem ultus eſſet, & Valentiniano patritum imperium reſtituiſſet. His ille condicionibus & impetrat nuptias, & adparando bello totus incumbit. Quin & impulſus à muliere, militum animos auctis annonarum ſtipendiis demulcet, & reliquam ſegniciem ſic uſu exigente corrigit; ut etiam ea ſibi diſponenda ſtatueret, quæ poſt abitum ipſius, aliquam flagitatura providentiam eſſent. Ob eam cauſam, mortuo in itinere Cynegio præfecto prætorii, quum ex Ægypto reverteretur; quemnam præfectum prætorii conſtitueret, diſpiciebat. Quumque multos multoties conſideraſſet, tandem virum ad hoc idoneum reperit. Arceſſitum igitur Aquileia Tatianum, qui & ali-

ἐλπίδος. καὶ ταῦτα λεγούσης τὴν κόρην ὀδυρομένην ἐδείκνυ, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀποκλαιομένην τύχην. τούτων ἀκούσας ὁ Θεοδόσιος, καὶ ἅμα τῇ θέᾳ τοῦ τῆς κόρης κάλλους ἁλοὺς, παρέφαινε μὲν καὶ τῷ βλέμματι τὴν ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς κόρης πληγὴν, ἀνεβάλλετο δὲ τὸ πρακτέον, χρηστὰς ἔχειν αὐτοὺς ὑποφαίνων ἐλπίδας. ὡς δὲ πλέον ἐπεσμύχετο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ, τὴν Ἰουστίναν μετελθὼν, ᾔτει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, οἷα Πλακίλλης τῆς πρότερον αὐτῷ γεγαμημένης, ἀπαλλαγείσης. οὐκ ἄλλως δὲ ἔφασκε δώσειν, εἰ μὴ τὸν κατὰ Μαξίμου [1] ἀράμενος, τῇ τε Γρατιανοῦ τιμωρήσειεν ἀναιρέσει, καὶ Οὐαλεντινιανῷ πάλιν ἀποδοίη τὴν τοῦ πατρὸς βασιλείαν. ἐπὶ τούτοις ἔτυχέ τε τοῦ γάμου, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου παρασκευαῖς ὅλον ἑαυτὸν ἐνεδίδου· καὶ συνελαυνόμενος ὑπὸ τῆς γυναικὸς, τό τε στρατιωτικὸν ἐφιλοφρονεῖτο σιτήσεων ἐπιδόσεσι, καὶ τὴν ἄλλην ἐκμέλειαν ὑπὸ τῆς χρείας ἀναγκαζόμενος ἐπανώρθου, διαθεῖναί τε καὶ μετὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν αὐτοῦ, δεησόμενα προνοίας, ἐγνώκει. διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ Κυνήγιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἐπανιὼν ἐξ Αἰγύπτου, κατὰ τὴν ὁδοιπορείαν ἔτυχε τεθνεὼς, ὅντινα δέοι προστήσασθαι τῆς αὐλῆς ὕπαρχον, ἀνεζήτει· καὶ πολλοὺς πολλάκις ἀνασκοπήσας, εὗρε τὸν ἐπιτηδειότατον ἄνδρα πρὸς τοῦτο ἁρμόδιον. μετακαλέσας τοίνυν ἐκ τῆς

1. Sub πόλεμον.

Ἀκυ-

Ἀκυληΐας Ταλιανὸν, ἤδη μὲν ἀρχὰς ἐπὶ Οὐάλεντος ἐγκεχειρισμένον ἀρχὰς, ἄνδρα δὲ ἐν πᾶσι σπουδαῖον, ἀναδείκνυσι τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ἐν τῇ πατρίδι· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς σύμβολα πέμψας αὐτῷ, τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ Πρόκλον τῆς πόλεως ὕπαρχον καθίστησιν. ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν εὖ διεγένετο, τὰς μεγίστας ἀρχὰς ἀνδράσι τοιούτοις ἐκδεδωκὼς, οἳ καὶ παρὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν, τὰ τῶν ὑπηκόων ἄριστα δυνήσονται διαθεῖναι· τοῖς δὲ στρατιώταις, ἱππεῦσι μὲν, Πρόμωτον· πεζοῖς δὲ, Τιμάσιον ἐπέστησεν.

Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν ἔξοδον οὐδὲν ἐλλείπειν ἐδόκει, λόγος ἐνέπεσε ταῖς τοῦ βασιλέως ἀκοαῖς, ὡς οἱ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς τέλεσιν ἀναμεμιγμένοι βάρβαροι, δωρεῶν ὑποσχέσει μεγάλων, παρὰ Μαξίμου περὶ προδοσίας ἐδέξαντο λόγους· αἰσθόμενοι δὲ ὡς περίπυστον γέγονε, περὶ τὰ τέλματα καὶ τὰς ἐν Μακεδονίᾳ λίμνας συνέφυγον, τοῖς αὐτόθι δάσεσιν ἑαυτοὺς ἀποκρύπτοντες· ἐν οἷς διωκόμενοι, καὶ διὰ πάσης ἀναζητούμενοι μηχανῆς, κατὰ τὸ πολὺ διεφθάρησαν μέρος· ὥστε τὸν βασιλέα τούτου τοῦ δέους ἀπαλλαγέντα, σπουδῇ πάσῃ καὶ πανστρατιᾷ κατὰ Μαξίμου χωρῆσαι. Ἰουστῖναν μὲν οὖν ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῇ θυγατρὶ ναυσὶν ἐμβαλὼν, καὶ τοῖς ἀσφαλῶς παραπέμψουσι παραδοὺς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμψεν· ἐπεπίστευκει γὰρ ὡς ἀσμενέστατα Ῥωμαῖοι δέξονται τούτους, ἀλλοτριούμενοι Μαξίμου ταῖς γνώμαις. αὐτὸς δὲ ἅμα τῷ

os ſub Valente magiſtratus geſſerat, & erat in omnibus virtute ſingulari præditus, prætorii præfectum in patria declarat; & miſſis ad eum magiſtratus inſignibus, filio ipſius Proculo præturam urbanam tradit. Enimvero præclare ſe heic geſſit, ampliſſimis magiſtratibus ejuſmodi viris commiſſis, qui etiam poſt abitum principis optime res ſubditorum adminiſtrare poſſent. Militum vero copiis, equeſtribus Promotum, pedeſtribus Timaſium præficit.

Quum autem nihil ad profectionem amplius deeſſe videretur, ad aures Imperatoris rumor eſt adlatus; permiſtos Romanis legionibus Barbaros, magnis muneribus promiſſis, à Maximo de proditione ſolicitatos. Animadvertentes autem illi, ejus rei famam jam emanaſſe; verſus paludes & lacus in Macedonia confugiunt, & in eorum locorum ſaltibus ſemet occultant: in quibus quum eos alii perſequerentur, & quavis arte perquirerent, majori ex parte perierunt: adeo quidem, ut Imperator hoc metu liberatus, omni ſtudio, & omnibus cum copiis contra Maximum pergeret. Juſtinam quidem, cum filio & filia navibus impoſitam, & tuto deducturis traditam, Romam ablegat: perſuaſus, Romanos lubentiſſimis animis hos excepturos, quorum à Maximo voluntates eſſent alienæ. Ipſe cum exercitu per

ſuperiorem Pannoniam, & Apenninos montes, Aquileiam contendere, & imparatum hoſtem adgredi cogitabat.

Dum hoc Theodoſius iter tenet, audiens Maximus, Valentiniani matrem cum liberis ſinum Ionium transjecturam: collectis velocibus & expeditis navigiis, ac iiſdem Andragathio traditis, hominem ad illos velut indagine capiendos dimittit. Is in omnem partem navigiis circumvectus, propoſitum tenere non potuit; quod illi jam ante fretum Ionium tranſmiſiſſent. Inde ſatis magnis coactis copiis, omnia paſſim in iis locis circumnavigabat, quod Theodoſium exercitu navali bellum facturum exiſtimaret.

At Theodoſius, his rebus intento Andragathio, per Pannoniam, portaſque montium Apenninorum progreſſus, nec opinantes & incautos Maximianos adoritur. Quumque pars quædam exercitus impetu celerrimo ad Aquileiæ muros acceſſiſſet, aditumque vi ſibi per portas aperuiſſet: (quippe non poterant eis cuſtodes, perquam pauci numero, reſiſtere) Maximus imperatorio ſolo deturbatur, quum pecuniam in milites ſuos partiri cæpiſſet. Habitu imperatorio exutus, ad Theodoſium deducitur. Is, paucis, quæcunque contra rempublicam deliquiſſet, velut exprobrationis loco recenſitis; hominem carnifici tradit, meritam pœnam luiturum.

στρατοῦ διὰ Παιονίας τῆς ἄνω καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, ἐπὶ τὴν Ἀκυληίαν αὐτὴν ἐλάσαι διενοεῖτο, καὶ ἐπιθεῖν ἀπαρασκεύῳ τῷ πολεμίῳ.

Ταύτῃ τῇ πορείᾳ χρωμένου Θεοδοσίου, πυθόμενος Μάξιμος ὡς ἡ Οὐαλεντινιανοῦ μήτηρ ἅμα τοῖς παισὶν διαβαίνειν μέλλοι τὸν Ἰόνιον κόλπον, ταχυναυτοῦντα πλοῖα συναγαγὼν, καὶ Ἀνδραγαθίῳ παραδοὺς, ἐπὶ τὴν τούτων ἔστελλε θήραν. ὁ δὲ, περιπλεύσας ἁπανταχοῦ, καὶ τῆς πείρας διαμαρτὼν, (ἔφθησαν γὰρ ἐκεῖνοι τὸν Ἰόνιον περαιωθῆναι πορθμὸν) δύναμιν ἀρκοῦσαν συναγαγὼν, πάντα περιέπλει τὰ ἐκεῖσε, ναυτικῇ δυνάμει Θεοδόσιον οἰόμενος ἐπιθήσεσθαι.

Ὄντος δὲ ἐν τούτοις Ἀνδραγαθίου, διελθὼν Παιονίαν καὶ τὰς ἐν τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι πύλας ὁ Θεοδόσιος, ἀπροσδοκήτοις ἅμα καὶ ἀφυλάκτοις τοῖς ἀμφὶ τὸν Μάξιμον ἐπιτίθεται. μέρους δὲ τινὸς τοῦ στρατοπέδου σὺν ὀξυτάτῃ ῥύμῃ τοῖς τῆς Ἀκυληίας τείχεσι προσπεσόντος, καὶ βιασαμένου τὴν διὰ τῶν πυλῶν εἴσοδον, (ἀντιστῆναι γὰρ αὐτοῖς οὐχ οἷοί τε γεγόνασιν οἱ φυλάττοντες, ὄντες ὀλίγοι) Μάξιμος μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου κατήγετο θρόνου, χρήματα διανέμειν τοῖς ὑπ' αὐτὸν στρατιώταις ἀρξάμενος· γυμνωθεὶς δὲ τοῦ βασιλικοῦ σχήματος, Θεοδοσίῳ προσήγετο. ὁ δὲ, βραχέα τῶν κατὰ τῆς πολιτείας αὐτῷ πεπλημμελημένων ἐν ὀνείδους μέρει διεξελθὼν, τῷ δημίῳ παρέδωκε, τὴν ὀφειλομένην ἐκτίσοντα δίκην.

Μαξι-

Μαξίμῳ μὲν οὖν τοῦτο τοῦ βίου καὶ τῆς τυραννίδος ἐγένετο τέλος, ἅμα τῷ κατὰ Οὐαλεντινιανοῦ στρατηγήματι, πᾶσαν ἕξειν ἀκονιτὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὀνειροπολήσαντι. Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεύς, ἀκηκοὼς ὅτι διαβαίνων τὰς Ἄλπεις ὁ Μάξιμος, Βίκτωρα τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν αὐτόθι τῇ τοῦ Καίσαρος ἀξίᾳ τετιμημένον, Ἀρβογάστην ἔστειλε παραχρῆμα τὸν στρατηγόν· ὃς παρέλυσέ τε τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπέκτεινε τὸ μειράκιον. Τούτων ἀπαγγελθέντων Ἀνδραγαθίῳ τὰ περὶ τὸν Ἰόνιον διερευνωμένῳ πορθμόν, ὅτι μυρίοις περιπεσεῖται κακοῖς ἐπιστάμενος, οὐκ ἀναμείνας τοὺς ἐπιθησομένους, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπέθηκεν, καθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν τὸ σῶμα, καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐκδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτόν, ἢ τοῖς ἐχθίστοις ἑλόμενος.

Τὴν μὲν οὖν βασιλείαν πᾶσαν Οὐαλεντινιανῷ παρέδωκεν, ὅσην ἔτυχεν ἔχων ὁ τούτου πατήρ· καὶ τοῦτο περὶ τοὺς εὐεργέτας καθῆκον ἔδοξεν εἶναι. τῶν δὲ ὑπὸ Μαξίμῳ στρατευσαμένων, ὅσον ἦν ἐπίλεκτον, μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλαβών, ἀφῆκε μὲν ἐκεῖνον, τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καὶ Κελτούς, καὶ ὅσα τῆς ἐπικρατείας ἦν τῆς αὐτοῦ, διαθήσοντα. παρῆν δὲ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, τὸ ἐλλεῖπον ἐν φρονήσει διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας, καθ' ὅσον γυναικὶ δυνατὸν ἦν, ἐκπληροῦσα.

Αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἐπανελθών, οὐ τὴν τυχοῦσαν εὗρεν ἐν τοῖς Μακεδόνων πράγμασι ταραχήν. ὁ-

Hunc Maximus vitæ pariter ac tyrannidis exitum habuit; qui astu superato Valentiniano, citra laborem omni se potiturum imperio Romano somniaverat. Quia vero Theodosius Imperator audierat, Maximum transeuntem Alpes, filium Victorem, dignitate Cæsaris ornatum, apud transalpinas gentes reliquisse; confestim Arbogastem magistrum militum mittit; qui & imperio dejecit adolescentulum, & interfecit. His Andragathio nuntiatis, qui navibus fretum Ionium scrutabatur; quod infinita se perpessurum mala sciret, non exspectato hostium adventu, ipse sibi supplicium intulit, præcipitato in mare corpore; cui se credere, quam inimicissimis, mallet.

Theodosius autem universum imperium Valentiniano tradidit, quantum quidem ipsius olim pater habuerat. Quod sane visum est ex officio erga bene meritos fieri. Ex iis vero, qui Maximo militaverant, quidquid selectum erat, inter suos retulit; ac Valentiniano permisit, ut res Italicas, Celticas, & alias imperii sui, disponeret: cui quidem & mater aderat; quæ, quidquid ob ætatis imbecillitatem filii prudentiæ deesset, quantum à muliere præstari poterat, supplebat.

Ipse Thessalonicam reversus, non levem in rebus Macedonum perturbationem reperit.

rit. Quotquot enim Barbari, intra paludes & vicinas stagnis silvas abditi, de priore Romanorum impressione salvi evaserant, occupationem Theodosii principis in bello civili, occasionis nacti loco, in Macedonum Thessalorumque fortunas, nemine resistente, grassabantur. Postea vero quam fama victoriæ, reditusqe principis, ad eos perlata fuisset: rursus in paludes semet abdebant, & hinc clanculum egressi quum primum dies illuxisset, obvia quævis agebant, ferebant: atque ita deinde ad loca consueta se recipiebant. Adeo quidem, ut de cætero principis animum subiret cogitatio, spectra potius, quam homines, hos invasores esse. Quapropter anceps animi, cum nemine re communicata quam moliebatur; equitibus numero quinque secum sumtis, eorum quemque tres aut quatuor equos loro deducere jussit; ut ubi sessorem gestans equus defatigatus esset, in alium se reciperet; eoque modo quemvis ad laborem perferendum in eo conatu, quem animo concepisset, equi sufficerent. Nemini vero se adspicienti quidquam suspicionis præbens, quasi esset Imperator agros circumibat: & sicubi cibo cum suis indigeret, à rusticis eum petebat. Tandem perexiguum ad diversorium venit, in quo degebat anus quædam; à qua tecto recipi, potumque sibi præberi, postulat. Quum anus eum comiter suscepisset,

σοι γὰρ τῶν Βαρβάρων ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς περὶ τὰς λίμνας ὕλαις ἑαυτοὺς ἀποκρύψαντες, ἐκ τῆς προτέρας τῶν Ῥωμαίων ἐφόδου περιεσώθησαν, τὴν περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἀσχολίαν Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως λαβόμενοι, τὰ Μακεδόνων καὶ Θετταλῶν ἐληΐζοντο, μηδενὸς αὐτοῖς ἐναντιωθέντος. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς νίκης αὐτοῖς καὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ βασιλέως ἠγγέλθη, τοῖς ἕλεσιν αὖθις ἑαυτοὺς ἐναπέκρυψαν, αὐτόθεν τε λαθραίως ἐπανιστάμενοι, τὰ ἐν ποσί τε ἄγοντες καὶ φέροντες, ἡμέρας ἐπιφαινομένης ἐπὶ τοὺς συνήθεις τόπους ἐχώρουν. ὥστε παρεῖναι τῷ βασιλεῖ λογίζεσθαι, φάσματα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους εἶναι τοὺς ἐπιόντας. ἀπορῶν τοίνυν, ἐκοινώσατο μὲν οὐδενὶ τὸ πρακτέον· ἀναλαβὼν δὲ ἄχρι πέντε ἱππέων τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἑκάστῳ τρεῖς ἵππους ἢ τέσσαρας ἕλκειν ἀπὸ ῥυτῆρος εἰπὼν, ὥστε ἐπειδὰν ὁ τὸν ἱππέα φέρων ἵππος ἀπείποι τῷ πόνῳ, μεταβαίνειν ἐπὶ τὸν ἕτερον, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ πρὸς πᾶσαν ἀρκέσαι τοὺς ἵππους κακοπάθειαν ἧς κατὰ νοῦν ἔλαβεν ἐγχειρήσεως. οὐδενὶ τῶν θεωμένων ὅτι βασιλεὺς εἴη διδοὺς ὑποπτεύειν, περιενόστει τοὺς ἀγρούς· καὶ εἴπου τροφῆς ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ δεηθείη, παρὰ τῶν ἀγροίκων αἰτῶν, ἐνέτυχε καταλύματι βραχεῖ παρὰ γραὸς οἰκουμένῳ, καὶ στέγης αὐτῷ μεταδοθῆναι καὶ ποτοῦ παρεκάλει. τῆς δὲ γραὸς φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξαμένης, οἴνου τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἐτύγχανεν ἔχουσα μεταδούσης,

ἐπειδὴ

ἐπειδὴ νὺξ ἐγίνετο, αὐτόθι καθεύδειν ἐδεῖτο. τῆς δὲ πρεσβύτιδος καὶ πρὸς τοῦτο ἐνδούσης, κείμενος ὁ βασιλεὺς ἔν τινι μέρει τῆς καταλύσεως, ἄνθρωπον ἐθεάσατο, φθεγγόμενον μὲν οὐδὲ ἕν, ἐοικότα δὲ λανθάνειν ἐθέλοντι. καὶ τοῦτο θαυμάσας, ὡς αὐτὸν ἐκάλει τὴν γραῦν, καὶ ἐπυνθάνετο τίς εἴη, καὶ πόθεν. τῆς δὲ ἀγνοεῖν εἰπούσης, καὶ κατὰ ποίαν ἀφίκετο χρείαν· τοῦτο δὲ εἰδέναι φασκούσης, ὅτι γε ἀφ' οὗ Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐπανιέναι μετὰ τῆς στρατιᾶς ἠγγέλθη, καταλύσας παρ' αὐτῇ, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς τροφῆς τιμὴν ἑκάστης ἡμέρας ἀποδιδοὺς, τὴν ἡμέραν ἅπασαν τῆς οἰκίας ἐξιὼν, ὅποι βούλεταί τε περινοστῶν, νυκτὸς ἐπαγομένης ἐπανιὼν, ὥσπερ ἐκ κόπου, τροφῆς τε μεταλαμβάνει, καὶ κεῖται κατὰ τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα· ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, τεκμαιρόμενός τε ὡς οὐ προσήκει τοὺς τῆς πρεσβύτιδος λόγους ἀνεξετάστους καταλιπεῖν, συναρπάσας τὸν ἄνθρωπον, ὅστις εἴη λέγειν ἀπήτει. τοῦ δὲ οὐδὲν ἀναχομένου παντάπασιν ἀποκρίνασθαι, βάσανοι διὰ μαστίγων ἐπήγοντο. τοῦ δὲ μηδὲ τῇ διὰ τούτων ἐνδόντος ἀνάγκῃ, ξίφεσιν ἀμύττειν αὐτῷ τὸ σῶμα τοῖς ἱππεῦσιν ἐνεκελεύετο, προσθεὶς ὅτι αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος εἴη. καὶ ὃς, τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένων Βαρβάρων εἶναι κατάσκοπος ἔλεγε, ἀπαγγέλλειν τε αὐτοῖς ὅποι εἴη, καὶ ποίοις ἐπιέναι τόποις ἢ ἀνδράσι προσήκει. τούτου μὲν οὖν παρα-

vinumque cum aliis, quæ forte tum habebat, impertiisset: quandoquidem nox adpetebat, ibidem ut dormiret, orat. Hoc etiam ab anu impetrato, princeps in parte diversorii quadam cubans hominem conspicit, qui nihil omnino loquebatur, & latitare volenti similis erat. Quod admiratus, anum ad se vocat, & ille quis esset, aut unde, quærit. Ea respondere, se tum hoc, tum cujus rei caussa venisset, ignorare: verum hoc se scire fateri, ex quo tempore Theodosium Imperatorem cum exercitu reversum esse, nuntiatum fuerit; hunc hominem apud se divertere, ac singulos in dies persoluto victus pretio, diem totum domo egressum, & quocunque lubitum sit, circumeuntem, adventante nocte reverti velut à labore, cibumque sumere, atque illum in modum cubare, veluti jam conspiceretur. His auditis Imperator, qui hæc anûs indicia minime relinquenda conjiceret explorata; correptum hominem dicere jubet, quisnam esset. Illo nihil omnino proloqui auso, quæstiones flagris admotis instituebantur. Quum ne huic quidem adhibitæ vi cederet: equitibus imperat, gladiis corpus ejus pungerent; adjecto, se Theodosium Imperatorem esse. Tum ille, Barbarorum in paludibus abditorum exploratorem se dicere, quibus renuntiaret, ubinam locorum esset, & quæ regiones, quive homines essent invaden-

di-

di. Confestim huic abscissum caput.

Profectus vero ad exercitum princeps, qui non longe ab eo loco in castris erat, milites eo deducit, ubi degere Barbaros cognoverat: cumque suis in illillos irruens, omnes cujusvis ætatis interficit, ac partim in paludibus abditos extrahit, partim in ipsis aquis jugulat: ita quidem, ut ingens Barbarorum cædes ederetur. Dux vero Timasius, Imperatoris fortitudinem admiratus, ut militibus adhuc jejunis, qui non amplius sufficere laboribus illis per paludes exantlandis possent, sumendi cibi spatium concederetur, rogat. Quum Imperator adnuisset, signo tuba receptui dato, milites ab opere, Barbarorumque persequutione desistunt. Secessum ad epulas; quibus satiati, jamque à vino & labore victi, altum plane dormiunt, quo Barbari superstites animadverso, arma capiunt, & occupatos à somno temulentiaque adorti milites, hastis, & gladiis, & instrumento quovis ad cædem idoneo confodiunt: interfectusque cum copiis universis fuisset & ipse princeps, si non ex iis quidam qui necdum pransi fuerant, ad Imperatoris tentorium adcurrissent, & quod acciderat, nuntiassent. Quamobrem turbatus Imperator, & ii quos secum habebat; fuga periculum imminens evitare statuunt. Promotus autem, fugientibus obviam factus, (arcessitus enim à

χρῆμα ἐπέτεμε τὴν κεφαλήν.

Ἐλάσας δὲ πρὸς τὸ στρατόπεδον, οὐ πόῤῥωθεν αὐλιζόμενον, ἄγει τε αὐτοὺς ἔνθα ἔγνω τοὺς Βαρβάρους ἐνδιαιτᾶσθαι· σὺν αὐτοῖς τε ἐπιπεσὼν, ἡβηδὸν πάντας διέφθειρε, τοὺς μὲν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένους ἐξάγων, τοὺς δὲ καὶ ἐν τοῖς ὕδασιν ἀποσφάττων· ὥστε φόνον τῶν Βαρβάρων γενέσθαι πολύν. ὁ δὲ στρατηγὸς Τιμάσιος, τοῦ βασιλέως ἀγασθεὶς τὴν ἀνδρείαν, ἀσίτοις οὖσι τοῖς στρατιώταις καὶ οὐκέτι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς τέλμασι πόνους ἀρκεῖν δυναμένοις, τροφῆς ἠξίου συγχωρηθῆναι μεταλαβεῖν. τοῦ δὲ ἐνδόντος, ἡ μὲν σάλπιγξ ἠχοῦσα τὸ ἀνακλητικὸν, ἀφίστη τοὺς στρατιώτας τοῦ ἔργου, καὶ τῆς κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐπιφορᾶς. ἀναχωρήσαντες δὲ ἐπὶ τὴν εὐωχίαν, καὶ ταύτης ἐμφορηθέντες, οἴνῳ τε καὶ πόνῳ συνειλημμένοι, βαθύτατον ἐκάθευδον ὕπνον. ὅπερ αἰσθόμενοι τῶν Βαρβάρων οἱ περιλελειμμένοι, ὅπλα τε ἀνέλαβον, καὶ περιστοιχισάντες ὕπνῳ καὶ μέθῃ τοῖς στρατιώταις κεκρατημένοις, κατεκέντουν δόρασί τε καὶ ξίφεσι καὶ παντὶ τῷ πρὸς φόνον ἀρκοῦντι. συνανῄρητο δ' ἂν ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς, εἰ μὴ τινὲς τῶν οὔπω θοίνης μεταλαβόντων ἔδραμον ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν, τὸ συμβὰν ἐξαγγέλλοντες. ἐφ' οἷς αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ταραχθέντες, φυγῇ τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον ἔγνωσαν ἀποδρᾶναι· φεύγουσι δὲ αὐτοῖς ὑπαντήσας Πρόμωτος, (ἔτυχε γὰρ ὑπὸ τοῦ

βασιλέως μεταπεμπτὸς γεγονώς) τὸν μὲν βασιλέα περισώζειν αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτῷ συνόντας ἠξίου· τῶν γὰρ Βαρβάρων αὐτῷ μελήσειν, ἀξίαν τῆς αὐτῶν ἀπονοίας ἐπιθήσοντι δίκην. καὶ ἅμα ταῦτα λέγων, ἐπῄει· καὶ εὑρὼν ἔτι τοῖς καθεύδουσιν ἐγκειμένους, ἐπῆλθε μετὰ πάσης ὀξύτητος· καὶ τοσούτους ἀνεῖλεν, ὥστε ἢ οὐδένα ἢ σφόδρα ὀλίγους εἰς τὰ ἕλη συμφυγόντας περισωθῆναι.

Τὰ μὲν οὖν συνενεχθέντα τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ, μετὰ τὴν Μαξίμου καθαίρεσιν ἐπανιόντι, τοιάδε πως ἦν. 1 εἰς δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθών, ὅτι μὲν τῷ κατὰ Μαξίμου τροπαίῳ μέγα ἐφρόνει· τοῖς δὲ ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βαρβάρων, εἰς αὐτόν τε καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν γεγονόσι συνεσταλμένος, πολέμοις μὲν ἀπειπεῖν ἐγνώκει καὶ μάχαις· ἐπιτρέψας δὲ τὰ περὶ ταῦτα Προμώτῳ, αὐτὸς τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν ἐν ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τοῖς θεάτροις καὶ ἱπποδρομίαις ἐναβρυνόμενος. ὥστε ἔπεισί μοι θαυμάζειν τούτου τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ βίου ῥοπήν. φύσει γὰρ ὢν ἐκμελὴς ῥᾳθυμίᾳ τε πάσῃ, καὶ οἷς προεῖπον, ἐκκείμενος, λυπηροῦ

principe fuerat) ab Imperatore petit, ut ſibi ſuorumque ſaluti conſuleret: quippe Barbaros ſibi curæ futuros, qui merito contumaciam ipſorum ſupplicio caſtigaturus eſſet. Simul hæc dicens, Barbaros invadit. Quumque reperiſſet in militem adhuc dormientem irruentes, adortus eſt eos impetu velociſſimo, & tot interemit; ut vel nemo, vel admodum pauci, qui ſe rurſus in paludes receperunt, incolumes evaſerint.

Quæ igitur Imperatori Theodoſio contigêre, poſt interemtum Maximum redeunti; talia fere fuerunt. Reverſus autem Conſtantinopolim, ob partam quidem adverſus Maximum victoriam magnos gerebat ſpiritus; ob ea vero, quæ Barbari latitantes in paludibus, in ipſum, & in omnem exercitum patraverant, mæſtior factus, bellis ac pugnis valedicere decrevit. Quumque Promoto curam horum commiſiſſet, ipſe priorem vivendi rationem ad animum revocans, cœnas magnificas cœnabat, & in exquirendis voluptatibus curioſus erat, & theatris atque circenſibus ſemet oblectabat. Adeoque mihi principis hujus vitam, in partem utramque proclivem, mirari ſubit. Nam quum natura ſegnis eſſet, omni-

1. *Aliter Socrates lib. 5. Ecc. Hiſt. c. 14.* Τότε οὖν οἱ βασιλεῖς νικηφόροι ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐχώρουν. ἦν δὲ καὶ ὁ υἱὸς Ὀνώριος αὐτοῖς κομιδῇ νέος ὤν. μετὰ γὰρ τὴν κατὰ Μαξίμου νίκην μετεπέμψατο αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως. ἦσαν οὖν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπινικίους ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες.

que

que secordiæ, & indicatis antea vitiis deditus: si nihil ei triste, nihil formidabile, molestiam exhiberet, naturæ frœna laxabat: sin urgeret aliqua necessitas, quæ statum rerum quassatura timeretur; ignaviam deponebat, & deliciis valere jussis, ad virilem animum, ac laborum molestiarumque tolerantiam redibat. Quum ipso rerum usu docente talis esset, omni solicitudine liberatus, inditis à natura ignavi genii vitiis serviebat.

Ex iis autem quibus erant commissi magistratus, honoratissimo apud eum loco Rufinus habebatur, natione Celta, palatinorum ordinum magister. Huic enim princeps omnia credere, nec reliquos magni æstimare: quod animos Timasii & Promoti nonnihil pungebat, qui post tot exhausta pro republica discrimina, posteriore loco censerentur. Rufinus autem, hoc nomine sibi placens, & elatus animo, quoddam in consilio publico verbum paulo ferocius in Promotum jactat. Id ille non ferens, ori manum impegit, eumque percussit. Rufinus, ad principem ingressus, ostensa facie, tantam eum ad iram impulit, ut diceret, ni conceptam adversus Rufinum invidiam deponerent, brevi principem visuros. His Rufinus auditis, qui cæteroquin etiam infestus aliis

μὲν αὐτὸν οὐδενὸς ἢ δέος ἐπάγοντος, ἐνοχλοῦντος, ἐνεδίδου τῇ φύσει. καθιστάμενος δὲ εἰς ἀνάγκην, σαλεύειν κατά τι τὰ καθεστῶτα προσδοκωμένην, ἀπετίθετο μὲν τὴν ῥᾳθυμίαν, καὶ τῇ τρυφῇ χαίρειν εἰπὼν, εἰς τὸ ἀνδρωδέστερον καὶ ἐπίπονον καὶ ταλαιπαθὲς ἀνεχώρει. τοιοῦτος ἐξ αὐτῆς ἀποδεδειγμένος τῆς πείρας, ἐπειδὴ πάσης ἦν ἀπηλλαγμένος φροντίδος, ταῖς αὐτῇ φύσει προσούσαις [1] ἐκμελείαις ἐδούλευε.

Τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένων, ἐν τιμῇ κατ' ἐξαίρετον ἤγετο Ῥουφῖνος, Κελτὸς τὸ γένος, μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καταστάς. τούτῳ γὰρ πάντα ὁ βασιλεὺς κατεθάῤῥει, τῶν ἄλλων ὀλιγωρῶν. ὅπερ ἐκίνει Τιμάσιον καὶ Πρόμωτον, μετὰ τοσούτους ὑπὲρ τῆς πολιτείας κινδύνους ἐν δευτέρᾳ τάξει κειμένους. ἐφ' οἷς ὁ Ῥουφῖνος ὡραϊζόμενος, καὶ ἀναβεβηκὼς τῷ φρονήματι, σκέμματος κοινοῦ προκειμένου, θρασύτερόν τι ῥῆμα εἰς τὸν Πρόμωτον ἀπέῤῥιψεν. ὁ δὲ, οὐκ ἐνεγκὼν, ἐπήγαγε τῷ προσώπῳ τὴν χεῖρα, καὶ ἔπληξεν. ὁ δὲ, εἰσελθὼν καὶ τῷ βασιλεῖ τὸ πρόσωπον δείξας, τοσοῦτον ἐξανέστησεν εἰς ὀργὴν, ὥστε εἰπεῖν, εἰ μὴ τὸν κατὰ Ῥουφίνου φθόνον ἀπόθοιντο, ταχέως αὐτὸν ὄψονται βασιλεύοντα. ταῦτα ὁ Ῥουφῖνος ἀκηκοὼς, ἐπειδὴ καὶ ἄλλως καὶ ἄπα-

1. Aliorum testimonio præcipuâ ferri continentiæ laude supra notavimus.

σιν

σιν ἔσκολος διὰ φιλοπρωτείας ὑπερβολὴν, ἀναπείθει τὸν βασιλέα κελεῦσαι τῶν βασιλείων ἔξω που διατρίβειν Προμώτῳ, καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια μελέτῃ τοὺς στρατιώτας ἀσκεῖν. καὶ ἐπειδὴ τοῦτο κατέπραξε, καθίζει λόχον αὐτῷ Βαρβάρων, ποιουμένῳ τὴν ἐπὶ Θρᾴκην ὁδοιπορίαν. οἱ δὲ, τὸ σύνθημα δεξάμενοι, μηδὲν προειδομένῳ τοιοῦτον ἐπιθέμενοι, κατασφάζουσιν ἄνδρα πλούτου μὲν κρείττονα γεγονότα, χρησάμενον δὲ τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς βασιλεῦσιν εἰλικρινῶς, ἄξια δὲ τῆς προαιρέσεως ἐπίχειρα κομισάμενον, ὅτι τοῖς οὕτως ἐκμελῶς καὶ ἀσεβῶς τὰ κοινὰ πράγματα διαθεῖσιν ὑπηρετήσατο.

Ταύτης διαβοήτου τῆς πράξεως ἐν ἅπασι γενομένης, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν οὔσης, παντός τε τοῦ σωφρονοῦντος ἐπὶ τοῖς τοσούτοις ἀτοπήμασι σχετλιάζοντος, αὐτὸς μὲν Ῥουφῖνος, ὥσπερ τι σεμνὸν ἐργασάμενος, ὕπατος ἀνεδείκνυτο· Τατιανῷ δὲ, καὶ τῷ τούτου παιδὶ Πρόκλῳ (Ῥουφίνῳ προσκεκρουκόσι δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὅτι τὰς ὑπάρχους ἔχοντες ἐξουσίας, ὁ μὲν τῆς αὐλῆς, ὁ δὲ τῆς πόλεως, ἀδωροδόκητα καὶ ὡς ἔνι μάλιστα δεόντως αὐτὰς διετίθεσαν) ἐπήγετο πράγματα λόγον οὐκ ἔχοντα. καὶ ἵνα εἰς ἔργον ἀχθείη τὰ κατ' αὐτῶν βουλευόμενα, πρότερον ἀπετίθετο Τατιανὸς τὴν ἀρχὴν καὶ ἤγετο εἰς κρίσιν, ὑπάρχου τῆς αὐλῆς ἀποδεδειγμένου Ῥουφίνου· καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ, κοινωνεῖν ἐτάχθησαν ἕτε-

esset, ob nimium primatus & ambitionis studium; persuadet Imperatori, Promotum extra aulam alicubi commorari juberet, & ad rei bellicæ studium milites exercere. Quod quum obtinuisset, Barbaros in insidiis collocat, dum Promotus in Thraciam proficiscitur. Illi, accepto mandato, nihil tale prospicientem adgressi trucidant; virum, qui & opes contemserat, & erga rempublicam, ipsosque principes sincere se gesserat. Merita vero premia consilii voluntatisque suæ tulit, qui tam secorditer & impie publicas res administrantibus operam suam locasset.

Hujus facinoris fama ubique dedita, quum esset in ore omnibus, & modestissimus quisque tanta scelera periniquo ferret animo: Rufinus, quasi qui facinus honestum patrasset, consul designatur. Hinc Tatiano ejusque filio Proculo (qui Rufinum alia nulla de causa offenderat, quam quod præfecturas gerentes, ille prætorianam, hic urbanam, eas incorruptissimi à muneribus, & quam maxime fieri posset, ex officii ratione administraverant) negotia nulla justa de causa facessiuntur. Atque uti perfici possent, quæ in eos agitabantur consilia, prius magistratu Tatianus abdicatus, & in jus ducitur, Rufino præfecto aulæ designato. Ac in speciem quidem constituti sunt & alii, qui cum Rufino in societatem hu-

jus judicii venirent: ſed autoritatem ſententiæ ferendæ ſolus ille habebat. Quia vero Proculus, animadverſis inſidiis, fuga ſibi conſuluerat, & ſuſpectam Rufinus habebat induſtriam viri, metuebatque ne quid novi molitus, arte quadam res ſuas conturbaret: Tatianum patrem fraude, præſtitiſque juramentis circumventum, ipſo etiam Imperatore perſuaſo, ut tam patri quam filio ſpes maximas faceret; eoque modo de vera ſuſpicione traductum ad vana ſomnia, tandem impellit, ut filium per literas revocaret. Itaque Proculum, ſimul atque comparuiſſet, correptum carcer excipit; & Tatiano patriam incolere juſſo, frequenter ad cognoſcendam Proculi cauſam coitur. Tandem judices, ut inter ipſos & Rufinum convenerat, Proculum morte multandum Sycas, quod ſuburbii nomen eſt, abduci jubent. Id princeps animadvertens, miſit qui gladium ſcilicet à cervicibus ejus revocaret. At is, Rufini mandato parens, tardius abiit, &, ubi jam caput abſciſſum fuerat, advenit.

ροι Ῥουφίνῳ τῆς κρίσεως· ἐκεῖνος δὲ μόνος εἶχε τῆς ψήφου τὸ κῦρος. ἐπεὶ δὲ Πρόκλος, αἰσθόμενος τῆς [1] ἐπιβουλῆς, . . . ὑφορώμενος ὁ Ῥουφῖνος τὸ δραστήριον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δεδιὼς μὴ νεώτερόν τι φρονήσας συνταράξῃ τινὶ τὰ κατ᾽ αὐτὸν μηχανῇ, μετελθὼν ἀπάτῃ τὸν πατέρα καὶ ὅρκοις, καὶ τὸν βασιλέα πείσας ὑποφῆναι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ παιδὶ μεγίστας ἐλπίδας, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ μεταγαγὼν ἐκ τῆς ἀληθοῦς ὑπονοίας εἰς ματαίους ὀνείρους, ἀναπείθει Τατιανὸν γράμμασι τὸν παῖδα μετακαλέσασθαι. Πρόκλον μὲν οὖν, ἅμα τῷ φανῆναι συναρπασθέντα, τὸ δεσμωτήριον δέχεται· Τατιανοῦ δὲ τῇ τῆς πατρίδος οἰκήσει παραδοθέντος, ἀκροάσεις συνεχεῖς ἐπὶ τῇ τοῦ Πρόκλου συνήεσαν κρίσει. καὶ τελευτῶντες οἱ δικασταὶ, κατὰ τὸ Ῥουφίνῳ συγκείμενον, ἀπάγεσθαι τοῦτον ἐν Συκαῖς τῷ προαστείῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ προσέταττον. ὅπερ αἰσθόμενος ὁ βασιλεὺς, ἔστελλε μὲν δῆθεν τὸν ἀνακαλεσόμενον ἐκ τοῦ τραχήλου τὸ ξίφος. ὁ δὲ, συνθήματι Ῥουφίνου πειθόμενος, [2] σχολαίτερον ἀπιὼν, ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλήν.

---

1. Deſideratur [ἀπέδρα, φυγῇ διεσώθη] aut quid conſimile.

2. Annotat Sylburg. Hypallagen eſſe ita ut ſenſus hic ſit. τῷ δὲ σχολαίτερον ἀπιόντι ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσα ἡ κεφαλή. Nempe cum tardius proficiſceretur abſciſſum erat Procli caput priuſquam advenerit. Quid autem ſibi velit [τὴν ἐπὶ θανάτῳ] prorſus neſcio, cum nihil ſit, quod ego videam, cum quo [τὴν] poſſit congruere, niſi ſi illud ſubintelligi dicamus τὴν ἐπὶ θανάτῳ δίκην ὑφέξοντα. *Sed ſua cuique libera ſit conjectura.*

Ἐν δὲ τῷ ταῦτα πράττεσθαι, Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς ἀγγέλλεται τελευτήσας. ὁ δὲ τῆς τελευτῆς τρόπος ἐγένετο τοιόσδε. Ἀρβογάστης, ἐκ τῶν Φράγκων ὁρμώμενος ἔθνους, Βαύδωνι δὲ ὑποστρατηγεῖν Γρατιανοῦ βασιλεύοντος τεταγμένος, ἐκείνου τελευτήσαντος, τῷ δραστηρίῳ πεθαῤῥηκὼς, τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν εἰς ἑαυτὸν περιέστησε, βασιλέως οὐ δεδωκότος, κατάλληλος δὲ τοῖς ὑποτεταγμένοις στρατιώταις ὀφθεὶς, διά τε ἀνδρείαν καὶ πολεμικὴν ἐπιστήμην, καὶ χρημάτων ὑπεροψίαν, ἐπὶ μέγα προῆλθε δυνάμεως· καὶ τοσοῦτος ἦν, ὥστε καὶ πρὸς τὸν βασιλέα παῤῥησιάζεσθαι, καὶ ὅσα μὴ καλῶς αὐτῷ μηδὲ προσηκόντως ἔχειν ἐδόκει, κωλύειν. πρὸς ταῦτα δυσανασχετῶν ὁ Οὐαλεντινιανὸς, ἀντέτεινε μὲν πολλάκις, ἤνυε δὲ οὐδέν· ὠχύρωτο γὰρ ὁ Ἀρβογάστης τῇ τῶν στρατιωτῶν ἁπάντων εὐνοίᾳ. ὑποτελάχθαι δὲ τούτῳ περαιτέρω μὴ φέρων, ἐπειδὴ καθήμενος ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου τὸν Ἀρβογάστην ἐθεάσατο προσιόντα, δριμύτερον ὑποβλέπων, δέδωκεν αὐτῷ γράμματα τῆς ἀρχῆς παραλύοντα. ὁ δὲ, ἀναγνοὺς, Οὔτε δέδωκάς μοι, φησὶ, τὴν ἀρχὴν, οὔτε ἀφελέσθαι δυνήσῃ. καὶ ταῦτα εἰπὼν, διαῤῥήξας τε τὸ γραμμάτιον, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφεὶς, ἀπιὼν ᾤχετο. τότε δὴ λοιπὸν οὐκ ἐν ἀποῤῥήτῳ τὰ τῆς ὑποψίας ἐτρέφετο, φανερὰ δὲ παρὰ πᾶσι τὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς ἐγίνετο δυσμενείας. καὶ

Dum hæc agerentur, Valentinianus Imperator è vivis excessisse nuntiatur: hoc quodam modo interfectus. Arbogastes, oriundus è gente Francorum, quem secundum à Baudone duce locum Gratianus Imperator obtinere jusserat, illo rebus humanis exemto, fretus industria sua, citra principis auctoritatem magisterium militum in se transtulerat. Visus autem subditis sibi militibus idoneus, ob fortitudinem, reique bellicæ scientiam, & pecuniæ contemtum; magnam ad potentiam pervenit. Adeoque tantus erat, ut etiam adversus principem liberior esset, & quæcunque non recte, nec uti par erat, fieri putabat, prohiberet. Ea Valentinianus permoleste ferens, opponit se quidem illi sæpius; sed nihil proficit. Nam Arbogastes omnium militum benevolentia munitus erat. Tandem Valentinianus, haud ferens amplius, ut huic subjectus esset; quum augusto in solio sedens, accedentem videret Arbogastem: torvis oculis hominem adspiciens, libellum porrigit, quo ei magistratum abrogabat. Hoc ille perlecto; Nec potestatem mihi dedisti, ait, nec eripere poteris. Quibus prolatis, discerpto libello, & in terram abjecto, discedit. Ex eo tempore non clanculum suspiciones alebantur; sed omnibus eorum inimicitiæ patebant. Ac Valentinianus quidem, crebris

ad Imperatorem Theodosium literis utebatur, quibus eum de hujus viri adversus majestatem principis adrogantia certiorem reddebat: simulque petebat, ut opem sibi ferret; jurejurando adfirmans, se ad ipsum advolaturum, ni quamprimum hoc fecisset. Arbogasti vero, consideranti quid agendum esset, hujusmodi quoddam consilium ad animum accidit. Versabatur in aula quidam, cui nomen Eugenius, tanta eruditione doctrinæ præstans, ut & oratoriam profiteretur, & scholam aperiret. Hunc Richomeris, ut hominem perelegantem & urbanum, familiariter complectens, Arbogasti commendat; & ab eo petit, ut inter familiares & amicos illum habeat: quippe non futurum inutilem, si quando negotium aliquod emergat, quod officium veræ amicitiæ poscat. Igitur ubi Richomeris ad Imperatorem Theodosium profectus fuisset, adsidua consuetudo amicissimum Arbogasti Eugenium reddidit: adeoque nihil erat rei seriæ, quod illi non crederet. In hoc vero tempore, quum ei ad animum hic Eugenius accidisset, qui propter eximiam doctrinam, & vitæ gravitatem, ad bonum imperium futurus esset aptissimus; cum eo, quæ secum ipse deliberasset, communicat. Sed quum illum offendi per ea, quæ proponerentur, videret; hominem demulcere pergit, & hortari, ne rejiceret ea, quæ à fortuna of-

ὁ μὲν Οὐαλεντινιανὸς συνεχέσι πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράμμασιν ἐχρῆτο, τὴν κατὰ τῆς βασιλείας ἀλαζονίαν τἀνδρὸς ἐξαγγέλλων· καὶ βοηθεῖν παρεκάλει, δραμεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ τάχιστα τοῦτο ποιήσειεν, ἐπομνύμενος. Ἀρβογάστῃ δὲ τὸ πρακτέον ἀνασκοποῦντι, γνώμη τις ἐπῆλθε τοιαύτη. ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις ἀναστρεφόμενος, Εὐγένιος ὄνομα, παιδείᾳ προήκων ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ ῥητορικὸν ἐπανελέσθαι βίον, καὶ προεστάναι διδασκαλείου. πρὸς τοῦτον ὁ Ῥιχομέρης, οἷα σφόδρα χαρίεντα καὶ ἀστεῖον, ἔχων οἰκείως, Ἀρβογάστῃ συνίστησιν, ἔχειν ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ φίλοις αἰτήσας, ὡς καὶ ἐσόμενον ἄχρηστον, εἴποτε πρᾶγμα φιλίας ἀληθοῦς δεόμενον ἀνακύψειε. Ῥιχομέρους τοιγαροῦν ὡς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἐκδημήσαντος, ἡ συνεχὴς συνουσία φίλον Ἀρβογάστῃ τὸν Εὐγένιον ἐς τὰ μάλιστα πεποίηκε. καὶ οὐδὲν ἦν ὃ μὴ ἐθάῤῥει τῶν σπουδαίων αὐτῷ. τότε δὴ τὸν Εὐγένιον τοῦτον λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ὅτι διὰ παιδείας ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου σεμνότητα, πρὸς ἀγαθὴν βασιλείαν ἁρμοδιώτατος ἔσται, κοινοῦται μὲν αὐτῷ τὰ βεβουλευμένα· δυσαρεστοῦντα δὲ τοῖς λεγομένοις ἰδὼν, ἐπέμενε θεραπεύων, καὶ μὴ ἀποσείσασθαι τὰ δωρούμενα παρὰ τῆς τύχης αἰτῶν. ἐπεὶ δὲ ἔπεισεν, ἄμεινον ἔχειν ᾠ·

ἤδη

ἤδη, Οὐαλεντινιανὸν ἐκποδὼν πρότερον καταστῆσαι, καὶ οὕτως Εὐγενίῳ παραδοῦναι τὴν μοναρχίαν. τῷ βασιλεῖ τοίνυν ἐν Βιέννῃ Κελτικῇ πόλει τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, καὶ περὶ τὸ ταύτης τεῖχος ἅμα τισὶ τῶν στρατιωτῶν παιδιαῖς ἐνασχολουμένῳ, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντι κατὰ νοῦν, ἐμπεσὼν, [1] παίει καιρίαν, καὶ διαφθείρει. πάντων δὲ σιωπῇ τὸ τολμηθὲν ἐνεγκόντων, διά τε τὸ τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἀξίωμα, καὶ τὴν ἐν πολέμοις ἀνδρείαν, καὶ προσέτι γε ὅτι πολλὴν αὐτῷ διὰ τὸ χρημάτων ὑπερορᾶν οἱ στρατιῶται συνεισέφερον εὔνοιαν, ἀναδείκνυσιν Εὐγένιον βασιλέα, πᾶσιν ἐπ᾽ αὐτῷ χρηστὰς ἔχειν δεδωκὼς ἐλπίδας, διὰ τὰ τῷ ἀνδρὶ προσόντα πλεονεκτήματα.

Τούτων τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ συναγγελθέντων, συνετάραξεν ἡ τούτου γαμετὴ Γάλλα τὰ βασίλεια, τὸν ἀδελφὸν ὀλοφυρομένη. πολλῇ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς λύπῃ τε ἅμα καὶ φροντίδι κατείχετο, κοινωνοῦ μὲν τῆς ἀρχῆς ἐκπεσὼν καὶ νέου καὶ ἀγχιστείᾳ συνηπτομένου· περιπεσὼν δὲ ἀνδράσιν ἀλλοτρίως τε πρὸς αὐτὸν ἔχουσι, καὶ ἄλλως οὖσιν ἀμάχοις, διά τε τὴν Ἀρβογάστου θρασύτητι μεμιγμένην ἀνδρείαν, καὶ τὰς Εὐγενίου [2] παρε-

ferrentur. Ubi persuasisset, præstare ratus est, ut prius è medio Valentinianum tollerent, atque ita rerum summam Eugenio traderet. Quapropter Imperatorem, qui apud oppidum Galliæ Viennam commorabatur, & propter muros ejus ludicra cum quibusdam militibus exercebat, nihil tale cogitantem adortus, letaliter vulnerat & interficit. Quum omnes taciti facinus admissum ferrent, ob viri dignitatem, & fortitudinem bellicam: ac præterea, quod hominem magna benevolentia milites prosequerentur, qui pecuniam contemneret: Eugenium Imperatorem declarat, omnibus de hoc viro, propter ejus insignes dotes, spes bonas concipere jussis

His omnibus Theodosio principi eodem tempore nuntiatis, conjux ejus Galla, fratrem deplorans, universam turbavit aulam. Simul & ipse princeps magno mœrore curaque conficiebatur, qui consortem imperii florentem ætate, vinculoque junctum adfinitatis, amisisset; & in homines ab se alienos, & cæteroquin invictos, quum ob mistam audaciæ fortitudinem Arbogastis, tum insignes Eugenii cum do-

1. Sec. Zonaram, Eugenio seditionem moliente, Valentinianus φοβηθεὶς ἀγχόνῃ ἑαυτὸν τοῦ βίου ὑπεξήγαγε.
2. Sylb. [ἐμπρεπούσας] vel [προσούσας]

ctrina

ctrina conjunctas virtutes, incidisset. Quamvis igitur hæc diceret, & cum animo sæpius versaret; aleam tamen de summa rerum simul jacere decrevit, omnis generis adparatus ad bellum gerendum instituens. Et turmas quidem equestres Richomeri committere cogitabat, pluribus jam bellis ejus viri fortitudinem expertus; itidemque cæteris legionibus alios duces præficere. Quum autem Richomeris hujus ipsius consultationis tempore morbo exstinctus esset, non abs re semet ad alios duces deligendos convertit. Dum ergo de hoc sententia principis intra cogitationes ipsius adhuc hæreret, adesse missam ab Eugenio legationem nuntiatur; quæ de Theodosio principe quæreret, utrum adsentiri vellet, ut Eugenius imperio frueretur; an declarationem ejus, ut irritam rejiceret. Ea legatione Rufinus Atheniensis fungebatur; qui nec literas Arbogastis secum adtulit, nec ullam aliam mentionem illius fecit. Quum princeps in deliberando, legatisque dando convenienti responso, cunctaretur: accidit, ut etiam aliud quiddam hujusmodi fieret. Ubi primum Theodosius imperium fuerat consequutus, Barbaros quosdam ad amicitiam bellorumque socie-

πέσας μετὰ παιδεύσεως ἀρετάς. καίτοι γε οὖν ταῦτα λέγων τε καὶ ἀνακινῶν τῷ λογισμῷ πολλάκις, ἀναρρῖψαι τὸν ὑπὲρ πάντων ὁμοῦ τῶν πραγμάτων κύβον ἔγνωκε, παντοίαις παρασκευαῖς εἰς τὸν πόλεμον χρώμενος. καὶ τὰ μὲν ἱππικὰ τάγματα Ριχομήρει καταπιστεῦσαι διενοεῖτο, τῆς ἀνδραγαθίας τἀνδρὸς ἐκ πολλῶν ἤδη πολέμων πεπειραμένος, ἑτέρους δὲ τοῖς ἄλλοις τέλεσιν ἐπιστῆσαι τοὺς ἡγουμένους. Ριχομήρους δὲ κατὰ καιρὸν τὸν περὶ ταῦτα βουλῆς νόσῳ τελευτήσαντος, εἰκότως ἐφ' ἑτέρας ἡγεμόνων αἱρέσεις ἐτράπετο. γνώμης οὖν ἔτι περὶ τούτου τῆς τοῦ βασιλέως ἐννοίαις ὑποκειμένης, ἀπηγγέλλετο πρεσβεία παρὰ Εὐγενίου, πυνθανομένη τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου, πότερον τίθεται τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, ἢ ἀποτίθεται τὴν ἀνάρρησιν. ὁ δὲ τῇ πρεσβείᾳ διακονούμενος, ἦν Ρουφῖνος Ἀθηναῖος, Ἀρβογάστου μήτε γράμματα κομίσας, μήτε ἄλλην αὐτοῦ τινὰ ποιησάμενος μνήμην. τοῦ δὲ βασιλέως εἰς τὸ διασκέψασθαι καὶ προσηκόντως ἀποκρίνασθαι τοῖς πρέσβεσιν ἀναβαλλομένου, καὶ ἕτερόν τι τοιόνδε συνέπεσε πραχθῆναι. ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν, Θεοδόσιος Βαρβάρους τινὰς εἰς φιλίαν καὶ ὁμαιχμίαν ἐδέξατο, καὶ ἐλπίσιν αὐτοὺς καὶ δωρεαῖς [1] ἄλλαις

1. Sylb. [ἀδρῶς.]

τιμήσας

τιμήσας. εἶχε δὲ καὶ ἐν θεραπείᾳ πάσῃ καὶ τοὺς ἑκάστης φυλῆς ἡγουμένους, καὶ τραπέζης ἠξίου κοινῆς. οὗτοι διέστησαν τὰς γνώμας, ἔριδος αὐτοῖς κινηθείσης. οἱ μὲν γὰρ, ἔφασκον ἄμεινον εἶναι καταφρονῆσαι τῶν ὅρκων, οὓς ἔτυχον δεδωκότες, ὅτε Ῥωμαίοις ἑαυτοὺς ἐνεδίδοσαν· οἱ δὲ, τοὐναντίον, κατὰ μηδένα τρόπον ἐναντιωθῆναι τοῖς συγκειμένοις. ἦν δὲ ὁ μὲν πατῆσαι τὴν πίστιν ἐθέλων, καὶ πρὸς τοῦτο τοὺς ὁμοφύλους παρακαλῶν, Πείουλφος· Φραύστιος δὲ, ὁ τοῖς ὀμωμοσμένοις ἐμμεῖναι φιλονεικῶν. καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν ταύτην ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἔριν, ἐλάνθανον· ἐπεὶ δὲ τραπέζης ἠξιωμένοι βασιλικῆς, ἐκτεινομένου τοῦ πότου, παρεβλάπησαν εἰς ὀργὴν ἐξενεχθέντες, καὶ ἣν εἶχον ἐξέφηναν γνώμην. ὁ μὲν βασιλεὺς, τῆς ἑκάστου προαιρέσεως αἰσθόμενος, διέλυσε τὴν ἑστίασιν· ἀναχωρήσαντες δὲ τῶν βασιλείων, εἰς τοσοῦτον ἐξέστησαν, ἕως οὐκ ἐνεγκὼν ὁ Φραύστιος εἵλκυσε τὸ ξίφος, καὶ τὸν Πείουλφον παίσας ἀνεῖλεν. ὡς δὲ ἐπιπηδεῖν οἱ τούτου στρατιῶται τῷ Φραυστίῳ διενοήθησαν, ἐν μέσῳ στάντες οἱ βασιλικοὶ δορυφόροι, περαιτέρω προελθεῖν τὴν στάσιν ἐκώλυσαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς, ἤνεγκέ τε μετρίως, καὶ ἐν αὐτοῖς δαπανᾶσθαι δυσμεναίνοντας συνεχώρησε, τοὺς δὲ πρέσβεις δώροις τε καὶ λόγοις ἐπαγαγὼν, τὸ μέτριον ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν δοκοῦσιν, ἔπεμπεν ἐπ' οἴκου. καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων

tatem admiſerat, ſpe pariter & muneribus delenitos. Itidem & cujuſque nationis duces omni ſtudio proſequebatur, & menſæ adhibebat. Hos inter exorta contentione, ad animorum diſcidia ventum eſt. Nam alii præſtare dicebant, ut ſacramenta flocci facerent, quæ id temporis, quo Romanorum ſe poteſtati permiſiſſent, præſtiterant. E diverſo alii, nullo modo quidquam adverſus pacta conventa faciundum aiebant. Et qui datam fidem pedibus proculcari volebat, ac ſuæ nationis homines hortabatur, ut id facerent, Priulfus erat: Frauſtius vero, qui juramentis præſtitis inſiſtendum contendebat. Diu quidem certe non conſtabat, has inter eos rixas eſſe. Quum autem aliquando menſæ principis adhibiti, compotatione producta longius, ad iras abrepti mutuas prorupiſſent, animique ſui quiſque ſententiam aperuiſſet: Imperator, voluntate cujuſque cognita, finem epulo impoſuit. Illi vero quum à prætorio diſceſſiſſent, animis tantopere moti ſunt; ut tandem hæc non ferens Frauſtius, educto gladio Priulfum cæſum interficeret. Quum autem milites illius adgredi Frauſtium cogitarent, ſtantes in medio ſatellites principis, tumultum hunc progredi longius haud permiſerunt. Hæc tamen Imperator audita modice tulit, & inimicitiarum auctores mutuis ſe vulneribus conficere paſſus eſt. Legatos autem,

mune-

muneribus deceptos & verbis, quæ moderationis & humanitatis plena viderentur, domum remisit; post eorum abitum adparatui rerum bellicarum intentus. Ejus autem caput esse ratus, ut est, delectum prætorum; Romanis quidem exercitibus ducem Timasium, & secundum hunc, Stelichonem præfecit. Et erat hic Serenæ, principis Theodosii fratris filiæ, maritus. Fœderatos autem Barbaros, Gaini & Saulo parere jussit. Horum potestatis particeps erat & Bacurius, oriundus ex Armenia, vir omnis expers improbitatis, & rebus præterea bellicis exercitus.

Hoc modo delectis ab eo ducibus, quum jam ad profectionem properaret: conjugem ipsius Gallam parturientem mori contigit, infantis onere cum vita deposito. Huic Homerico more diurnis Imperator persolutis lacrymis, cum exercitu, bellum gesturus, discedit; Arcadio filio relicto, qui jam ante fuerat Imperator declaratus. Et quoniam adhuc juvenis erat, remedio quasi quodam id supplens, quod per ætatem ad prudentiam ei deerat; Rufinum ibidem relinquit, qui simul & aulæ præfectus esset, & ex animi sui arbitratu in quasvis res alias dominatum haberet; adeoque ageret omnia, quæcunque principi potestas eminentiæ tribuit. His constitutis, & Honorio minore filio secum abducto, sitas in medio nationes omnes cursim transiit; &

ἀποδημίαν, τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν εἴχετο. κεφάλαιον δὲ τῆς παρασκευῆς, ὥσπερ οὖν ἐστιν, οἰόμενος εἶναι τὴν τῶν στρατηγῶν αἵρεσιν, τῶν μὲν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων ἔταξεν ἡγεῖσθαι Τιμάσιον, καὶ ἐπὶ τούτῳ Στελίχωνα· (συνῴκει δὲ οὗτος Σερήνῃ, Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ θυγατρί) τοὺς δὲ συμμαχοῦντας αὐτῷ Βαρβάρους, ὑπὸ Γαΐνῃ ἔταξε καὶ Σαούλ. ἐκοινώνει δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς καὶ Βακούριος, ἕλκων μὲν ἐξ Ἀρμενίας τὸ γένος, ἔξω δὲ πάσης κακοηθείας ἀνήρ, μετὰ τοῦ καὶ τὰ πολεμικὰ πεπαιδεῦσθαι.

Ἡ μὲν οὖν ἀρχαιρεσία, τοῦτον αὐτῷ διετέθη τὸν τρόπον· ἤδη δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπειγομένῳ, συμβέβηκε Γάλλαν τὴν γαμετὴν ἐν ταῖς ὠδῖσιν αὐταῖς τελευτῆσαι, σὺν τῷ βρέφει καὶ τὸν βίον ἀποθεμένην. Ταύτην μὲν οὖν κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν νόμον ὁ βασιλεὺς ἐπ' ἤματι δακρύσας, ἀπεχώρει σὺν τῷ στρατῷ, τὰ κατὰ τὸν πόλεμον διαθήσων, ἀπολιπὼν Ἀρκάδιον τὸν υἱὸν, ἤδη πρὸ τούτου βασιλέα καθιστάμενον. ἐπεὶ δὲ νέος ἦν ἔτι, τὸ λεῖπον εἰς φρόνησιν αὐτῷ διὰ τὴν νεότητα θεραπεύων, ἀπέλιπεν αὐτόθι Ῥουφῖνον, ἅμα τε τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ὄντα, καὶ ἐς πᾶν ὁποιοῦν ἕτερον τῆς ἑαυτοῦ κυριεύοντα γνώμης, πράττοντά τε ὅσα βασιλεῖ δίδωσιν ἡ τῆς ὑπεροχῆς ἐξουσία. ταῦτα τε διαθεὶς, καὶ τὸν νεώτερον τῶν παίδων Ὁνώριον ἅμα ἑαυτῷ συνα-

παγαγὼν

παραγαγὼν, τὰ ἐν μέσῳ πάντα διέδραμεν ἔθνη· καὶ τῆς διὰ τῶν Ἄλπεων παρόδου κρατήσας παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, τοῖς πολεμίοις ἐπέστη. καὶ τὸν μὲν Εὐγένιον τῷ παραλόγῳ κατέπληξεν· οἰηθεὶς δὲ ἄμεινον εἶναι τὰ Βάρβαρα τάγματα τοῖς ἐναντίοις καθεῖναι, καὶ τούτοις πρότερον διακινδυνεύειν, Γαΐνην ἔταξε σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἔθνεσιν ἐπελθεῖν, ἑπομένων αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων, ὅσοι τῶν Βαρβαρικῶν ἔλαχον ἐξηγεῖσθαι ταγμάτων, ἱππέων τε ὁμοῦ καὶ ἱπποτοξοτῶν, καὶ πεζῶν. ἀντεπεξαγαγόντος δὲ Εὐγενίου, καὶ παντὶ τῷ στρατεύματι συμπεσόντων ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων, ἡλίου μὲν ἔκλειψιν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς μάχης συνέβη γενέσθαι τοιαύτην, ὥστε νύκτα εἶναι μᾶλλον ἐπὶ πλείονα νομίζεσθαι χρόνον· νυκτομαχοῦντα δὲ ὥσπερ τινὰ τὰ στρατεύματα, τοσοῦτον εἰργάσαντο φόνον, ὥστε κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τὸ μὲν πολὺ μέρος τῶν Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ συμμαχούντων ἀποθανεῖν, καὶ τὸν στρατηγὸν Βακούριον, ἀνδρειότατα τῶν σφετέρων προκινδυνεύσαντα· τοὺς δὲ ἄλλους παραλόγως ἅμα τοῖς περιλειφθεῖσι διαφυγεῖν. ἐπεὶ οὖν νυκτὸς γινομένης ἐφ' ἑαυτῶν ἐγένετο τὰ στρατόπεδα, ὁ μὲν Εὐγένιος, ἐπαρθεὶς τῷ προτερήματι, δῶρά τε διένειμε τοῖς ἠριστευκόσι, καὶ ἐνεδίδου δειπνεῖν ὡς δὴ μηδενὸς ἔτι μετὰ τοσοῦτον ἐλάττωμα πολέμου γενησομένου. τῶν δὲ ἐπὶ τὸ ἑστιᾶσθαι τραπέντων, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, ὄρθρον ἤδη μέλλοντα

Alpium aditu præter omnem ſpem potitus, ad hoſtes acceſſit, inopinato adventu Eugenio territo. Cæterum præſtare ratus, ut legiones Barbaras in adverſos immitteret, iiſque primum periclitaretur: Gainem, cum nationibus ſibi ſubditis, hoſtem adgredi juſſit, ſequentibus hunc aliis etiam ducibus, quicunque Barbaricis ordinibus, equitibus inquam, & ſagittariis equeſtribus, & peditatui præerant. Adverſus hos quum ſuos quoque produxiſſet Eugenius, omnibuſque copiis congreſſi jam eſſent exercitus: ipſo prœlii tempore talis defectus ſolis accidit, ut majore temporis ſpatio nox eſſe potius, quam dies, exiſtimaretur. Quumque nocturnam quodammodo pugnam exercitus pugnarent, tanta ſtrages hominum edita fuit; ut eo die major pars fœderatorum Theodoſii principis interficeretur, una cum Bacurio duce, qui ante ſuos fortiſſime ſe periculis objecit; cæteri, præter opinionem, fuga cum reſiduis evaderent. Igitur ubi noctis interventu ſe recollegiſſent exercitus, elatus ob victoriam Eugenius, dona diſtribuebat in eos, qui ſupra cæteros ſtrenue ſe geſſerant, & cœnandi poteſtatem faciebat; quaſi nullum amplius poſt tantam cladem acceptam, prælium futurum eſſet. His autem ad epulas converſis, Theodoſius Imperator auroram adpeten-

tem conspicatus, universis cum copiis in hostes adhuc humi jacentes irruit; & nihil eorum, quæ perpeterentur, sentientes occîdit. Quumque progressus ad Eugenii tentorium, quotquot propter hunc aderant, adortus, complures interemit: nonnullis, quos ipse terror excitaverat, dum fugam molirentur, captis: inter quos & Eugenius erat. Huic arrepto caput abscissum, hasta longissima præfixum, totis castris circumlatum fuit: ut iis ostenderetur, qui adhuc à partibus illius stabant, par esse, quando Romani haberi vellent, ut animis ad Imperatorem suum, præsertim tyranno jam de medio sublato, redirent. Quapropter omnes fere post victoriam superstites, ad Imperatorem cursu delati, Augustum inclamant, & admissorum veniam poscunt: quibus eorum precibus Imperator haud gravat m adnuit. Arbogastes autem qui Theodosii humanitatem experiri non cuperet, in montes asperrimos confugit: & animadvertens, omnia loca perlustrari ab iis qui eum quærerent; ipse sibi manus intulit;

θεασάμενος, ἐπέπεσε σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι κειμένοις ἔτι τοῖς πολεμίοις, καὶ οὐδενὸς ὧν ἔπασχον αἰσθανομένους ἀπέσφαττε. προελθὼν δὲ καὶ μέχρι τῆς Εὐγενίου σκηνῆς, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπιθέμενος, ἀνεῖλε τοὺς πλείονας. ἔνιοι δὲ τῇ καταπλήξει διεγερθέντες, καὶ ὁρμήσαντες εἰς φυγὴν, ἥλωσαν· ἐν οἷς καὶ αὐτὸς Εὐγένιος ἦν. ὃν συναρπάσαντες, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενοι, κοντῷ τε διαπείραντες μακροτάτῳ, πᾶν περιέφερον τὸ στρατόπεδον, δεικνῦντες τοῖς ἔτι [1] κἀκείνου φρονοῦσιν, ὡς προσήκει, Ῥωμαίους ὄντας, ὡς τὸν βασιλέα ταῖς γνώμαις ἐπανελθεῖν, ἐκποδῶν μάλιστα τοῦ [2] Τυράννου γεγενημένου. πάντες μὲν οὖν (ὡς εἰπεῖν) οἱ μετὰ τὴν νίκην ὑπολειφθέντες, ἐπὶ τὸν βασιλέα δραμόντες, τοῦτόν τε Αὔγουστον ἀνεβόησαν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις ἠξίουν ἔχειν συγγνώμην· καὶ ὁ βασιλεὺς ῥᾷον ἐπένευσεν. Ἀρβογάστης δὲ, τυχεῖν ὑπὸ Θεοδοσίου φιλανθρωπίας οὐκ ἀξιώσας, ἐπὶ τὰ τραχύτατα συνέφυγε τῶν ὀρῶν. αἰσθόμενος δὲ ὡς πάντα περινοοῦσι τόπον οἱ τοῦτον ἐπιζητοῦντες, ἑαυτὸν

1. Rectius ταχείνου.

2. Quem vicit Theodosius non fine apertâ deorum ope. Siquidem, *referente Socrate*, ἄνεμος σφοδρῶς ἐπιπνεύσας τὰ πεμπόμενα βέλη παρὰ τῶν Εὐγενίου κατ' αὐτῶν περιέτρεπεν. cui fidem addit illlud Claudiani.

O nimium dilecte deo, cui militat Æther,
Et conjurati veniunt ad Classica venti.

ὑπὸ

[1] ὑπέχει τῷ ξίφει, τὸν ἑκούσιον θάνατον τῆς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν συλλήψεως προτιμήσας.

Τῶν δὲ πραγμάτων ὧδε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προχωρησάντων, ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, τὸν υἱὸν Ὀνώριον ἀναδείκνυσι βασιλέα, Στελίχωνα στρατηγὸν τὸν ἀποφήνας ἅμα τῶν αὐτόθι ταγμάτων, καὶ ἐπίτροπον καταλιπὼν τῷ παιδί. συγκαλέσας δὲ τὴν γερουσίαν, τοῖς ἄνωθεν παραδεδομένοις ἐμμένουσι πατρίοις, καὶ οὐχ ἑλομένοις ἔτι συγκατενεχθῆναι τοῖς περὶ τὴν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν, λόγους [2] προσῆγε, παρακαλῶν ἀφιέναι μὲν ἣν πρότερον μετῄεσαν (ὡς αὐτὸς ἔλεγε) πλάνην, ἑλέσθαι δὲ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν, ἧς ἐπαγγελία, παντὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. μηδενὸς δὲ τῇ παρακλήσει πεισθέντος, μηδὲ ἑλομένου τῶν ἀφ' οὗπερ ἡ πόλις ᾠκίσθη παραδεδομένων αὐτοῖς πατρίων ἀναχωρῆσαι, καὶ προτιμῆσαι τούτων ἄλογον συγκατάθεσιν, (ἐκεῖνα μὲν γὰρ φυλάξαντας, ἤδη [3] διακοσίοις καὶ χιλίοις σχεδὸν ἔτεσιν ἀπόρθητον τὴν πόλιν οἰκεῖν· ἕτερα δὲ ἀντὶ τούτων ἀλλαξαμένοις, τὸ ἐκβησόμενον ἀγνοεῖν) τότε δὴ ὁ Θεοδόσιος

præſtare ratus, ut voluntariam mortem potius oppeteret, quam ut ab hoſtibus caperetur.

Quum hoc modo res Theodoſio principi ſucceſſiſſent, Romam ingreſſus, Honorium filium Imperatorem declarat, Stelichone legionum in iis locis duce creato, & eodem filio ſuo tutore relicto. Cæterum advocato ſenatu, qui patriis avitiſque ritibus inhærebat, nec adhuc permoveri poterat, ut iis adſentiretur qui ad contemtum deorum deflexerant; orationem habuit, qua eos hortabatur, ut miſſum facerent errorem, (ſic enim adpellabat) quem hactenus ſequuti fuiſſent; & Chriſtianorum fidem amplecterentur; quæ liberationem ab omni delicto & impietate polliceatur. Sed quum huic exhortationi nemo pareret, nec à patriis ritibus, quos inde uſque ab origine urbis accepiſſent, diſcedere vellent, & his expertem rationis adſenſum præferre: (quum dicerent, illis obſervatis, ſe jam mille ducentis propemodum annis urbem invictam incoluiſſe; cum quibus ſi commutarent alia, quid eventurum eſſet, ignorarent) tum vero Theodoſius,

1. Sylb. ἐπέχει, ut gladio intelligatur incubuiſſe, aliter enim eſſet hypallage pro ἑαυτῷ ὑπέχει τὸ ξίφος.

2. Leg. προσῆγε in Suidæ collectaneis.

3. Argumento, huic quod tantopere urgebant Ethnici, jamdudum reſponſum eſt ab Arnobio, D. Ambroſio, *Theodoſii coætaneo*, in apologiâ illâ quam pro Chriſtianis exornavit contra Symmachum.

fiscum sumtu gravari, qui in sacra & hostias fieret; seque ista velle abolere dixit: qui neque probaret id quod ageretur; & alioqui sciret, penuriam militarem majores pecunias poscere. Quum senatus respondisset, non rite fieri sacrificia, nisi de publico fierent impensæ; nihiloque minus ob hæc sacrorum lex abolita cessarit, aliaque neglecta jaceant, quæcunque à majoribus tradita fuerunt: deminutum particulatim Romanum imperium, Barbarorum domicilium factum est: aut potius incolis prorsus amissis, ad eam redactum est formam, ut ne loca quidem, in quibus urbes sitæ fuerunt, adgnoscantur. Sed hæc ad istam conditionem devenisse, particulatim instituta rerum narratio clare monstrabit. Cæterum Theodosius Imperator, Italiæ populis, & Hispanis, & Celtis, & universa præter hæc Africa, Honorio filio suo traditis; dum Constantinopolim

βαρύνεσθαι τὸ [1] δημόσιον ἔλεγε τῇ περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θυσίας δαπάνῃ, βούλεσθαί τε ταῦτα περιελεῖν, οὔτε τὸ πραττόμενον ἐπαινοῦντα, καὶ ἄλλως τῆς στρατιωτικῆς χρείας πλειόνων δεομένης χρημάτων. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα, μὴ δημοσίου τοῦ δαπανήματος ὄντος, διὰ τοῦτό τε τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ λήξαντος, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τῆς πατρίου παραδόσεως ἦν, ἐν ἀμελείᾳ κειμένων, ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια κατὰ μέρος ἐλαττωθεῖσα, [2] Βαρβάρων οἰκητήριον γέγονε, ἢ καὶ τέλεον ἐκπεσοῦσα τῶν οἰκητόρων, εἰς τοῦτο κατέστη σχήματος, ὥστε μηδὲ τοὺς τόπους ἐν οἷς γεγόνασιν αἱ πόλεις, ἐπιγινώσκειν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοῦτο τύχης κατενεχθέντα, δείξει σαφῶς ἡ κατὰ μέρος τῶν πραγμάτων ἀφήγησις· ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη, καὶ Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς, καὶ προσέτι γε Λιβύην ἅπασαν, Ὁνωρίῳ τῷ παιδὶ παραδοὺς, αὐτὸς εἰς

1. *Justa satis querela*; cum & ipsi Ethnici paulo ante vererentur, si modo revertisset à Persiâ Julianus *boves illi in sacrificia defuturos*.

2. *Gothos* jam innuit, non uti solet, *Christianos*. Neque sane mirum est Deum P. R. ultimam induxisse barbariem cum Macedonius, Eutyches, Nestorius adeo in Deum grassati sint, ut nihil pene jam reliquum fuerit quam nullum credere Deum esse, cum de uno tam contraria illi effinxerint, suorumque dogmatum longè latèque contagionem disseminaverint. Hinc itaque repetenda est R. Imp. calamitas, non quod antiquos Deos sublatum iverint Christiani Imperatores, sed quod in unicum illum ac verum Deum omnis fere populus injurius fuisset.

τὴν

τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανιὼν, ἐτελεύτησε νόσῳ· καὶ τὸ τούτου σῶμα ταριχευθὲν, τοῖς ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει βασιλικοῖς τάφοις ἐναπετέθη.

revertitur, morbo vitam finiit; ejusque corpus pollinctum, sepulcris imperatoriis, quæ Constantinopoli sunt, illatum fuit.

ΖΩΣΙ-

ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσυνηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βιβλίον Πέμπτον.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fiſci,

HISTORIÆ NOVÆ

Liber Quintus.

POsteaquam ſummum imperium ad Arcadium & Honorium perveniſſet, nomine quidem tenus id obtinere videbantur; ſed reapſe totius principatus poteſtas per orientem penes Rufinum, per occidentem in arbitrio Stelichonis erat. Itidem lites omnes apud eos magna licentia determinabantur; & victor abibat, qui pecunia ſententiam redimebat, vel alioqui judicis benevolentiam neceſſitudine quadam ad ſe trahebat. Prædia vero, quorum domini omnium ore tanquam beati prædicabantur, ad hos ipſos perveniebant: aliis quidem, muneribus eos demulcentibus, eaque via calumnias e-

Τῆς δὲ τῶν ὅλων ἀρχῆς εἰς Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον περιστάσης, ἄχει μὲν ὀνόματος ἐδόκουν ἔχειν τὸ κράτος· ἡ δὲ πᾶσα τῆς ἀρχῆς δύναμις ἦν, κατὰ μὲν τὴν ἑῴαν, παρὰ Ῥουφίνῳ, κατὰ δὲ τὴν ἑσπέραν, ἐν τῇ Στελίχωνος γνώμῃ· δίκαι τε πᾶσαι παρ᾽ αὐτοῖς κατ᾽ ἐξουσίαν ἐκείνοντο, καὶ ἀπῄει κεκρατηκὼς ὁ χρημάτων τὴν ψῆφον ὠνούμενος, ἢ δι᾽ ἄλλως οἰκειότητι τὴν τοῦ δικάζοντος ἐπισπώμενος εὔνοιαν. κτήματα δὲ, ὅσα τοὺς κυρίους ἐν τοῖς ἁπάντων ἐποίει στόμασιν εὐδαίμονας ὀνομάζεσθαι, μετῄει πρὸς τούτους, τῶν μὲν, δωρεαῖς θεραπευόντων, καὶ τούτῳ

τὸ συκοφαντεῖσθαι διαφυγόντων, ἑτέρων δὲ τὰ οἰκεῖα προϊεμένων ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν ἀρχῆς, ἢ ἄλλην τινὰ πριάσθαι τῶν πόλεων ὄλεθρον. παντὸς δὲ εἴδους πονηρίας ταῖς πόλεσιν ἐπιπολάζοντος, ὁ μὲν ἁπανταχόθεν πλοῦτος εἰς τὴν Ῥουφίνου καὶ Στελίχωνος οἰκίαν εἰσέῤῥει, καὶ ἡ πενία κατὰ πάντα τόπον ἐπενέμετο τὰς τῶν πάλαι πλουτούντων οἰκίας· ᾐσθάνοντο δὲ τῶν γινομένων οἱ βασιλεῖς οὐδενὸς, ἀλλὰ ἄγραφον ᾤοντο νόμον, ὅσα Ῥουφῖνος ἐπέταττε καὶ Στελίχων. ἐπεὶ δὲ ἄπληστος ἦν αὐτοῖς πλοῦτος συνειλεγμένος, ἤδη καὶ τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ μνᾶσθαι Ῥουφῖνος ὠνειροπόλει, διανοούμενος, ἣν εἶχε θυγατέρα γάμων ὡραίαν, κατεγγυῆσαι τῷ βασιλεῖ· ὅθεν εἰσδύσεως πρόφασιν εἶχε. καὶ δή τινι καθίησι περὶ τούτου λόγους ἐν παραβύστῳ διά τινων ἐπὶ τῇ βασιλικῇ θεραπείᾳ τεταγμένων, αὐτὸς μὲν οἰόμενος μηδένα παντάπασι τὴν σκέψιν εἰδέναι, τῆς δὲ φήμης ἄχρι τοῦ δήμου τὸ μελετώμενον ἐνεγκούσης. ἐκ γὰρ τῆς ὑπεροψίας ὄγκου, καὶ τῆς ὁσημέραι προστιθεμένης ἀλαζονείας, τὴν τούτου ἔννοιαν ἅπαντες ἐτεκμαίροντο, καὶ τὸ κατ' αὐτοῦ κοινὸν ηὐξάνετο μῖσος. ὁ δὲ, ὥσπερ τὰ μετριώτερα πλημμελήματα μείζοσιν ἀτοπήμασιν ἐξεπίτηδες ἀποκρύψαι βουλόμενος, ἕτερον ἐτόλμησε τοιόνδε.

Φλωρεντίῳ, τῆς αὐλῆς ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὑπάρχῳ γενομένῳ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ιου-

vitantibus: aliis vero ſponte res ſuas dimittentibus, ut magiſtratum aliquem conſequerentur, vel aliam quandam urbium perniciem ſibi compararent. Quumque per urbes omne genus improbitatis increviſſet, quidquid ubique divitiarum erat, in Rufini Stelichoniſque domum confluebat; & omnibus in locis paupertas eorum domos exhauribat, qui locupletes olim fuerant. Neque principes ſentiebant quidquam eorum quæ gerebantur: ſed quæcunque Rufinus imperaſſet, aut Stelicho, pro lege non ſcripta ducebant. Et quoniam immenſas opes illi congeſſerant, jam Rufinus de imperio quoque ſibi parando ſomniabat, quum de tradenda in matrimonium principi filia nubili cogitaret, atque hanc adeundi principatus occaſionem haberet. Adeoque de hoc per quoſdam inſervientes principi ſecreto mentionem injicit; quum ipſe quidem exiſtimaret, nemini omnino quidquam de hoc conſilio conſtare; fama vero paſſim id, quod moliebatur, ad ipſam plebem uſq; divulgaret. Nam ex ipſo tumore ſuperbiæ, & creſcente in dies adrogantia, quid haberet in animo, conjiciebant õnes: & odium commune adverſus eum augeſcebat. Ipſe vero, quaſi delicta modica majoribus de induſtria facinoribus occultare vellet, aliud quiddam hujuſmodi auſus eſt.

Florentius, qui apud tranſalpinas gentes præfectus prætorii fuerat

fuerat id temporis, quo magnus ille Julianus dignitatem Cæsaris obtinebat, filium habuit Lucianum. Hic Rufino patrono utebatur, & prædiis suis maximi pretii jam ei cesserat. Quo nomine se juveni Rufinus obligatum, numquam non profitebatur, & laudes ejus apud Imperatorem Arcadium commemorabat. Is vero comitem orientis fecit: cujus magistratus ea potestas est, ut, qui eum gerit, omnibus provincias orientis administrant ɔus præsit, & quæcunque non ..guntur, uti par erat, corrigat. Itaque Lucianus omnem erga subditos dignam præside virtutem declarans, ob justitiam, temperantiam, cæterasque dotes omnes, quæ magistratum ornare possunt, sane quam celebris erat: nec vel personarum discrimen, vel aliud quidquam in animo ejus hærebat, extra ea quæ lex dictaret: ita quidem, ut aliquando Imperatoris etiam patruum Eucherium, petentem aliquid præter rationem decori, re non impetrata rejectum, tantopere commoverit, ut is hominem apud Imperatorem calumnia gravaret. Quumque princeps in Rufinum culpam conferret, qui tali viro tantam potestatem dedisset: Rufinus, arrepta occasione, quasique principis reprehensionem moleste ferens, nemini consilio suo patefacto, cum paucis admodum Antiochiam proficiscitur: & intempesta nocte civitatem ingressus, comprehensum Lucianum, nemine prorsus accusante, causam

λιανὸς ὁ μέγας τὴν τοῦ Καίσαρος εἶχε τιμὴν, Λουκιανὸς ἦν υἱός. οὗτος ἐχρῆτο προστάτῃ Ῥουφίνῳ, τὰ τιμιώτατα τῶν ὄντων αὐτῷ κτημάτων εἰς ἐκεῖνον μετενεγκών· ἐφ' οἷς ὁμολογῶν χάριτας ὁ Ῥουφῖνος τῷ νεανίσκῳ διετέλεσεν, ἐπαίνους αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ Ἀρκαδίῳ διεξιών. ὁ δὲ κόμητα τῆς ἑώας πεποίηκεν. αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ βούλεται τὸν προβεβλημένον αὐτῆς, ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τὰς τῆς ἑώας ἐπαρχίας ἰθύνουσι, καὶ ἐπὶ τοῖς οὐ κατὰ δέον πραττομένοις εὐθύνειν. ὁ Λουκιανὸς τοίνυν, πᾶσαν ἀρχικὴν ἀρετὴν εἰς τοὺς ἀρχομένους ἐπιδεικνύμενος, ἐπὶ δικαιοσύνῃ, καὶ σωφροσύνῃ καὶ πᾶσι τοῖς ἄρχοντα κοσμεῖν δυναμένοις, διαβόητος ἦν, οὔτε προσώπων διαφορὰν, οὔτε ἕτερόν τι κατὰ νοῦν ἔχων, πλὴν ὧν ὁ νόμος ὑπηγόρευε. ὥστε ἀμέλει καὶ τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον Εὐχέριον, αἰτοῦντά τι παρὰ τὸ προσῆκον, ἀποσεισάμενος εἰς τοσοῦτον ἐκίνησεν, ὥστε πρὸς τὸν βασιλέα διαβάλλειν. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς αἴτιον εἶπεν εἶναι Ῥουφῖνον, ἀνδρὶ τοιούτῳ τοσαύτην ἀρχὴν δεδωκότα, λαβὼν πρόφασιν ὁ Ῥουφῖνος, καὶ ἐφ' οἷς ἐμέμψατο ὁ βασιλεὺς δῆθεν ἀγανακτῶν, οὐδενὶ τὴν γνώμην ἣν εἶχεν ἐκφήνας, ἅμα σφόδρα ὀλίγοις ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἵεται· νυκτὸς δὲ βαθείας ἐπιδημήσας τῇ πόλει, τὸν Λουκιανὸν συναρπάσας, εἰς εὐθύνας ἄγει, κατηγοροῦντος παντάπασιν οὐδενός.

σφαίραις

σφαίραις δὲ μολιβδίναις αὐτὸν κατὰ τοῦ τένοντος ἐνεκελεύετο παίεσθαι· καὶ διαλιπόντα παραχρῆμα φέρεσθαι φορείῳ κεκαλυμμένον ἐποίει, διδοὺς ἅπασιν ὑπονοεῖν, ὡς οὐ τεθνηκὼς εἴη, τεύξεται δὲ πάντως φιλανθρωπίας. καὶ ἡ μὲν πόλις ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τοῦ δράματος ἐδυσχέραινεν· ὁ δὲ, τιθασεύων τὸν δῆμον, βασιλικὴν ᾠκοδόμει στοάν, ἧς οὐδὲν ἡ πόλις ἔχει διαπρεπέστερον οἰκοδόμημα. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπανελθὼν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, τὰ περὶ τὴν τοῦ βασιλέως κηδείαν ἐπραγματεύετο, σπεύδων ὅσον οὐδέπω τὴν θυγατέρα τούτῳ συνάψαι. Τύχης δέ τινος ἕτερόν τι παρὰ τὸ προσδοκώμενον ἐκείνῳ πρυτανευούσης, διήμαρτε τῆς ἐλπίδος ὁ Ρουφῖνος, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἤστην δύο παῖδε Προμώτου, Θεοδοσίου περιόντος ἔτι, τοῖς αὐτοῦ παισὶ [1] συναναστρεφόμενοι. τούτων δ' ἅτερος εἶχε παρ' ἑαυτῷ παρθένον, κάλλει λάμπουσαν ἐξαισίῳ. ταύτην Εὐτρόπιος, εἷς τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχων, ἀγαγέσθαι παραινεῖ τῷ βασιλεῖ, τὰ περὶ τὸ κάλλος διεξιών. ἐπεὶ δὲ τοὺς λόγους ἡδέως ἑώρα δεχόμενον, ἔδειξε τῆς κόρης εἰκόνα· ταύτῃ τε πρὸς μείζονα τὸν Αρκάδιον ἐγείρας ἐπιθυμίαν, ἔπεισε τὸν ταύτης γάμον ἑλέσθαι, Ρουφίνου μηδὲν ἐπισταμένου τῶν πραττ-

Gaines autem, qui Romanorum calamitates indigno videretur animo ferre, mirari ſe Tribigildi ſtrategemata ſimulat; quem prudentia diceret inſuperabilem, & ſagacitate potius, quam viribus hoſtem vincere. Quum transjeciſſet in Aſiam, neminem adgreditur;

1. *Supra vero* [ἃ συνέκειτο πρὸς Τριβίγιλδον αὐτῷ.]
2. Sylb. [ἐνδιέτριβε.]

sed urbium & agrorum excidio neglecto, tantumque subsequens hostem, & quodam modo spectator eorum quæ gererentur; Tribigildi progressum in orientem exspectat, clam copias ad eum mittens, auxilio futuras ad ea quæ moliretur; necdum sua de rebus institutis patefacta sententia. Quod si Tribigildus Phrygiam ingressus, non Pisidiam versus, sed in Lydiam protinus contendisset: nihil fuisset impedimento; quo minus ea nullo labore per vim capta, simul & Ionia periisset: unde navigiis transvectus in insulas, comparata classe, quantam quidem vellet, universum percurrisset orientem, & nullis idoneis copiis resistentibus, ad Ægyptum usque cuncta diripuisset. At enim quod hæc ad animum ei non accidissent, copiasque ducere statuisset in Pamphyliam, finitimam Pisidis: in itinera multum impedita, & equitatui prorsus inaccessa, incidit. Quum nullus eis obsisteret exercitus, Valentinus quidam, Selgæ municeps, quod Pamphyliæ oppidulum est, in colle situm; homo mediocriter eruditus, & rei bellicæ non omnino rudis, mancipiorum & agricolarum multitudine collecta, quotquot erant exerciti pugnis adversus vicinos prædones continuis, in colles constituit, iis imminentes locis, per quæ transeundum erat:

λέων καὶ τῆς χώρας ἀπώλειαν, ἐπακολουθῶν μόνον· καὶ τὰ γινόμενα τρόπον τινὰ θεωρῶν, ἐκαραδόκει τὴν ἐπὶ τὴν ἑῴαν τοῦ Τριβιγίλδου διάβασιν, ἐκπέμπων μὲν αὐτῷ λάθρα δυνάμεις, συνεπιλαμβανομένας οἷς ἐπεχείρει, μήπω δὲ τὴν ἑαυτοῦ περὶ τὰ πράγματα γνώμην ἐπιδείξας. εἰ μὲν οὖν ἐπελθὼν ἐπὶ τὴν Φρυγίαν ὁ Τριβίγιλδος, μὴ τὴν ἐπὶ Πισιδίαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ Λυδίαν ἐχώρησεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε, ταύτης ἀκονιτὶ κατὰ κράτος αἱρεθείσης, συναπολέσθαι καὶ τὴν Ἰωνίαν αὐτῇ· κἀκεῖθεν αὐτὸν ἐπὶ τὰς νήσους σκάφεσι διαβάντα, καὶ ναυτικὸν ὅσον ἐβούλετο ποιησάμενον, ἅπασαν τὴν ἑῴαν διαδραμεῖν, καὶ μέχρις Αἰγύπτου πάντα λῃΐσασθαι, μηδεμιᾶς ἀξιομάχου δυνάμεως οὔσης· ἐπεὶ δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἔλαβε κατὰ νοῦν, ἔγνω δὲ τῇ Παμφυλίᾳ Πισίδαις ὁμορούσῃ τὰς δυνάμεις ἐπαγαγεῖν, ὁδοῖς μὲν ¹ἔτυχε δυσεμβάτοις, καὶ ἱππασίᾳ παντάπασιν ἀπροσίτοις. στρατοπέδου δὲ οὐδενὸς ἐναντιουμένου, Οὐαλεντῖνός τις τὴν Σέλγην οἰκῶν, (πολίχνη δ' αὕτη Παμφυλίας ἐστὶν, ἐπὶ λόφου κειμένη) παιδείας μετρίως ἡμμένος, καὶ πείρας οὐκ ἔξω τυγχάνων πολεμικῆς, συναγαγὼν οἰκετῶν πλῆθος καὶ γεωργῶν, τῶν πρὸς τοὺς γειτνιῶντας λῃστὰς συνεχέσι μάχαις γεγυμνασμένους, εἰς τοὺς ὑ-

1. Loco compositi [ἐνέτυχε.]

προκειμένους τῶν παρόδων ἔστησε λόφους, ὡς ἂν θεωροῦντες ἅπαντας τοὺς διὰ τῆς ὁδοῦ πορευομένους, αὐτοὶ μὴ φαίνοιντο, κἂν εἰ ἡμέρας οὔσης οἱ ἐναντίοι διαβαίνοιεν. τοῦ δὲ Τειβιγίλδου διὰ τῆς ὁμαλωτέρας ὁδοῦ, μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ Βαρβάρων, ἐπὶ τὰ κάτω μέρη τῆς Παμφυλίας ἐλάσαντος, ἐλθόντός τε ἐπὶ νυκτὸς οὔσης εἰς τοὺς ὑποκειμένους τῇ Σέλγῃ τόπους, ἐβάλλοντο σφενδόναις οἱ Βάρβαροι συνεχέσιν, ἀφιεμένων πετρῶν χειροπληθῶν, καὶ ἔτι μειζόνων· ἦν γὰρ ἐξ ὑπερδεξίων ῥᾳδία καὶ ἡ τῶν ἀδροτέρων ἄφεσις λίθων. ἀποφυγῆς δὲ οὐκ οὔσης, (ἦν γὰρ κατὰ μὲν τὸ ἕτερον τῆς ὁδοῦ μέρος, λίμνη βαθεῖα καὶ τέλματα· κατὰ δὲ τὸ ἕτερον, ἄνοδος στενή, δυοῖν μόλις ἀνδράσι πάροδον ἐνδιδοῦσα· κυκλοειδῆ δὲ τὴν ἄνοδον οὖσαν, οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι κοχλίαν, τῇ θέσει τοῦ ζώου παρεμφερῶς. τοῦτον ἐφύλαττε τὸν τόπον Φλωρέντιός τις, συμμάχους ἔχων εἰς τὸ κωλῦσαι τοὺς πειρωμένους διαβαίνειν ἀρκοῦντας) ἐν τούτοις ἀπειλημμένοι τοῖς τόποις οἱ Βάρβαροι, καὶ τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν λίθων βαλλόμενοι, κατὰ τὸ πολὺ διεφθείροντο μέρος. κατὰ στενοχωρουμένων γὰρ αὐτῶν, οἱ λίθοι πίπτοντες, οὐ διημάρτανον φόνου. πολλῆς τοίνυν ἐχούσης αὐτοὺς ἀπορίας, οἱ μὲν πλείους, εἰς τὴν λίμνην ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ἵππων ἀφῆκαν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν πετρῶν φεύγοντες θάνατον, ἐν τοῖς τέλμασι διεφθάρησαν. Τειβίγιλδος δέ, ἅμα

ut adſpicientes univerſos iter iſtac facientes, ipſi prorſus à nemine conſpicerentur, licet hoſtes interdiu tranſirent. Poſteaquam Tribigildus itinere magis plano ad inferiora Pamphyliæ loca cum Barbaris ſuis adequitaſſet, ac noctu ad ſubjecta Selgæ loca perveniſſet: continuis Barbari fundarum ictibus petebantur, excuſſis ejus magnitudinis lapidibus, qui manus implerent, atque etiam majoribus. Quippe de locis ſuperioribus etiam lapidum paulo majorum jactus facilis erat. Quum autem nullum eſſet effugium (nam ex altera viæ parte ſtagnum profundum & paludes erant; ex altera quidam artus adſcenſus, qui tranſitum vix duobus viris præbebat. Et adſcenſum hunc, qui erat orbicularis, ob ſimilitudinem animalis, incolæ cochleam vocant. Hunc vero locum Florentius quidam cum præſidio tenebat, quum tot militiæ ſocios ſecum haberet, quot quidem ad impediendos eos, qui tranſire conarentur, ſufficerent, intercepti locis hiſce Barbari, & copia magnitudineque ſaxorum obruti, majori ex parte peribant. Nam quod in anguſtum cogerentur, decidentes in eos lapides aberrare non poterant, quin aliquos occiderent. Itaque conſilii vehementer inopes, in ſtagnum ſe complures una cum equis demiſerunt; dumque mortem vitant, quæ à ſaxis immineret, in paludibus extincti

ſunt.

sunt. Tribigildus autem, cum trecentis conſcenſa cochlea, maximaque pecunia corrupto Florentio, cum militibus præſidiariis, tanſitum redimit: eoque modo quum evaſiſſet, reliquos omnes funditus deleri paſſus eſt. Ratus hac ratione Tribigildus eo ſe liberatum periculo, quod Valentinus ipſi creaverat; in alia prioribus non minora præceps actus eſt. Nam univerſi propemodum oppidorum incolæ, correptis armis obviis, eum cum trecentis illis fugæ ſociis, intra Melanem & Eurymedontem amnes concluſerunt: quorum alter ſupra Sidam labitur, alter Aſpendum interfluit. In arctum coactus, & quid ageret, neſciens; ſuos ad Gainem mittit. Is permoleſte quidem ferens ea, quæ accidiſſent; quod tamen necdum animi ſui de rebellione ſententiam aperiret, Leonem, ſecundum ab ſe ducem mittit, qui Pamphyliis opem ferret, & cum Valentino Tribigildi copias adoriretur, nec amnes ab eis tranſiri permitteret. Leo quamvis natura vecors, & omni luxuriæ deditus; tamen quod imperatum erat, facit. Gaines autem veritus ne forte dum Tribigildus ab omni parte oppugnatur, qui pares adverſariis copias non haberet, ad internecionem deleretur: Barbaro-

τριακοσίοις ἀναβὰς ἐπὶ τὴν κοχλίαν, καὶ χρήμασιν ὅτι πλείστοις τὸν Φλωρέντιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ φύλακας ὑπαγαγὼν, ὠνεῖται τὴν πάροδον· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαφυγὼν, τοὺς λοιποὺς ἅπαντας περιεῖδεν ἄρδην ἀπολλυμένους. τοῦτον δὴ τὸν τρόπον οἰηθεὶς ὁ Τριβίγιλδος τὸν ἐπαχθέντα παρὰ Οὐαλεντίνου κίνδυνον αὐτῷ διαπεφευγέναι, [1] τῶν πρότερον οὐκ ἐλάττοσι καθίστατο κινδύνοις περιπετής. ἅπαντες γὰρ (ὡς εἰπεῖν) οἱ τῶν πόλεων οἰκήτορες, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι, συνέκλεισαν αὐτὸν ἅμα τοῖς συμφυγοῦσι τριακοσίοις, ἐν μέσῳ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ καὶ τοῦ Εὐρυμέδοντος· ὧν ὁ μὲν, ἐπέκεινα διαβαίνει τῆς Σίδης· ὁ δὲ, διαρρεῖ τὴν Ἀσπένδῳ. στενοχωρούμενος δὲ, καὶ ἀπορῶν ὅ τι πράξειε, πρὸς τὸν Γαΐνην διεπρεσβεύετο. ὁ δὲ, δυσχεραίνων ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, οὔπω δὲ ἣν εἶχε περὶ τὴν ἐπανάστασιν γνώμην ἐμφαίνων, Λέοντα τὸν ὑποστρατηγοῦντα, βοηθήσοντα τοῖς κατὰ Παμφυλίαν ἐξέπεμπεν, ἐπιθησόμενον τοῖς ἀμφὶ Τριβίγιλδον ἅμα Οὐαλεντίνῳ, καὶ οὐ συγχωρήσοντα τοὺς ποταμοὺς διαβῆναι. ὁ δὲ, ἄνανδρος ὢν φύσει καὶ τρυφῇ πάσῃ τὸν βίον ἐκδεδωκὼς, ὅμως ἐποίει τὸ κελευόμενον. ὁ δὲ Γαΐνης, δεδιὼς μήποτε πανταχόθεν ὁ Τριβίγιλδος πολιορκούμενος, οὐκ ἔχων ἀξιόμαχον δύναμιν, ἄρδην ἀπόλοιτο, τῶν συνόντων αὐτῷ

1. Paginâ ſequente legitur τῶν προτέρων.

Βαρβάρων λόχους ἄλλους ἔπεμπε τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, ὅπως αὐτά τε κατὰ βραχὺ διαφθείροιντο, καὶ Τριβιγίλδῳ φυγῆς εὐρυχωρία δοθείη. συνέπιπτον τοίνυν οἱ παρὰ Γαΐνου δεδομένοι Λέοντι πρὸς βοήθειαν Βάρβαροι, Ῥωμαίων [1] καὶ παντί· καὶ τὴν μὲν χώραν ἐληΐζοντο, τοὺς δὲ στρατιώτας ἀνῄρουν· καὶ οὐκ ἀνῆκαν ἅπαντα ἐπιόντες, ἕως ὅτε τὴν ὑπὸ Λέοντι σὺν αὐτῷ τῷ στρατηγῷ κατεδαπάνησαν δύναμιν, καὶ πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) τὴν χώραν ἔρημον πεποιήκασιν· ὥστε καὶ τὸ τῷ Γαΐνῃ σπουδαζόμενον εἰς ἔργον ἐκβῆναι. διαφυγὼν γὰρ ἐκ τῆς Παμφυλίας ὁ Τειβίγιλδος, χαλεπωτέρας τῶν προτέρων τοῖς ἐν Φρυγίᾳ πόλεσιν ἐπέθηκε συμφοράς. ὁ δὲ Γαΐνης, ἐξαίρων εἰς ὕψος τὰ τούτου τῷ βασιλεῖ κατορθώματα, τοσοῦτον ἐνέθηκεν αὐτοῦ φόβον τῇ γερουσίᾳ καὶ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἅπασιν, ὥστε ἠπείλει καὶ τοῖς καθ' Ἑλλήσποντον αὐτὸν ἐπελεύσεσθαι τόποις, καὶ ὅσον οὐδέπω πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιήσειν, εἰ μὴ τὰ σπουδαζόμενα τῷ πολεμίῳ τῆς παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξιωθείη προνοίας.

Ταῦτα δὲ ὁ Γαΐνης ἐμηχανᾶτο, λανθάνειν τε αὐτὸν ἐθέλων ὅπως ἐφρόνει, καὶ διὰ τῶν εἰς Τειβίγιλδον ἀναφερομένων τοῖς αὐτῷ κατὰ νοῦν οὖσιν ἔργον ἐπιθεῖναι βουλόμενος. ἀ-

rum, quos ſecum habebat, cohortes alias ſuper alias in caſtra Romana mittit, ut ea paulatim abſumerentur, & commodum Tribigildus fugiendi ſpatium conſequeretur. Itaque Barbari, quos Leoni Gaines in auxilium miſerat, in quoſvis Romanos irruunt, regionem depopulantur, milites interficiunt; nec omnia deſinunt invadere, donec exercitum Leonis cum ipſo duce prorſus abſumſiſſent, totamque propemodum regionem vaſtam & deſertam reddidiſſent. Quo factum ut, quod ſtudioſe Gaines expetebat, reapſe contingeret. Quippe quum è Pamphylia Tribigildus evaſiſſet, graviores, quam antea, calamitates Phrygiæ civitatibus intulit. Gaines autem mirifice principi facinora Tribigildi extollere, tantumque metum illius Senatui pariter & aulicis univerſis injicere; ut etiam venturum ad Helleſpontum diceret, tantumque non ſurſum deorſum acturum omnia, ni princeps hoſtis poſtulata reſpicere dignatus eſſet.

Hæc autem arte Gaines agebat, qui principem ignorare vellet animi ſententiam; & per ea, quæ in Tribigildum conferrentur, animi ſui cogitata perficere cuperet. Non e-

1. Monet Sylb. καὶ à Pal. cod. abeſſe, cujus loco videtur illi rectius particulam τῷ ſubſtituere.

nim

nim tantopere contemtus urebat hominem, quantum Eutropius ad summum jam potentiæ fastigium elatus: adeo quidem, ut etiam inter consules designaretur, & consulatus adpellationem diutius retineret, & patriciorum denique dignitatem adeptus esset. Hæc maxime Gainem ad invadendam rempublicam permoverunt. Quam ad rem quum animo jam paratus esset, prius Eutropio mortem moliri statuit. Itaque quum adhuc in Phrygia degeret, mittit ad Imperatorem qui diceret; se jam propter insignem Tribigildi bellicis in rebus solertiam animum despondisse, nec cæteroqui furorem hujus sustineri posse, vel Asiam ab urgentibus eam periculis liberari; nisi postulatis ejus adsentiri princeps animum induxisset. Postulata vero hæc erant: ut malorum omnium maximus auctor Eutropius sibi dederetur, in quem ipse statueret, quidquid vellet.

His auditis Arcadius, & arcessit Eutropium, & abrogata dignitate dimittit. Eutropius se cursu Christianorum ad ecclesiam confert, quæ ab illo jus asyli habebat. Quia vero Gaines instabat, Tribigildum aliter de suo quidquam remissurum impetu negans, nisi de medio tolleretur Eutropius: eti-

πέπεικε γὰρ αὐτὸν οὐ τὸ παροράσθαι τοσοῦτον, ὅσον Εὐτρόπιος εἰς ἀκρότατον ἥκων ἤδη δυνάμεως, ὥστε καὶ εἰς ὑπάτους ἀναρρηθῆναι, καὶ τῷ χρόνῳ φέρεσθαι τὴν τούτου προσηγορίαν, καὶ τιμηθῆναι τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ. ταῦτα μάλιστα τὸν Γαΐνην ἐκίνησεν εἰς τὴν τῶν κοινῶν ἐπανάστασιν. παρασκευαζόμενος δὲ τῇ γνώμῃ πρὸς τοῦτο, πρότερον Εὐτροπίῳ θάνατον ἔγνω βουλεῦσαι· καὶ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔτι διατρίβων, ἐκπέμπει πρὸς βασιλέα, λέγων ὡς ἀπειρήκοι τῇ περὶ τὰ πολέμια Τριβιγίλδου δεινότητι, καὶ ὅλως οὐχ οἷόν τε φέρειν τὴν τούτου μανίαν, οὐδὲ τὴν Ἀσίαν τῶν ἐπικειμένων αὐτῇ κινδύνων ἐλευθερωθῆναι, πλὴν εἰ μὴ τῇ αἰτήσει αὐτοῦ [1] βασιλεὺς ἐνδοῦναι πεισθείη. τὰ δὲ τῆς αἰτήσεως ἦν, τὸν τῶν πάντων κακῶν αἰτιώτατον Εὐτρόπιον ἐκδοθῆναί οἱ πρὸς τὸ πράττειν εἰς αὐτὸν ὅπερ βούλοιτο.

Ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος ἀκηκοὼς, ἅμα τε εἰσκαλεῖ τὸν Εὐτρόπιον, καὶ τῆς ἀξίας παραλύσας ἀφῆκεν. ὁ δὲ, δρομαῖος ἐπὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐχώρησεν ἐκκλησίαν, ἔχουσαν ἐξ ἐκείνου τὸ ἄσυλον. ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν ὁ Γαΐνης, οὐκ ἄλλως ἀνήσειν λέγων τὸν Τριβίγιλδον, εἰ μὴ Εὐτρό-

1. Mallet Sylb. præfigi articulum, licet tamen fateatur ab Apollonio Grammatico id notari, nempe *vocem* [βασιλεὺς] si *de præsenti rege* sermo instituatur, *proprii nominis* naturam induere.

τος ἐκποδὼν γένοιτο, καὶ παρὰ τὸν ἐπὶ τῷ ἀσύλῳ τῶν ἐκκλησιῶν τεθέντα νόμον, ἐξαρπάσαντες αὐτὸν, εἰς τὴν Κύπρον ἐκπέμπουσιν, ὑπὸ φυλακὴν ἀκριβῆ καταστήσαντες. ἐπικειμένου δὲ Γαΐνου, καὶ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ τὸν Ἀρκάδιον συνελαύνοντος, σοφιζόμενοι τὸν ὅρκον οἱ τὰ περὶ βασιλέα διατιθέντες, ὃν ἔτυχεν Εὐτρόπιος εἰληφὼς ἡνίκα τῆς ἐκκλησίας ἐξείλκετο, μετάπεμπτον μὲν ἐκ τῆς Κύπρου ποιοῦνται· ὥσπερ δὲ ὀμωμοκότες, ὄντι κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν αὐτῷ θάνατον μὴ ἐπάγειν, εἰς Χαλκηδόνα πέμψαντες, ἀποσφάττουσιν. Εὐτροπίῳ μὲν οὖν ἡ τύχη κατ' ἀμφότερα παραλόγως ἐχρήσατο, πρὸς ὕψος ἄρασα τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ εἷς πώποτε τῶν εὐνούχων ἀνεβιβάσθη, θάνατόν τε ἐπαγαγοῦσα διὰ τὸ μῖσος, ὃ πρὸς αὐτὸν οἱ τῇ πολιτείᾳ πολεμοῦντες ἔλεγον ἔχειν.

Ὁ δὲ Γαΐνης, ἤδη πᾶσιν ὢν πρόδηλος ὡς εἰς νεωτερισμὸν φέρηται, λανθάνειν ὅμως ἐνόμιζε. καὶ Τριβιγίλδου γνώμης κύριος ὤν, οἷα καὶ δυνάμει προέχων καὶ ἀξιώσει, τὸ τούτου πρόσωπον ὑποδυόμενος, σπονδὰς πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται· καὶ ὅρκους ὑποσχὼν καὶ λαβὼν, διὰ Φρυγίας ἀνέστρεψε καὶ Λυδίας. εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Τριβίγιλδος, διὰ τῆς ἄνω Λυδίας ἄγων τοὺς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους, ὥστε μηδὲ θεάσασθαι τὰς Σάρδεις, ἣ τῆς Λυδίας ἐστὶ μητρόπολις. ἐπεὶ δὲ εἰς Θυάτειρα

am contra legem, qua jus asyli sancitum est ecclesiis, hominem inde abreptum in Cyprum relegant, accuratæ custodiæ traditum. Urgente vero Gaine, & ad cædem ejus Arcadium impellente: tandem illi, qui res Imperatoris administrabant, jusjurandum Eutropio præstitum, quum extraheretur ex ecclesia, per cavillationem eludentes eum è Cypro revocant: quasique jurassent, non se morte multaturos ipsum, dum Constantinopoli esset, Chalcedonem missum interficiunt. Et Eutropio quidem in utramque partem insolito fortuna modo quodam est usa. Nam & tantum ad culmen eum evexit, quantum nullus eunuchorum unquam adtigit: & neci dedit, propter odium, quo se illum persequi hostes reipubliæ dicerent.

Cæterum Gaines, quem jam manifesto constaret universis ad res novas tendere, tamen id clam adhuc esse putabat. Quumque sua in potestate Tribigildi animum haberet, quod potentia pariter & auctoritate præstaret: personam ejus gerens, pacem cum principe facit; ac præstitis ultro citroque sacramentis, per Phrygiam Lydiamque revertitur. Eum Tribigildus à tergo sequitur, milites suos per Lydiam superiorem ita ducens, ut Sardes ne quidem intueretur, quæ Lydiæ metropolis est. Posteaquam ad ur-

bem Thyatira se conjunxissent, Tribigildum pænitebat, Sardes ab se non fuisse datas excidio, qui urbem, ab omni destitutam auxilio, perfacile capere potuisset. Itaque cum Gaine reverti statuit, & urbem vi expugnare. Hoc decretum reapse fuerant exsequuturi, nisi delapsa ingens pluvia terram inundasset, fluminaque tantopere auxisset, ut transiri non possent, quo factum, ut hic ipsorum interrumperetur impetus. Diviso hinc itinere copias ductitant; Gaines in Bithyniam; alter, versus Hellespontum: rebus omnibus, quæ semet offerrent, Barbarorum comitantium direptioni concessis. Posteaquam ille Chalcedonem pervenerat, hic Lampsaco finitima tenebat; extremo in periculo tum Constantinopolis, tum ipsum Romanum imperium versabatur. Gaines postulare, ut se princeps ipse conveniret. Nec enim se cum alio quoquam, præter ipsum, colloquuturum. Quum princeps in hoc quoque fuisset adsensus, coitum est in quodam ante Chalcedonem loco, ubi Euphemiæ religiosæ martyris ædes exstructa stabat; quæ propter cultum Christo præstitum honore adficitur. Placuit, Gainem & Tribigildum ex Asia in Europam transvehi, eisque ad

συνέμιξαν ἀλλήλοις, μετέμελε τῷ Τριβιγίλδῳ τὰς Σάρδεις ἀπορθήτους ἀφέντι· ῥᾴδιον ὂν τὴν πόλιν ἑλεῖν, πάσης ἔρημον οὖσαν ἐπικουρίας. ἀναστρέφειν οὖν ἔγνω σὺν τῷ Γαΐνῃ, καὶ τὴν πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν· κἂν εἰς ἔργον αὐτοῖς ἡ γνώμη προῆλθεν, εἰ μὴ γενόμενος ὄμβρος ἐξαίσιος, καὶ τὴν γῆν ἐπικλύσας, καὶ τοὺς ποταμοὺς καταστήσας ἀπόρους, ταύτην [1] αὐτῷ ἐνέκοψε τὴν ὁρμήν. διελόμενοι δὲ τὴν ὁδὸν, ἦγον τὰς δυνάμεις· ὁ μὲν Γαΐνης, ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν, ἅτερος δὲ, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, τὰ ἐν ποσὶ πάντα τοῖς ἑπομένοις σφίσι Βαρβάροις ἐκδόντες εἰς ἁρπαγήν. ὡς δὲ ὁ μὲν τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβεν, ὁ δὲ τὰ περὶ τὴν Λάμψακον εἶχε, τὴν μὲν Κωνσταντινούπολιν, καὶ αὐτὴν τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, ἔσχατος περιΐστατο κίνδυνος. ὁ δὲ Γαΐνης, αὐτὸν ᾔτει τὸν βασιλέα πρὸς ἑαυτὸν ἥκειν· οὐ γὰρ ἂν ἑτέρῳ παρὰ τοῦτον τινὶ διαλέξασθαι. καὶ πρὸς τοῦτο δὴ τοῦ βασιλέως ἐνδόντος, ἐγίνετο μὲν ἡ σύνοδος ἔν τινι πρὸ τῆς Χαλκηδόνος τόπῳ, καθ' ὃν [2] ὁσίας Εὐφημίας μαρτύριον ᾠκοδόμητο, τιμῆς διὰ τὴν περὶ τὸν Χριστὸν θρησκείαν ἀξιωθείσης. ἐδόκει τε τὸν Γαΐνην καὶ Τριβίγιλδον ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην

---

1. Rectius [αὐτοῖς] *de utroque enim sermo est.*

2. Ex Christianorum sententiâ hæc Zosimus, neque enim *pii* nomen tam prolixè largiri solet cuivis Christiano. Quantum ad *Euphemiam*, videsis apud Evagrium lib. 2. c. 3. templi descriptionem, reliquias, miracula, & id genus cætera. Hoc in templo celebratum fuit sub Marciano concilium Chalcedonense.

περαι-

παραιτήσασθαι, κομιζομένους ἐκδότους ἐπὶ θανάτῳ τοὺς ἐξέχοντας τοῦ πολιτεύματος ἄνδρας. οὗτοι δὲ ἦσαν Αὐρηλιανὸς, ὁ τὴν ὕπατον ἔχων ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει τιμήν· καὶ Σατουρνῖνος, ἐναριθμηθεὶς ἤδη τοῖς ὑπάτοις· καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τούτοις, τὰ ἀπόῤῥητα πάντα παρὰ τοῦ βασιλέως τεθαῤῥημένος· ὃν ἔλεγον οἱ πολλοὶ καὶ τοῦ Ἀρκαδίου παιδὸς εἶναι πατέρα.

mortem viros in republica eminentissimos dedi. Hi erant, Aurelianus, qui ejus anni consulatum gerebat; & Saturninus consularis, & præter hos Joannes, cui princeps omnia sua arcana crediderat, & quem plerique perhibebant ejus filii, quem Arcadius habebat, patrem esse.

Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν τυραννικὴν αἴτησιν ἀποπληροῖ. Γαΐνης δὲ, τοὺς ἄνδρας παραλαβὼν, καὶ τὸ ξίφος αὐτοῖς, ἄχρι ψαῦσαι μόνον τοῦ σώματος, ἐπιθεὶς, ἠρκέσθη τούτους ζημιωθῆναι φυγῇ. περαιωθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν Θρᾴκην, ἀκολουθῆσαί οἱ Τριβιγίλδῳ κελεύσας· ἀπέλιπε τὴν Ἀσίαν, ἀναπνεύσασάν πως, καὶ τῶν περιστάντων ἀπαλλαγεῖσαν κινδύνων. ἐν δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει διατρίβων, τοὺς μὲν ὑπ᾽ αὐτῷ τεταγμένους στρατιώτας, ἄλλους ἀλλαχῇ διέσπειρεν, ὥστε καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ δορυφόρων γυμνῶσαι τὴν πόλιν· τοῖς δὲ Βαρβάροις ἐδίδου λάθρα συνθήματα, παρεγγυῶν, ἐπειδὰν ἴδοιεν ἐξεληλυθότα τῆς πόλεως, ἐπιθέσθαι αὐτῇ παραχρῆμα, τῆς ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν οὔσῃ βοηθείας ἐρήμῳ, καὶ τὴν πᾶσαν ἐπικράτειαν αὐτῷ παραδοῦναι.

Huic quoque postulato princeps, licet tyrannico, satisfacit. Quumque viros illos Gaines accepisset, eisque gladium admovisset; eatenus tamen, ut cutem tantummodo stringeret, satis habuit, eos exsilio duntaxat pœnas luere. Quum transjecisset in Thraciam, jusso se subsequi Tribigildo; Asiam reliquit, respirantem aliquo modo, periculisque circumstantibus liberatam. Constantinopoli degens, constitutos suis sub signis milites, alios alio dispersit: adeo quidem, ut ipsis etiam prætorianis satellitibus urbem nudaret. Barbaros vero clam datis signis hortatur, ut ubi milites egressos urbe conspexissent; confestim eam militum ope destitutam, invaderent; & potestatem universam sibi traderent.

Ταῦτα τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν ἐπισκήψας πρᾶξαι Βαρβάροις, ἐξῄει τῆς πόλεως, μαλακῶς ἔχειν εἰπὼν αὐτῷ τὸ σῶμα τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ πόνοις, δεῖσθαί τε ῥᾳστώνης· ἧς οὐκ ἂν τύχῃ, μὴ παραδοὺς ἑαυτὸν φροντίδας οὐκ ἐχούσῃ δι-

Hæc mandata de iis, quæ fieri vellet, quum Barbaris suis dedisset, ex urbe proficiscitur; quod ex belli laboribus ægrum sibi corpus esse diceret, ac requietis indigere: qua frui non posset, ni se vitæ curis solutæ

tradidiſſet. Quapropter relictis in urbe Barbaris, qui militum prætorianorum numerum longe ſuperabant; quoddam in ſuburbanum ſecedit, quadraginta ſtadiis ab urbe remotum: unde urbis invadendæ occaſionem exſpectat, ubi primum hærentes in ea Barbari, ceu convenerat, impetum in illam feciſſent. In hac ſpe Gaines erat: ac, niſi Barbarico fervore impulſus, idoneum tempus anticipaſſet, nihil fuiſſet impedimento, quo minus urbem Barbari ſuam in poteſtatem redegiſſent. Jam vero, quum non exſpectato ſigno, ſuos ad murum adduxiſſet; territi cuſtodes, exclamant. Quumque tumultus in omnibus exſtitiſſet, mulierum ploratus audiri, cum ejulatu promiſcuo, velut urbe jam capta; donec concurſu facto, cuncti ſe contra Barbaros, qui erant in urbe conjunxiſſent. Poſteaquam hos gladiis, lapidibus, & quibuſvis in manus oblatis armis interfeciſſent; in muros curſu redeunt, & una cum præſidiariis tela in militem Gainis emittentes, re quavis obvia, quo minus in urbem irrumperent, avertunt.

In hunc modum urbe periculo liberatâ, intercepti ab urbanis Barbari, numero plures quam ſeptem millia, Chriſti-

ἀτριβῆ. καταλιπὼν οὖν ἐν τῇ πόλει Βαρβάρους, πολλῷ τῷ μέτρῳ τὸν ἀριθμὸν ὑπεραίροντας τῶν ἐπὶ φυλακῇ τῆς αὐλῆς τεταγμένων, εἴς τι προάστειον ἀνεχώρει, τεσσαράκοντα σταδίοις τῆς πόλεως διεστὼς, αὐτόθεν προσδεχόμενος ἐπιθήσεσθαι, τῶν ἐν ταύτῃ Βαρβάρων κατὰ τὰ συγκείμενα πρότερον ἐπιθεμένων. ἀλλ' ἐν ταύταις ἦν ὁ Γαΐνης ταῖς ἐλπίσι· καὶ εἰ μὴ θερμότητι φερόμενος Βαρβαρικῇ, τὸν ἁρμόδιον καιρὸν προκατείληφεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσεν ἐπὶ τοῖς Βαρβάροις γενέσθαι τὴν πόλιν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀναμείνας τὸ σύνθημα, τῷ τείχει προσήγαγε, καταπλαγέντες οἱ φύλακες, ἀνεβόησαν. θορύβου δὲ πᾶσιν ἐγγινομένου, θρῆνος ἐξηκούετο γυναικῶν· οἰμωγὴ δὲ ἦν παμμιγὴς, ὡς ἤδη τῆς πόλεως ἐχομένης· ἕως συνδραμόντες ἅπαντες, κατὰ τῶν ἐν τῇ πόλει Βαρβάρων συνέστησαν· τούτους τε ἀνελόντες ξίφεσί τε καὶ λίθοις, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς χεῖρας ἐλθοῦσιν, ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέδραμον. ἅμα δὲ τοῖς φύλαξι τοὺς ἀμφὶ τὸν Γαΐνην ἀκοντίζοντες, παντὶ τῷ προσπίπτοντι τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν ὁρμῆς ἀνεχαίτισαν.

Ἀλλὰ τῆς πόλεως τρόπῳ τοιῷδε τὸν κίνδυνον διαφυγούσης, οἱ Βάρβαροι [1] τῶν ἔνδον ἀπειλημμένοι, [2] πλὴν ἢ ἑπτακισχίλιοι, τὸν τῶν Χριστι-

1. Deſideratur aliqua præpoſitio [ὑπὸ] vel [παρὰ] ut Sylburg. videtur.
2. Idem cenſet legendum [πλέον] quod etiam expreſſit interpres, etiamſi nihil obſtet, *quod videam*, quominus retineri poſſit [πλὴν] eodem quo apud Ariſtophanem ſenſu occurrit in Platone οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐγώ.

ανῶν

ανῶν ἐκκλησίαν, ἣ πλησίον ἐστὶ τῶν βασιλείων, κατέλαβον, [1] ταύτης τὸ ἄσυλον αὑτοῖς ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ περιποιοῦντες· οὓς ὁ βασιλεὺς κἀνταῦθα διαφθείρεσθαι παρεκελεύετο, μηδὲ ἀρκέσαι τὸν τόπον αὐτοῖς εἰς ἀποφυγὴν τῆς κατὰ τὴν ἀξίαν ὧν ἐτόλμησαν δίκης. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα ἐκέλευεν· ἐθάρρει δὲ οὐδεὶς χεῖρας ἐπαγαγεῖν, καὶ τῶν ἀσύλων αὐτοὺς ἐξελκύσαι, δέει τοῦ τινὸς ἀντιστάσεως ὑπ' αὐτῶν πειραθῆναι. ἐδόκει τοίνυν, τὴν ὑπερκειμένην τῆς τραπέζης τοῦ λεγομένου θυσιαστηρίου στέγην γυμνωθεῖσαν, ἐνδοῦναι τοῖς εἰς τοῦτο τεταγμένοις, καὶ [2] ξύλα πεπυρωμένα κατὰ τούτων ἀφιέναι, καὶ τοῦτο συνεχέστερον ποιοῦσιν, ἄρδην ἅπαντας καταφλέξαι. καὶ τοῦτο γενόμενον, τοὺς μὲν Βαρβάρους ἀνεῖλεν· ἔδοξε δὲ παρὰ τοῖς σφόδρα χριστιανίζουσι, μέγα μύσος ἐν μέσῃ τετολμῆσθαι τῇ πόλει.

Γαΐνης μὲν οὖν, τῆς οὕτω μεγίστης ἐγχειρήσεως ἀποσφαλείς, ἤδη περιφανῶς τὸν κατὰ τῆς πολιτείας ἀνερρίπιζε πόλεμον· ἐπιὼν δὲ τοῖς ἐν Θρᾴκῃ χωρίοις, τὰς μὲν πόλεις ἑώρα καὶ τείχεσι πεφραγμένας, καὶ τὴν παρὰ τῶν ἀρχόντων καὶ οἰκητόρων ἐχούσας φυλακήν· ἤδη γὰρ ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐφόδων, οὐκ ἀμελέτητοι πολέμων γεγο-

anorum ecclesiam, palatio proximam, occuparunt; asylum hoc saluti suæ tuendæ quærentes. Eos Imperator hoc ipso in loco jubet interfici; quem eis ad evitandam facinorum admissorum justissimam pœnam non satis idoneum esse vellet. Hæc præcipiente principe, nemo tamen eis inferre manum audebat, & ex asylis ipsos extrahere; quod vererentur, ne Barbari defensionem pararent. Quapropter visum est demoliri tectum, quod mensæ sacrarii (sic enim vocant) impositum est; ut, quibus hoc datum esset negotii, ligna in eos accensa dejicerent, idque continuo factitantes, ad internecionem omnes exurerent. Hoc ubi factum fuisset, Barbari quidem interempti sunt; sed visum est iis, qui valde christianissabant, magnum in urbe media piaculum esse commissum.

Gaines, quum ausu longe gravissimo excidisset, aperte jam bellum adversus rempublicam concitat. Et Thraciæ quidem agros adortus, muris oppida munita, magistratuum & incolarum præsidio teneri videbat. Nam ex superiorum temporum incursionibus ad bella condocefacti, totis viribus

1. Codex Pal. [ταύτῃ] *hoc pacto*; constructione magis commodâ.

2. Gothorum erat hæc ecclesia quam noster incensam refert, uti & Socrates *lib. 6. Eccl. hist. c. 6.* apud quem videsis quo modo liberata sit Constantinopolis, in extremum jam discrimen adducta, nisi angelorum multitudo, armatorum præ se speciem ferens, tartaris terrorem injecisset nihil tale suspicantibus.

ad

ad prœliandum erumpebant. Itaque Gaines, qui nihil præter gramen extra muros relictum cerneret, quod omnes adhibita cura varios fructus, & jumenta, & omnis generis penum coegiſſent: Thracia relicta, in Cherroneſum contendere ſtatuit, & per Helleſponti anguſtias in Aſiam recurrere. Dum hoc ille molitur, communi ſuffragio princeps atque ſenatus bello contra Gainem gerendo Fraiutum ducem deligunt; natione quidem illum Barbarum, ſed cætera Græcum, non indole duntaxat & moribus, verumetiam inſtituto animi, & numinum cultu. Huic ergo multis jam præturis illuſtri, quique totum orientem, inde à Cilicia uſque ad Phœnicen ac Palæſtinam, à latronum lue repurgaverat, exercitus tradunt, quibus acceptis, Gaini ſe Fraiutus opponit, Barbarorum transjectionem in Aſiam per Helleſpontum impediens. Interea vero, dum Gaines ad prœlium ſe parat; Fraiutus ferre non potuit, ut otioſi milites eſſent; ſed continuis eos exercitiis inſtruxit. Adeo denique jam milites exercitationibus confirmaverat, ut ignavia deſidiaque ſuperiorum temporum depoſita, permoleſte ferrent, Gainem bello gerendo cunctari.

νότες, παντὶ σθένει πρὸς τὸ πολεμεῖν ὥρμηντο. καὶ Γαΐνης, οὐδὲν ἕτερον ἔξω τειχῶν περιλελειμμένον θεώμενος, πλὴν πόαν, (ἐμέλησε γὰρ ἅπασι συγκομίσαι καρποὺς τε παντοίους, καὶ ζῶα καὶ παντοίαν ἀποσκευὴν) ἔγνω τὴν Θρᾴκην ἀπολιπὼν, δραμεῖν ἐπὶ τὴν Χεῤῥόνησον, καὶ εἰς τὴν Ἀσίαν παλινδρομῆσαι διὰ τῶν τοῦ Ἑλλησπόντου στενῶν. ὄντος δὲ ἐν τούτοις αὐτοῦ, κοινῇ ψήφῳ βασιλεύς τε καὶ ἡ γερουσία στρατηγὸν ἐπὶ τῷ κατὰ Γαΐνην αἱροῦνται πολέμῳ [1] Φραΐουτον, ἄνδρα βάρβαρον μὲν τὸ γένος, Ἕλληνα δὲ ἄλλως οὐ τρόπῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα θρησκείᾳ. τούτῳ τοίνυν, ἤδη πολλαῖς διαπρέψαντι στρατηγίαις, καὶ τὴν ἑῴαν ἅπασαν, ἀπὸ Κιλικίας ἄχρι Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης, τῆς ἀπὸ τῶν λῃστῶν λύμης ἐλευθερώσαντι, παραδεδώκασι τὰς δυνάμεις. ὁ δὲ, ταύτας παραλαβὼν, ἀντικαθίστατο τῷ Γαΐνῃ, τὴν διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου κωλύων τῶν Βαρβάρων ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διάβασιν. παρασκευαζομένου δὲ Γαΐνου πρὸς μάχην, ἀργούντων οὐκ ἠνείχετο τῶν στρατιωτῶν ὁ Φραΐουτος, ἀλλὰ μελέταις συνεχέσιν ἐξήσκει, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον τοῖς γυμνασίοις ἐπέῤῥωσεν, ὥστε ἀντὶ τῆς πρὸ τούτου ῥᾳστώνης τε καὶ ἐκμελείας, ἐφ' οἷς ὁ Γαΐνης μέλλειν ἐδόκει πρὸς τὸν πόλεμον, δυσχεραίνειν.

1. Apud Socratem audit Φραΰιτος, Γότθος μὲν αὐτὸς τῷ γένει, μεγάλῃ δὲ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους χρησάμενος. capite citato.

Φραΐουιτος μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τό τε στρατόπεδον τὸ οἰκεῖον ἐπισκοπῶν, καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἀποθεωρῶν ἐγχειρήσεις· ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ τοῦ ναυτικοῦ. πλοῖα γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς ναυμαχίαν ἀρκοῦντα· Λίβερνα ταῦτα καλούμενα, ἀπό τινος πόλεως ἐν Ἰταλίᾳ κειμένης ὀνομασθέντα, καθ' ἣν ἐξ ἀρχῆς τούτων τῶν πλοίων τὸ εἶδος ἐναυπηγήθη. δοκοῦσι δέ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖν τῶν πεντηκοντόρων οὐχ ἧττον, κατὰ πολὺ τῶν τριηρικῶν ἐλαττούμενα, πλείστοις ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλιπούσης δημιουργίας· εἰ καὶ Πολύβιος ὁ συγγραφεὺς ἐκθέσθαι πως ἔδοξε τῶν ἑξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα, οἷς φαίνονται πολλάκις [1] κεχρῆσθαι Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς ἀλλήλους. ὁ δὲ Γαΐνης, βιασάμενος τὴν διὰ τοῦ Μακροῦ τείχους ἐπὶ τὴν Χερρόνησον εἴσοδον, ἐξέταξε τοὺς Βαρβάρους παρὰ πᾶσαν τὴν Θρᾳκίαν ὀφρύν, τὴν ἀντιπαρατείνουσαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Παρίου, μέχρι Λαμψάκου καὶ Ἀβύδου, καὶ τῶν ποιούντων τὴν στενὴν θάλασσαν τόπων. Ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίων στρατηγὸς, ταῖς ναυσὶ περιέπλει τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν χωρία, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τὰ ἐγχειρήματα τῶν Βαρβάρων ἀποσκοπῶν. ὁ δὲ Γαΐνης, ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἐπὶ τῇ τριβῇ

His rebus in Asia Fraiutus intentus erat, quum interdiu noctuque tum sua perlustraret castra, tum speculando conatus hostiles exploraret. Classem quoque non negligebat. Quippe navium habebat eum numerum, qui committendo navali prœlio sufficeret. Eas Liburnas vocant, ab oppido quodam in Italia sito sic nominatas; quo in oppido naves ad eam formam initio fabricatæ fuerunt. Videntur autem hæ naves non minus esse veloces, quam illæ sint, quæ quinquaginta remis aguntur, sed multum à triremibus superari; ac longo jam tempore confici desierunt. Quamquam scriptor historiæ Polybius hexericarum quoque navium rationes exposuit; quibus sæpe Romani & Carthaginienses, quum inter se bella gererent, usi fuisse videntur. Cæterum Gaines, vi per longum murum in Cherronesum patefacto aditu, Barbaros propter universum Thaciæ litus illud eminentius constituit, quod ex adverso semet extendit & objicit incipientibus à Pario locis, ad Lampsacum, & Abydum, & ad illa usque loca, quæ mare istuc angustum efficiunt. Dux militum Romanorum, navibus hæc Asiatica loca circumvectus, interdiu noctuque Barbarorum conatus speculatur. Gaines autem, pro-

1. Monet Sylb. abesse hanc vocem à M. S. libris, loco tamen movendam non censeo cum in impressis habeatur, eamque imprimis retinendam suadeat loci sensus.

pter

pter inopiam commeatus, moram longiorem moleste ferens, tignis è silva in Cherroneso cæsis, & inter se peraccurate compactis, ac redditis ad homines & equos vehendos idoneis; milites una cum equis imposuit, & fluxu secundo ferri permisit. Nam neque remis dirigi poterant, nec alio quo modo gubernatorum artem admittebant; quod arte nulla, sed Barbarica tantum solertia, opere tumultuario facta fuissent. Interim Gaines in littore subsistens, omnino se nunc victoria potiturum sperabat; quasi nullo modo pares suis hoc prœlio Romani se præstituri essent. Hoc sagax ille dux Romanorum non ignorabat; sed conjectura de conatu ipsius facta, jubet, ut naves à terra paulum proveherentur. Quum autem Barbarorum rates agi videret, quo fluctus eas impelleret; ipse primus occurrentem in prima serie ratem invadit. Quumque navim aheneo rostro munitam haberet, rebus omnibus superior irruit; simulque ratem adversam propellens, & telis emissis vectores petens, una cum ipsis eam viris demergit. Intuiti vero ducem cæterarum navium vectores, & factum ejus imitati, telis adversos con-

δυσανασχετῶν, ἐκ τῆς κατὰ Χεῤῥόνησον ὕλης ξύλα τεμὼν, καὶ ταῦτα συγκολλήσας ἀλλήλοις πρὸς πᾶσαν ἀκρίβειαν, ἐπιτήδειά τε πρὸς ὑποδοχὴν ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων ἀποτελέσας, ἐνεβίβασε τούτοις μετὰ τῶν ἵππων τοὺς ἄνδρας, καὶ ἀφῆκε φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν. οὔτε γὰρ κώπαις ἰθύνεσθαι οἷά τε ἦν, οὔτε ἄλλως κυβερνητῶν ἀνέχεσθαι τέχνης, οὐδεμιᾷ τέχνῃ, Βαρβαρικῇ δὲ ἐπινοίᾳ κατασκευασθέντα. μείνας δὲ αὐτὸς ἐπὶ τῆς χέρσου, κοινωνήσειν ὅσον οὐδέπω τῆς νίκης ἤλπισεν, ὡς οὐδαμοῦ τῶν Ῥωμαίων αὐτοῖς ἀξιομάχων φανησομένων. τοῦτο οὐκ ἔλαθε τὴν τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἀγχίνοιαν· ἀλλὰ τὸ ἐγχειρούμενον τεκμηράμενος, βραχὺ τῆς γῆς ποιεῖ προαχθῆναι τὰς ναῦς. ὡς δὲ εἶδε τὰς τῶν Βαρβάρων σχεδίας πρὸς τὸ τοῦ ῥεύματος δοκοῦν φερομένας, αὐτὸς πρότερον ἐπεφέρετο τῷ κατὰ πρώτην τάξιν ἀπαντήσαντι ξύλῳ. πλοῖον δὲ χαλκέμβολον ἔχων, ὑπὸ δεξιῶν ἐπῄει· καὶ ὠθῶν ἅμα, καὶ βελῶν ἀφέσει τοὺς ἐμπλέοντας βάλλων, αὔτανδρον κατέδυε. θεασάμενοι δὲ τὸν στρατηγὸν οἱ τῶν ἄλλων νεῶν ἐπιβάται, καὶ μιμησάμενοι, τοὺς μὲν [1] κατεκέντησαν, τοὺς δὲ, τῶν ξύλων [2] ἐκπεσόντων, εἰ-

1. Rectius fortasse leg. [κατηκόντισαν.]
2. Magis congrue [ἐκπεσόντας] ut ad vectores ipsos referatur, neque enim verisimile est excidisse ligna, quæ noster compacta fuisse refert πρὸς πᾶσαν ἀκρίβειαν, ut supra.

χειν ἡ θάλασσα, μηδενὸς (ὡς εἰπεῖν) διαφυγεῖν τὸν θάνατον δυνηθέντος. ἐπὶ τούτῳ βαρυνόμενος ὁ Γαΐνης τῷ ἐλαττώματι, καὶ ἀπορῶν ἐπὶ τοσούτων συμμάχων ἀποβολῇ, ὀλίγον ἀναχωρήσας τῆς ἐν Χερρονήσῳ τόπων, ἐπὶ τὴν ἔξω Θρᾴκην ἀπέτρεχε. Φραΐουτος δὲ, διώκειν τέως οὐκ ἔγνω φεύγοντα τὸν Γαΐνην, ἀλλὰ κατὰ χώραν τὴν δύναμιν ἀνελάμβανεν, τῷ δεδομένῳ παρὰ τῆς τύχης ἀρκούμενος προτερήματι. πάντων δὲ (ὡς εἰπεῖν) αἰτίας ἐπιφερόντων Φραΐουτῳ, ὅτι διῶξαι φεύγοντα Γαΐνην οὐκ ἠθέλησε, φεισαμένῳ δὲ ὡς ὁμοφύλων αὐτοῦ τοῦ Γαΐνου καὶ τῶν ἅμα τούτῳ διαφυγόντων, οὐδὲν τοιοῦτον ἑαυτῷ συνεπιστάμενος, ἐπανῄει πρὸς τὸν βασιλέα, μέγα φρονῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ, καὶ μετὰ παρρησίας τοῖς παρ' αὐτοῦ τιμωμένοις ταύτην ἀνατιθείς. οὐδὲ γὰρ ᾐσχύνετο, καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἀκούοντος, ὁμολογεῖν, ὅτι σέβοιτο καὶ τιμῴη θεοὺς κατὰ τὰ πάτρια, καὶ οὐκ ἀνέξεται κατὰ τοῦτο τοῖς ἀπὸ τοῦ πλήθους ἀκολουθῆσαι. Φραΐουτον μὲν οὖν ἀποδεξάμενος ὁ βασιλεὺς, ὕπατον εἶναι κατέστησε. Γαΐνης δὲ, τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως μέρος ἀποβαλὼν, ᾗπερ εἴρηται, μετὰ τῶν λειπομένων ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀπέτρεχε. πεπορθημένην [1] δὲ τὴν Θρᾴκην ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐφόδων εὑρὼν, τὰ δὲ ἐν ποσὶ ληϊζόμενος. δεδιὼς δὲ

fecere; quum, si qui de ratibus excidissent, à mari abriperentur, ac nemo propemodum mortem effugere posset. Gaines, hoc tam gravi adflictus detrimento, totque militiæ sociis amissis, ad inopiam consilii redactus; motis è Cherroneso nonnihil castris, ad sitam extra Cherronesum Thraciam procurrit. Fraiutus in hoc tempore fugientem Gainem minime persequendum statuit; sed illo ipso in loco suas ad se copias recipit: ea victoria contentus, quam fortuna dedisset. Quum nemo non Fraiutum accusaret, quod fugientem Gainem noluisset persequi; sed tam ipsi Gaini, quam Barbaris fuga cum eo elapsis, velut ex eadem natione secum ortis, pepercisset: rei nullius ejusmodi sibi conscius, ad principem revertitur; magnos animos ob partam victoriam gerens, eamque libere diis illis acceptam referens, quos coleret. Nec enim pudebat eum, ipso quoque principe audiente, fateri, se ritu patrio deos venerari & colere: minimeque suo posse animo imperare, ut hac in parte vulgi opinionem sectaretur. Imperator exceptum Fraiutum, consulem designat. Gaines vero, magna copiarum amissa parte, ceu dictum est, cum reliquis ad Istrum cursu properat: & quia vastatam superioribus irruptionibus Thraciam reperisset,

1. Sylb. [μὲν] ut structura melius cohæreat.

quidquid obvium eſſet, diripit. Veritus autem, ne forte ſequutus alius quiſpiam Romanus exercitus, Barbaros ſuos, qui pauci erant, adoriretur; ſimulque ſuſpectos, qui eum comitabantur, Romanos habens: illos quidem, conſilium ejuſmodi non proſpicientes, univerſos occîdit; cum Barbaris vero transjecit Iſtrum, ad ſua reverti, atque ibi deinceps vivere cogitans.

Dum hæc Gaines agit, Uldes Hunnorum eo tempore princeps, non tutum arbitratus eſſe, homini Barbaro, ſuas habenti copias permittere, trans Iſtrum ut domicilium haberet; prætereaque ratus, Imperatori ſe Romano rem gratam facturum, ſi hunc expelleret: ad pugnam cum eo committendam ſe parat, & coactis copiis, aciem adverſus hoſtem inſtruit. Itidem Gaines, qui nec ad Romanos amplius reverti, nec alia via, quem minaretur Uldes impetum, effugere poſſet; ſuis armatis in Hunnos tendit. Quum manus non ſemel, ſed multoties conſeruiſſent exercitus, ſtrenue Gainis miles aliquot prœliis reſtitit: tandem, compluribus cæſis, etiam Gaines ipſe, fortiter & animoſe pugnans, interfectus eſt.

μήποτε στρατόπεδον ἕτερον Ῥωμαϊκὸν ἐπακολουθήσειε, ἐπέθετο τοῖς σὺν αὐτῷ Βαρβάροις, οὐ πολλοῖς οὖσιν, καὶ ἔξω τε ὑποψίας ἔχων τοὺς ἑπομένους αὐτῷ Ῥωμαίους, ἐκείνους μὲν, οὐ προειδομένους τὸ βούλευμα, πάντας ἀπέκτεινεν· ἅμα δὲ τοῖς Βαρβάροις, ἐπεραιώθη τὸν Ἴστρον, εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν διανοούμενος, αὐτόθι δὲ τὸν λοιπὸν βιοτεύειν.

Ἀλλ᾽ ὁ μὲν Γαΐνης, ἐν τούτοις ἦν· Οὔλδης δὲ, ὁ τὴν Οὔννων ἔχων κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους ἡγεμονίαν, οὐκ ἀσφαλὲς ἡγησάμενος εἶναι, Βαρβάρῳ στρατόπεδον οἰκεῖον ἔχοντι, συγχωρῆσαι πέραν τοῦ Ἴστρου τὴν οἴκησιν ἔχειν, ἅμα δὲ καὶ τῷ Ῥωμαίων οἰόμενος βασιλεῖ χαριεῖσθαι, τοῦτον ἀποδιώκων, εἰς μάχην αὐτῷ καταστῆναι παρεσκευάζετο· καὶ συναγαγὼν τὴν δύναμιν, ἀντετάττετο. καὶ Γαΐνης δὲ, οὔτε πρὸς Ῥωμαίους ἐπανελθεῖν ἔτι δυνάμενος, οὔτε ἄλλως τὴν ἀπειλουμένην ἔφοδον διαφυγεῖν, ὁπλίσας τοὺς σὺν αὐτῷ, τοῖς Οὔννοις ἀπήντα. συμπλακέντων δὲ τῶν στρατοπέδων οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἀλλήλοις, ἀντέσχε μὲν εἴς τινας μάχας ἡ Γαΐνου μερίς· ἐπειδὴ δὲ πολλοί τε ἐξ αὐτῶν ἔπεσον, ἀνῃρέθη καὶ αὐτὸς [1] Γαΐνης, καρτερῶς καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος.

1. Ita vero Socrates. Γαΐνας δὲ ἀναζεύξας καὶ διὰ τῆς Θρᾴκης φυγῇ χρώμενος περιπίπτει ἑτέρᾳ δυνάμει Ῥωμαίων καὶ ἀναιρεῖται ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ Βαρβάροις.

Τοῦ πολέμου τῇ Γαΐνου τελευτῇ πέρας λαβόντος, Οὔλδης, ὁ τῶν Οὔννων ἡγούμενος, τὴν τούτου κεφαλὴν Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ πέμψας, δωρεῶν ἠξιοῦτο· καὶ ἐπὶ τούτοις σπονδὰς πρὸς Ῥωμαίους ἐπέθετο. Τῶν δὲ πραγμάτων σὺν οὐδενὶ λόγῳ φερομένων, οἷα τοῦ βασιλέως φρονήσεως ἐστερημένου, τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ συνεταράττετο. φυγάδες γὰρ οἰκέται, καὶ [1] ἄλλως τὰς τάξεις ἀπολιπόντες, Οὔννους ἑαυτοὺς εἰπόντες εἶναι, τὰ ἐν τοῖς ὑπαίθροις διήρπαζον· ἕως ὁ Φράουιτος ἐπιστρατεύσας, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἐνέτυχεν ἀνελὼν, ἔξω φόβου πεποίηκε τοὺς [2] οἰκήτορας. . . . . λίαν ἔγνωκε διαβῆναι, δεδιότες μή ποτε κακῶς διατεθεῖεν. τούτῳ περιπεσόντες, ἀπέβησαν τῆς νεὼς ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἤπειρον τόποις· καὶ περὶ τῆς σφῶν βουλευόμενοι σωτηρίας, (ἐποίει γὰρ αὐτοῖς ταύτην ἐπισφαλῆ τὸ τοῦ πλημμελήματος ὑπερβάλλον) καιρὸν δεδώκασι τοῖς παρ' αὐτῶν φυλαττομένοις φυγῆς. ἕτεροι δέ φασιν, ὡς χρημάτων αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν ἐφιλοτιμήσαντο. οἳ δὲ, ὅπως ποτὲ δι-

Bello Gainis morte finito, Uldes Hunnorum princeps, capite ipſius ad Arcadium miſſo, muneribus cultus eſt; & ſecundum hæc fœdus cum Romanis iniit. Quum autem res temere fluctuarent, Imperatore prudentia deſtituto, Thracia rurſum perturbatur. Quippe fugitiva mancipia, cum aliis, qui ordines ſuos deſeruerant, quum ſe Hunnos eſſe perhiberent, quidquid in agris erat ſub dio, diripiunt: donec Fraiutus, expeditione ſuſcepta, tum his, tum aliis, quoſcunque nactus eſſet, interfectis; eorum locorum colonos extra metum poſuit. . . . . veriti ne male tractarentur. Poſteaquam in hoc incidiſſent, in Epiri locis è navi ſunt egreſſi. Dumque de ſalute ſua deliberant, quam nimia delicti magnitudo reddebat dubiam; fugæ ſpacium conceſſerunt iis quos cuſtodiebant. Alii data pecunia dimiſſos fuiſſe narrant. Illi vero, quocunque tandem modo evaſere, Conſtantinopolim præter

1. Sylb. [ἄλλως οἱ] vel [ἄλλοι] uti & paulo ſupra [πολλοί τινὲς] pro [πολλοί τε.]

2. Hiatum hunc fruſtra quis ſupleverit, niſi conjecturis indulgeat. Senſus itaque, qualis ex antedictis elici poteſt, hic eſt. Poſtulavit dudum Gaines tradi ſibi in ſupplicium Aurelianum, Saturninum, & Ioanenm τοὺς ἐξέχοντας τοῦ πολιτεύματος ἄνδρας, *ut ſupra noſt.* Quos, *ut par eſt conjicere*, cuſtodiæ mandavit Gaines pro arbitrio plectendos Fraiutus vero cum Gainis jam occiſi reliquias perſequeretur, cuſtodes ultro ſibi commiſſis fugæ ſpatium conceſſerunt, id veriti ne male illis futurum eſſet ſi in Fraiuti manus inciderint. Hinc autumat Sylburgius [λίαν] finale eſſe fragmentum nominis [Θεσσαλία] vel [Παραλία] in quam decrevit Fraiutus trajicere ut comprehenſos perduelles juſto afficeret ſupplicio.

omnem ſpem reverſi; principi, ſenatui, reliquis omnibus ſe conſpiciendos exhibuerunt.

Hinc auctum fuit odium Auguſtæ contra Joannem Chriſtianorum epiſcopum; quæ prius etiam illi ſuccenſeret, quod eam publicis in congreſſibus, quoties ad plebem diſſereret, perſtringere conſueſſet. In hoc quidem tempore, poſt Joannis aliorumque reditum, palam infeſto in eum animo eſſe cœpit. Quumque cuncta ex animi libidine gereret, omnium locorum epiſcopos ad dejiciendum loco ſuo Joannem concitat: inter quos primus & ſummus erat, Alexandrinæ urbis in Ægypto antiſtes Theophilus, qui primus ſacra, patrioſque ritus æternos, oppugnare cœpit. Diſceptatione propoſita, quum videret Joannes, haud æquo judicio cauſam ſuam tractari: Conſtantinopoli ſponte ſua diſceſſit. Ob eam rem perturbata plebe, (quando vir hic imperitæ plebis animos admirabili quadam arte ſibi ſubjicere poterat) plena tumultus urbs

ἔφυγον, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθόντες παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐφάνησαν.

Ἐντεῦθεν ηὐξήθη τῇ [1] συνοικούσῃ τῷ βασιλεῖ τὸ κατὰ Ἰωάννου τοῦ τῶν Χριστιανῶν ἐπισκόπου μῖσος, χαλεπαινούσης πρότερον μὲν αὐτῷ, κωμῳδεῖν εἰωθότι κατὰ τὰς συνόδους αὐτὴν ἐν ταῖς πρὸς τὸ πλῆθος ὁμιλίαις· τότε δὲ, μετὰ τὴν Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἐπάνοδον, εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ δυσμένειαν ἐμφανῶς ἐξανέστη. πράττουσα δὲ πάντα κατ' ἐξουσίαν, ἐκίνει τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους πρὸς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν· ὧν ἦν πρῶτος καὶ κορυφαῖος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ [2] Θεόφιλος, ὁ πρῶτος ἀρξάμενος τῆς κατὰ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος πατρίων ἐπιβουλῆς. προτεθείσης δὲ κρίσεως, ὁρῶν ὁ Ἰωάννης οὐκ ἐξ ἴσης αὐτῷ τὰ πράγματα προβαίνοντα ψήφου, τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἑκὼν ἀνεχώρει. τοῦ δὲ πλήθους ἐπὶ τούτῳ συνταραχθέντος, (ἦν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἄλογον ὄχλον ὑπαγαγέσθαι δεινὸς) θορύβου μὲν ἦν πλήρης ἡ πόλις, ἀπείληπτο δὲ ἡ τῶν

1. Eudoxia enim, quæ apud Zonaram audit Γυναιον ἰταμὸν καὶ χρημάτων ἡττώμενον, διὰ τὰς περὶ ἀδικίας διδασκαλίας ἑαυτῇ πάντα προσαρμόττουσα (ἤλεγχε γὰρ ἡ συνείδησις αὐτὴν τοιαύτην οὖσαν) ἐμήνια καὶ τοὺς θυμοὺς ἐξέκαιε. Unde exilio multatur D. Chryſoſtomus, donec populo ſubinde tumultus excitante ab Arcadio revocatur. Poſtea vero cum eâdem animi præſentiâ illa perſtrinxiſſet crimina quorum ſibi conſcia erat Eudoκia, Cucaſum relegatur.

2. Qui ideo inimico erat erga D. Chryſoſtomum animo quod Iſidorum ſuæ ipſius eccleſiæ Preſbyterum ad epiſcopatum Conſtantinopolitanum evehere non potuiſſet. *Uti videre eſt apud Socratem lib. 5. Eccl. hiſt. c. 2.*

Χρισ-

Χριστιανῶν ἐκκλησία ὑπὸ τῶν λεγομένων μοναχῶν. οὗτοι δὲ γάμοις τοῖς κατὰ νόμον ἀπαγορεύουσι, συστήματα δὲ πολυάνθρωπα κατὰ πόλεις καὶ κώμας πληροῦσιν ἀνθρώπων ἀγάμων, καὶ οὔτε πρὸς πόλεμον, οὔτε πρὸς ἄλλην τινὰ χρείαν [1] ἀνασχαίαν τῇ πολιτείᾳ· πλὴν ὅτι προϊόντες ὁδῷ, μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου, τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς ᾠκειώσαντο, προφάσει τοῦ μεταδιδόναι πάντων πτωχοῖς, [2] πάντων (ὡς εἰπεῖν) πτωχοὺς καταστήσαντες. [3] οὗτοι δὲ, τὰς ἐκκλησίας ὑπολαβόντες, ἐκώλυον τὰ πλήθη ταῖς συνήθεσιν εὐχαῖς προσιέναι. πρὸς ὃ δυσχεραίνοντες δημολικοί τε ὁμοῦ καὶ στρατιῶται, τὴν τῶν μοναχῶν ᾔτουν ἀνακόψαι θρασύτητα. δοθέντος δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τοῦτο συνθήματος, ἐχώρουν ἀνέδην, καὶ σὺν οὐδεμιᾷ κρίσει πάντας ἀπέσφαττον, ἕως τὴν μὲν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν νεκρῶν, τοὺς δὲ ἀποδράντας διώξαντες, κατεκέντησαν ἅπαντας, ὅσοι φαιαῖς ἔτυχον ἐσθῆσιν

erat; jamque adeo fuerat intercepta Christianorum ab iis ecclesia, qui Monachi vocantur. Hi legitimis nuptiis abstinent, & tam in urbibus, quam vicis, populosa collegia complent hominibus non maritatis, nec ad bellum, nec alium reipublicæ necessarium usum idoneis. Nisi quod via quadam progressi, ab eo tempore, in hunc usque diem, magnam agrorum partem ad se transtulerunt; & sub prætextu, quasi cum pauperibus omnia communicent, omnes prope dixerim ad inopiam redegerunt. Hi quum ecclesias occupassent, quo minus plebs ad consuetas preces accederet, prohibent. Quod ægre ferentes tam plebeii, quam milites, ut monachorum audacia retunderetur, petunt. Dato eis ad hoc signo, plena cum licentia prodeunt, & nullo judicio cunctos jugulant: donec cadaveribus ecclesiam implessent, & fuga dilapsos persequuti confixissent omnes, quicunque pullis

1. Scrib. [ἀναγκαίαν.]

2. Sylb. πάντως, vel [πάντως πάντων πτωχοὺς,] sc. [ἐνδεεῖς.]

3. Orta est procurante Theophilo inter *longos Monachos* acris dissentio, qui ita dicti sunt, *ut id obiter moneam*, ob hanc rationem. Τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἀσκητηρίων προεστήκεισαν τέσσαρες ἄνδρες εὐλαβεῖς, Διόσκωρος, Ἀμμώνιος, Εὐσέβιος καὶ Εὐθύμιος· ἦσαν αὐτάδελφοι μὲν οὗτοι, οἱ μακροὶ δὲ ἐκ τοῦ σώματος ὠνομάζοντο. *Socr. lib.6.c.7.* Partium studia fovebat Theophilus, iisque se adjunxit Monachis qui dicti sunt *Anthropomorphiani, eò quod humanam deo formam ascriberent*: cæteris, *inter quos erat Dioscorus*, renitentibus, appellatisque *Origenistis* ab *Origine*, acerrimo istius sententiæ ante ducentos annos impugnatore. Dioscorus hic una cum Isidoro Constantinopolim accedunt, insidias Arcadio & Joanni pariter à Theoph. intentatas aperiunt, quos ideò à Joanne benigne acceptos persequendos decrevit Theophilus. Inde itaque tum populi, tum mutua in se Monachorum odia. *Sed de his consulas Socr. lib. 6.*

ἠμφι-

induti vestibus erant. Quos inter, perire plures contigit, qui vel luctus causa, vel ob alium quendam casum, in hujusmodi vestitu reperti fuissent.

Cæterum Joannes jam reversus, eadem tentabat, consimiles in urbe tumultus excitans. Quum autem calumniatorum natio magis, quam antehac unquam excrevisset, & eunuchos palatinos perpetuo stiparet; si quis opulentus vita decessisset, ejus facultates nuntiabat; quasi nulli liberi vel cognati exstarent. Hinc rescripta principis adferebantur, quibus Titii patrimonium Sempronio dari jubebatur. Simul hæreditates illis cedebant, qui oblatis principi precibus eas obtinuerant: adstantibus interim liberis, & parentes cum gemitu implorantibus. Ad summam, nihil agebatur, quod oppida lamentis non impleret, & cuivis municipi detrimentum nefarium non inferret. Nam quum princeps extreme stolidus esset, conjux ejus supra sexum adrogans, & undique tam eunuchorum, quam familiarium sibi muliercularum, quæ maxime huic imperabant, insatiabili avaritiæ exposita, vitam omnibus acerbam victu reddebat: adeo quidem, ut modestis hominibus morte nihil esset optabilius.

Et quasi si hæc non sufficerent, Constantinopoli periculum, quovis gravissimo majus, ex hujusmodi quadam causa creatum fuit. Joannes, uti di-

ἠμφιεσμένοι. οἷς συναπολέσθαι συνέβη πολλοὺς, ἢ διὰ πένθος, ἢ διά τινα ἑτέραν περιπέτειαν ἐν ἱματίοις εὑρεθέντας τοιούτοις.

Ιωάννης δὲ, αὖθις ἐπανελθὼν, τῶν αὐτῶν ἐπειρᾶτο, τοὺς ὁμοίους ἀνακινῶν ἐν τῇ πόλει θορύβους. τὸ δὲ τῶν συκοφαντῶν, ὡς οὔπω πρότερον ἐπιπολάσαν, καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν εὐνούχοις ἀεὶ περιέπον, εἴπου τις τῶν πλουσίων ἀπέθανεν, ὡς οὐκ ὄντων παίδων ἢ συγγενῶν, ἐμήνυον τὰς οὐσίας· καὶ τοῦ βασιλέως ἐφέρετο γράμματα, τῷδε δὲ οὐσίαν τήνδε παραδοθῆναι κελεύοντα· καὶ παρεδίδοντο τοῖς ᾐτηκόσιν οἱ κλῆροι, παίδων ἑστώτων, καὶ τοὺς πατέρας μετ᾽ οἰμωγῆς ἀνακαλουμένων. καὶ ἁπλῶς οὐδὲν ἦν ὃ μὴ θρήνων ἐπλήρου τὰς πόλεις, παντὶ τῶν οἰκητόρων ἄλογον ζημίαν ἐπάγον. τοῦ γὰρ βασιλεύοντος ἐσχάτως ἀνοηταίνοντος, ἡ τούτῳ συνοικοῦσα, παρὰ τῆς φύσεως αὐθαδιζομένη, πανταχόθεν τε εὐνούχων ἀπληστίᾳ καὶ τῶν περὶ αὐτὴν γυναικῶν, αἳ μάλιστα ταύτης ἐκράτουν, ἐκδεδομένη, πᾶσιν ἀβίωτον καθίστη τὸν βίον· ὥστε θανάτου τοῖς μετρίᾳ φρονοῦσιν οὐδὲν ἦν αἱρετώτερον.

Ὡς οὐκ ἀρκούντων δὲ τούτων, ἐπενεχθη τῇ Κωνσταντινουπόλει πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα κίνδυνος, ἔκ τινος τοιαύτης αἰτίας. Ιωάννης, ἤ-

περὶ ὧν εἴρηταί μοι, μετὰ τὴν φυγὴν ἐπανελθὼν, καὶ τοῖς συνήθεσιν ἱεροῖς σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος, ἐπειδὴ καὶ τοῦ θρόνου τῆς ἐπισκοπῆς ἑώρα καὶ τῆς πόλεως ἑαυτὸν ἐξωθούμενον, αὐτὸς μὲν ἀπέλιπε τὴν πόλιν, νεὼς ἐπιβάς· οἱ δὲ τούτῳ σπουδάζοντες, μηδένα μετὰ τοῦτον ἐπίσκοπον γενέσθαι τῇ πόλει πραγματευόμενοι, πυρὶ τὴν πόλιν ἔγνωσαν ἀπολέσαι. λάθρα τοίνυν φλόγα τῇ ἐκκλησίᾳ νυκτὸς ἐμβαλόντες, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἔξω καταστήσαντες ἑαυτοὺς, καὶ τούτῳ λαθόντες οἵτινες ποτὲ εἶεν, ἡμέρας γενομένης ἐσχάτως ἤδη τὴν πόλιν ἅπασαν ἔδειξαν κινδυνεύουσαν. [1] ἥτε γὰρ ἐκκλησία κατεφλέγετο πᾶσα, συνεδαπανᾶτο δὲ ταύτῃ καὶ τὰ ἐχόμενα τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ μάλιστα ὅσοις τὸ πῦρ ἐπῆγεν ἡ τῶν γενομένων πνευμάτων καταιγίς. ἐνέπεσε δὲ τὸ πῦρ καὶ εἰς τὸν εἰωθότα δέχεσθαι τὴν γερουσίαν οἶκον, πρὸ τῶν βασιλείων ὄντα, εἰς πᾶν κάλλος καὶ φιλοτιμίαν ἐξησκημένον. ἀγάλμασι γὰρ κεκαλλώπιστο τεχνιτῶν, τὸ ἀξιοπρεπὲς ἐξ αὐτῆς τῆς θέας παρεχομένοις, καὶ μαρμάρων χροιαῖς, αἳ κατὰ τοὺς νῦν οὐ μεταλλεύονται χρόνους. φασὶ δὲ ὡς καὶ τὰ δείκηλα τὰ ἐν τῷ Ἑλικῶνι τὸ ἀρχαῖον καθιδρυθέντα τῶν Μούσαις, μέρος καὶ αὐτὰ τῆς κατὰ πάντων ἱεροσυλίας ἐν τοῖς Κωνσταντίνου γενόμενα χρόνοις, ἀνατεθέντα τούτῳ τῷ τό-

Οἱ κατὰ τὰς πόλεις ἐνιδρυμένοι στρατιῶται, τῆς Στελίχωνος εἰς αὐτοὺς τελευτῆς ἠνεχθείσης, ταῖς καθ' ἑκάστην πόλιν οὔσαις γυναιξὶ καὶ παισὶ Βαρβάρων ἐπέθεντο· καὶ ὥσπερ ἐκ συνθήματος πανωλεθρίᾳ διαφθείραντες, ὅσα ἦν αὐτοῖς ἐν οὐσίᾳ, διήρπασαν. ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τοῖς ἀνῃρημένοις προσήκοντες, καὶ πανταχόθεν ἐς ταὐτὸ συνελθόντες, χαλεπήναντες ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ Ῥωμαίων κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ πίστεως ἀσεβείᾳ, πάντες ἔγνωσαν Ἀλαρίχῳ προσθέσθαι, καὶ τοῦ κατὰ τῆς Ῥώμης αὐτῷ κοινωνῆσαι πολέμου· καὶ συναχθεῖσαι πρὸς τοῦτο πλείους ὀλίγῳ τριῶν μυριάδες, ἐφ' ὅπερ ἐδόκει συνέθεον. Ἀλάριχος δὲ, οὐδὲ παρὰ τούτων ἐρεθιζόμενος ᾑρεῖτο τὸν πόλεμον, ἀλλὰ ἔτι τὴν εἰρήνην ἔμπροσθεν ἐποιεῖτο, τῶν ἐπὶ Στελίχωνος σπονδῶν μεμνημένος. στείλας δὲ πρέσβεις, ἐπὶ χρήμασιν οὐ πολλοῖς εἰρήνην ᾔτει γενέσθαι, λαβεῖν τε ὁμήρους, Ἀέτιον καὶ Ἰάσονα, τὸν μὲν, Ἰοβίου γενόμενον παῖδα, τὸν δὲ, Γαυδεντίου. δοῦναι δὲ καὶ αὐτὸς τῶν παρ' αὐτῷ τινὰς εὖ γεγονότας, καὶ ἐπὶ τούτοις

cultates publicari; congerendis in fiscum pecuniis occupatus erat. Et, quasi non sufficerent hæc ad exsatiandum malum genium, qui tunc & nefariorum catenis constringebat, & in solitudine numinis conturbabat universas res humanas: etiam aliud quiddam tale superioribus adjectum fuit.

Qui erant in oppidis collocati milites, quum de morte Stelichonis ad eos nuntius adlatus fuisset; in Barbarorum uxores atque liberos per singulas urbes grassantur; eisque veluti signo dato, ad internecionem deletis, quascunque facultates habebant, diripiunt. Quod quum inaudissent occisorum propinqui, & ex locis omnibus confluxissent, commoti graviter ob violatam à Romanis tam impie fidem, Deo teste datam; Alaricho se omnes adjungere statuunt, & belli cum eo societatem adversus Romam coire. Quo nomine collecta hominum triginta, vel paulo amplius, millia, promte, quocunque videretur, concurrunt. Alarichus autem, ne per hos quidem incitatus, bellum suscipit; sed pacem adhuc bello præfert, induciarum memor, quæ Stelichone vivo factæ fuerant. Missis autem legatis, interveniente pecunia non magna pacem fieri postulat, & obsides dari, Aetium & Jasonem; illum Jovii, hunc Gaudentii filium. Simul ait, se quoque nonnullos ex suis nobiles daturum obsides, atque his conditionibus pacem culturum,

& è Norico in Pannoniam copias abducturum. Quibus legibus petente pacem Alaricho, Imperator ejus postulata rejicit. Atqui de duobus alterum facere debuit, & recte rebus præsentibus consulere. Nam vel differendum erat bellum, induciis modica pecunia quadam impetratis: vel, si bellum gerere malebat, omnes cogendæ militum legiones, quæ usquam essent, & qua transeundum hostibus erat, constituendæ; quo Barbarus ab ulteriore progressu excluderetur. Deligendus item dux & Imperator belli totius Sarus; qui & per se idoneus erat ad incutiendum hosti terrorem, ob fortitudinem ac bellicæ rei peritiam; & apud se Barbarorum multitudinem, satis ad resistendum idoneam, habebat. Enimvero nec pacem amplexus, nec amicitia Sari conciliata, nec Romanis exercitibus collectis, sed in Olympii votis omni spe collocata; tantarum reipublicæ calamitatum auctor exstitit. Nam duces exercitui dedit eos, qui sui contemtum in animis hostium excitare possent: equitatui Turpillione, pedestribus copiis Varane præfecto: itidemque domesticorum alæ, Vigilantio; quibus erant & reliqua consentanea. Quapropter omnes desperabundi, jam in oculis Italiæ exitium habere sibi videbantur.

ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, μεταστῆσαί τε τὸ εἰς Παιονίαν ἐκ τοῦ Νωρικοῦ τὸ στράτευμα. ἐπὶ τούτοις Ἀλαρίχου τὴν εἰρήνην αἰτουμένου, ὁ βασιλεὺς ἀπεσείετο τὰ αἰτούμενα. καίτοι γε δυοῖν ἐχρῆν [1] θάτερα πράξαντα, τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι. ἢ γὰρ ἀναβάλλεσθαι τὸν πόλεμον ἔδει, σπονδὰς ποιησάμενον ἐπὶ μετρίοις τισὶ χρήμασιν· ἢ πολεμεῖν αἱρούμενον, πάντα συναγαγεῖν ὅσα στρατιωτῶν τάγματα ἦν, καὶ ταῖς παρόδοις τῶν πολεμίων ἐγκαταστῆσαι, καὶ ἐπικλεῖσαι τὸν Βάρβαρον τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας· ἡγεμόνα τε καταστῆσαι, καὶ στρατηγὸν τοῦ πολέμου παντὸς, Σάρον, ὄντα μὲν καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογον καταπλῆξαι τοὺς πολεμίους, διά τε τὴν ἀνδρείαν καὶ πολεμικὴν ἐμπειρίαν, ἔχοντα δὲ καὶ Βαρβάρων πλῆθος ἀρκοῦν εἰς ἀντίστασιν. ἀλλ' οὔτε τὴν εἰρήνην δεξάμενος, οὔτε τὴν Σάρου φιλίαν ἐπισπασάμενος, οὔτε τὸ Ῥωμαϊκὸν συναγαγὼν στρατόπεδον, τῇ δὲ Ὀλυμπίου τὰς ἐλπίδας ἀναρτήσας εὐχῇ, τοσούτων αἴτιος ἐγένετο τῷ πολιτεύματι συμφορῶν. στρατηγοὺς τε γὰρ ἐπέστησε τῷ στρατεύματι, καταφρόνησιν ἐμποιῆσαι τοῖς πολεμίοις ἀρκοῦντας· Τουρπιλλίωνα μὲν τοῖς ἱππεῦσιν, Οὐαράνην δὲ τοῖς πεζοῖς ἐπιστήσας, καὶ τῇ τῶν δομεστίκων ἴλῃ Βιγιλάντιον, καὶ τὰ λοιπὰ τούτοις ὁμολογοῦντα. ὧν ἕνεκα τὸ ἐλπίσι πάντες ἀπεγνωκότες, ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν ἐδόκουν τὴν τῆς Ἰταλίας ἀπώλειαν.

1. Rectius [θάτερον] num. sing. Sylb.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ τούτων οὕτω διῳκημένων, ἐπὶ τὴν κατὰ τῆς Ῥώμης ἔφοδον Ἀλάριχος ὡρμήθη, γελάσας τὴν Ὀνωρίου παρασκευήν. ἐπεὶ δὲ μεγίστοις οὕτω πράγμασιν οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ μείζονος ὑπεροχῆς ἐγχειρῆσαι διενοεῖτο, μεταπέμπεται τὸν τῆς γαμετῆς ἀδελφὸν Ἀτάουλφον ἐκ τῆς ἀνωτάτω Παιονίας, ὡς ἂν αὐτῷ κοινωνήσοι τῆς πράξεως, Οὔννων καὶ Γότθων πλῆθος οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχων. οὐκ ἀναμείνας δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ πρόσω προελθὼν, Ἀκυλήϊαν μὲν παραβρέχει, καὶ τὰς ἑξῆς πόλεις, ἐπέκεινα τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ κειμένας· (φημὶ δὲ Κονκορδίαν, καὶ Ἄλτινον, καὶ ἐπὶ ταύτῃ Κρέμωνα) καὶ περαιωθεὶς τὸν ποταμὸν, ὥσπερ ἐν πανηγύρει, πολεμίου μηδενὸς ἀπαντήσαντος, εἴς τι τῆς Βονωνίας ὁρμητήειον ἦλθεν, ὃ καλοῦσιν Οἰκουβαρίαν. ἐντεῦθεν Αἰμιλίαν ἅπασαν παραμείψας, καὶ καταλιπὼν τὴν Ῥάβενναν, εἰς Ἀρίμινον ἀφίκετο, πόλιν τῆς Φλαμινίας μεγάλην. εἶτα καὶ ταύτην παραδραμὼν, καὶ τὰς ἄλλας ὅσαι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας εἰσὶν, εἰς τὸ Πίκηνον παρεγένετο· τοῦτο δὲ ἔθνος ἐστὶν ἐν ἐσχάτῳ που τοῦ Ἰονίου κείμενον κόλπου. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμήσας, πάντα τὰ ἐν ποσὶν ἐλῄζετο φρούριά τε καὶ πόλεις. ὥστε εἰ μὴ πρὸ τῆς τῶν Βαρβάρων εἰς τούτους τοὺς τόπους ἀφίξεως διαδράντες ἔφθησαν Ἀρσάκιός τε καὶ Ταρέντιος οἱ εὐνοῦχοι, καὶ τὸν Στελίχωνος υἱὸν Εὐχέριον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήγαγον, κατὰ

His in hunc modum ordinatis, Alarichus, adparatu Honorii deriſo, Romanam expeditionem occepit. Et quoniam res adeo maximas non tantum adparatu pari, ſed etiam majore cogitabat adgredi: Ataulfum, conjugis ſuæ fratrem, ex Pannonia ſuperiore arceſſit; ut eum rei gerendæ ſibi ſocium adjungeret; qui Hunnorum Gotthorumque copias haud aſpernandas haberet. Verum illius adventu non exſpectato, ulterius progreſſus; Aquileiam, & urbes ordine trans Eridanum flumen ſitas, curſu præterit: Concordiam inquam, & Altinum, & ſecundum hanc Cremonam. Quumque flumen transjeciſſet, velut in feſta quadam celebritate, hoſte nullo prorſus occurrente: quoddam ad caſtellum Bononiæ venit, quod Oecubariam vocant. Hinc Æmilia tota peragrata, relictaque Ravenna; Ariminum acceſſit, urbem Flaminiæ magnam. Deinde hac quoque curſu præterita cum cæteris, quæ ſunt ejuſdem provinciæ, in Picænum venit. Ea gens in extremo ſinu Ionio ſita eſt. Hinc Romam verſus promotis caſtris, obvia caſtella cuncta cum oppidis diripit: adeo quidem, ut niſi ante adventum in hæc loca Barbarorum, Arſacius & Terentius eunuchi, curſu evaſiſſent, & filium Stelichonis Eucherium Romam abduxiſſent,

mandato

mandato principis interficiendum, ibique principis imperium reapse fuissent exsequuti: omnino in Alarichi manus pervenisset adolescens, & salvus evasisset. Quum autem & in his eunuchi fecissent quod jussi fuerant; & Thermantiam, Honorii conjugem, matri reddidissent: quod eadem via reverti ad Imperatorem non possent, navi conscensa, versus Celtas & Gallos profecti sunt, ubi princeps etiam degebat: Magno vero commodo reipublicæ futurum ratus Imperator, si hos eunuchos, qui Thermantiam matri reddiderant, & Eucherium interfecerant, pro tam fortibus factis remuneraretur: Terentium augustalis cubiculi præpositum fecit, & Arsacio proximum ab eo locum dedit. Itidem occiso Bathanario, militum in magna Libya magistro, quocum nupta Stelichonis soror erat; eam provinciam Heracliano tradidit, qui manu sua Stelichonem interfecit; ejusque facinoris præmium, honorem hunc tulit.

Quum jam Alarichus prope Romam esset, & inclusos obsidione cinxisset; Serenam senatus suspectam habere cæpit, quasi quæ Barbaros adversus urbem adtraxisset. Censuitque pariter & universus senatus, & Placidia, principis uterina soror, Se-

πρόσταγμα τοῦ βασιλέως ἀποθανούμενον, καὶ [1] ἔργον οἷς βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐπετέθη, πάντως ἂν ὁ νέος, εἰς χεῖρας ἐλθὼν Ἀλαρίχου, περιεσώθη· πληρώσαντες δὲ ἐπὶ τῶν τούτων τὸ προσταχθὲν οἱ εὐνοῦχοι, καὶ Θερμαντίαν τὴν Ὀνωρίου γαμετὴν τῇ μητρὶ παραδόντες, οὐ δυνηθέντες ἐπανήκειν διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, νηὸς ἐπιβάντες, ὡς ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Γαλάτας ἀπέπλευσαν, ἔνθα καὶ ὁ βασιλεὺς ἐνεδήμει. ὄφελος δὲ μέγα τῆς πολιτείας ὁ βασιλεὺς ἡγησάμενος, εἰ τοὺς εὐνούχους ἀποδόντας Θερμαντίαν τῇ μητρὶ, καὶ ἀνελόντας Εὐχέριον, ὑπὲρ τούτων ἀμείψαιτο τῶν ἀνδραγαθημάτων, Τερέντιον μὲν ἔταξεν ἄρχειν τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, Ἀρσακίῳ δὲ τὴν μετὰ τοῦτον ἔδωκε τάξιν. ἀνελὼν δὲ Βαθανάριον, τὸν ἐν τῇ μεγάλῃ Λιβύῃ [2] στρατιωτῶν . . . Στελίχωνος ἀδελφῆς ἄνδρα γενόμενον, Ἡρακλειανῷ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν, αὐτόχειρι Στελίχωνος ὄντι, καὶ ταύτην ἔπαθλον τὴν τιμὴν δεξαμένῳ.

Ἤδη δὲ Ἀλαρίχου περὶ τὴν Ῥώμην ὄντος, καὶ καταστήσαντος εἰς τὴν πολιορκίαν τοὺς ἔνδον, ἐν ὑποψίᾳ ἔλαβε τὴν Σερῆναν ἡ γερουσία, οἷα τοὺς Βαρβάρους κατὰ τῆς πόλεως ἀγαγούσης· καὶ ἐδόκει κοινῇ τε τῇ γερουσίᾳ πάσῃ, καὶ Πλακιδίᾳ τῇ ὁμομητρίᾳ

1. Monet Sylb. [ἔργον] apud hunc authorem sæpiusculè occurrere pro [τίτλος.]
2. Supple [ἄρχοντα] seu [ἡγούμενον.]

τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ, ταύτην ἀναιρεθῆναι, τὴν τῶν περιεστώτων κακῶν οὖσαν αἰτίαν. καὶ Ἀλάριχον γὰρ αὐτὸν, Σερήνας ἐκποδὼν γενομένης, ἀναχωρήσειν τῆς πόλεως, οἷα μηδενὸς ὄντος ἔτι τοῦ προδώσειν τὴν πόλιν ἐλπιζομένου. ἦν μὲν οὖν ἡ ὑποψία τῷ ὄντι ψευδής· οὐδὲν γὰρ ἡ Σερῆνα τοιοῦτον ἔλαβε κατὰ νοῦν· δίκην δὲ τῶν εἰς τὰ θεῖα δέδωκε δυσσεβημάτων ἀξίαν, ὡς αὐτίκα μάλα ἔρχομαι λέξων. ὅτε Θεοδόσιος ὁ πρεσβύτης, τὴν Εὐγενίου καθελὼν τυραννίδα, τὴν Ῥώμην κατέλαβε, καὶ τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας ἐνεποίησε πᾶσιν ὀλιγωρείαν, τὴν δημοσίαν δαπάνην τοῖς ἱεροῖς χορηγεῖν ἀρνησάμενος, ἀπηλαύνοντο μὲν ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι, κατελιμπάνετο δὲ πάσης ἱερουργίας τὰ τεμένη. τότε τοίνυν ἐπεγγελῶσα τούτοις ἡ Σερῆνα, τὸ μητρῷον ἰδεῖν ἐβουλήθη. θεασαμένη δὲ τῷ τῆς Ῥέας ἀγάλματι περικείμενον ἐπὶ τοῦ τραχήλου κόσμον, τῆς θείας ἐκείνης ἄξιον ἁγιστείας, περιελοῦσα τοῦ ἀγάλματος, τῷ ἑαυτῆς ἐπέθηκε τραχήλῳ· καὶ ἐπειδὴ πρεσβῦτις ἐκ τῶν Ἑστιακῶν περιλελειμμένη παρθένων, ὠνείδισεν αὐτῇ κατὰ πρόσωπον τὴν ἀσέβειαν, περιύβρισέ τε καὶ ἀπελαύνεσθαι διὰ τῶν ἑπομένων ἐκέλευσεν. ἡ δέ, κατιοῦσα, πᾶν ὅ τι ταύτης ἄξιον τῆς ἀσεβείας, ἐλθεῖν αὐτῇ Σερήνᾳ, καὶ ἀνδρὶ, καὶ τέκνοις ἠράσατο. ἐπεὶ δὲ οὐδενὸς τούτων ποιησαμένη λόγον, ἀνεχώρει τοῦ τεμένους, ἐγκαλλωπιζομένη τῷ κόσμῳ, πολλάκις μὲν ἐπεφοίτησεν

renam esse necandam, quæ præsentium malorum auctor existeret. Nam & Alarichum ipsum, Serena de medio sublata, discessurum ab urbe: quod nemo superaturus esset, à quo ille sibi proditum iri urbem sperare posset. Erat autem hæc quidem suspicio reapse falsa. Nam nihil hujusmodi Serenæ ad animum acciderat. Verum meritas violatarum rerum divinarum pœnas luebat; velut hoc ipso jam loco narrare lubet. Quo tempore Theodosius major, oppressa Eugenii tyrannide, Romam venit, & contemtum sacri cultus in animis omnium excitavit, publicum sumtum ad sacrificia se suppeditaturum inficiatus: expellebantur utriusque sexus sacerdotes,& fana sacrificiis omnibus destituta jacebant. Tunc igitur his illudens Serena, Matris deûm ædem videre voluit. Conspicata vero mundum, collo simulacri Rheæ circumjectum, illo divino cultu dignum: hunc ipsum simulacro ademtum, collo suo adhibuit. Quumque vetula quædam, ex virginibus reliqua Vestalibus, hanc impietatem in os ei exprobrasset: tam contumeliis illi gravibus illusit, quam abigi per comites eam pedisequos jussit. Tum ea descendens, quidquid illa dignum impietate foret, ut & ipsi Serenæ, & marito ejus, & liberis eveniret, imprecatur. Illa vero, nullius horum ratione habita, quum mundo isto sibi placens, è fano exisset; sæpenumero quiddam

ei ſe, tum quieſcenti, tum vigilanti offerebat, quod mortem imminentem denuntiaret. Alii quoque complures ſimilia conſpexerunt. Et quidem perſecutrix impiorum Vindicta, tantopere ſuo ſatisfecit officio; ut etiam eo Serena cognito, quod de ſe futurum eſſet, non tamen ſibi caveret; ſed laqueo cervices illas præberet elidendas, quibus divæ mundum injecerat. Fertur & Stelicho, propter aliam quandam, non abſimilem huic impietatem, arcana Vindictæ ſupplicia non effugiſſe. Nam & is mandaſſe perhibetur, ut fores Capitolii Romani; quæ auro magni ponderis erant obductæ, laminis iſtis aureis ſpoliarentur. Eos autem, qui hoc facere juſſi fuiſſent, in parte quadam forium perſcriptum reperiſſe, MISERO REGI SERVANTUR. Atque huic ſcripturæ reſpondit eventus. Nam miſere ſimul & miſerabiliter vitam finiit.

Cæterum ne Serenæ quidem interitus Alarichum ab obſidi-

[1] ὄναρ αὐτῇ καὶ ὕπαρ, τὸν ἐπόμενον θάνατον προμηνῦον· ἐθεάσαντο δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τὰ παραπλήσια. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τοὺς ἀσεβεῖς μετιοῦσα δίκη δρᾶσαι τὸ οἰκεῖον, ὥστε οὐδὲ μαθοῦσα τὸ ἐσόμενον ἐφυλάξατο· [2] ὑπέσχε δὲ τῇ ἀγχόνῃ τὸν τράχηλον, ᾧ τὸν τῆς θεοῦ κόσμον ἔτυχε περιθεῖσα. λέγεται δὲ καὶ Στελίχωνα, δι' ἑτέραν οὐ πόῤῥω ταύτης ἀσέβειαν, τῆς δίκης τὰ ἀπόῤῥητα μὴ διαφυγεῖν. καὶ οὗτος γὰρ, θύρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης Καπιτωλίῳ, χρυσίῳ πολλῷ ἕλκοντι σταθμὸν ἠμφιεσμένας, ἀπολεπίσαι προστάξαι· τοὺς δὲ τοῦτο πληρῶσαι ταχθέντας, εὑρεῖν ἔν τινι μέρει τῶν θυρῶν γεγραμμένον, MISERO REGI SERVANTUR· ὅπερ ἐστὶν, ἀθλίῳ τυράννῳ φυλάττονται. καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη τὸ γεγραμμένον. ἀθλίως γὰρ καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον ἀπέλιπεν.

Ἀλλ' οὐδὲ ἡ Σερήνας ἀπώλεια τῆς πολιορκίας ἀπέστησεν Ἀλάριχον

1. Differentiam inter duo hæc vocabula expreſſit interpres ὕπαρ enim ſecundum Suidam eſt ὀπτασία ἀληθής.

2. Quo fato perierit Serena ex aliis, qui mihi ad manum ſunt, hiſtoriis non liquet. Mirarer tamen ſi Zoſimus iſtiuſmodi caſus ad *Deorum contemptum* non referret, *neque enim falſo cultui accommodatius aliud eſt patrocinium* quam quod *à fabulis* petitum eſt. Credibile quidem eſt Serenam laqueo vitam finiiſſe, ſed aliis longè momentis impulſam, occurrente nimirum *fruſtratâ ſuæ ambitionis ſpe, & inexpectatæ filiæ repudi*, quâ jam ablegatâ, nihil ſibi reliquum vidit Serena, quo imperii ſpem aleret, animique impetum ad altiora anhelantis. Ejuſdem ſunt commatis, quæ in Stelichonem comminiſcitur, cum à cauſis ſatis manifeſtis repeti poſſit ipſius mors. Quippe qui Alemannos, Suevos, Vandalos, Burgundiones in arma ſuſcitavit, ut à genero in filium extorqueret imperium. Hoc enim inſignitur charactere apud Paul. Diac. lib. 13. *Ut unum puerum purpuram indueret totius humani generis ſanguinem dedit.*

ἀλλ'

ἀλλ' αὐτὸς μὲν κύκλῳ περιεῖχε τὰς πύλας ἁπάσας· καταλαβὼν δὲ τὸν Θύμβριν ποταμὸν, τὴν διὰ τοῦ λιμένος τῶν ἐπιτηδείων ἐκώλυε χορηγίαν. ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι θεασάμενοι, διακαρτερεῖν ἔγνωσαν, οἷα (ὡς εἰπεῖν) ἑκάστης ἡμέρας ἐκ τῆς Ῥαβέννης ἐλεύσεσθαι τῇ πόλει προσδοκῶντες ἐπικουρίαν. ὡς δὲ οὐδενὸς ἀφικνουμένου τῆς ἐλπίδος ἀπεσφάλησαν, ἐδόκει τὸ μέτρον ἐλαττωθῆναι τοῦ σίτου, καὶ τὸ ἥμισυ πέττεσθαι μόνον τοῦ πρότερον ἑκάστης ἡμέρας δαπανωμένου· εἶτα, τῆς ἐνδείας ἐπιτεινομένης, τὸ τρίτον. καὶ ἐπειδὴ μηδεμία τοῦ κακοῦ θεραπείας ἦν μηχανὴ, τὰ δὲ τῇ γαστρὶ βοηθοῦντα πάντα ἀπέλιπε, λιμῷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπῄει λοιμὸς, καὶ πάντα ἦν νεκρῶν σωμάτων μεστά. τῶν δὲ πόλεως ἔξω θάπτεσθαι τῶν σωμάτων οὐ δυναμένων, (πᾶσαν γὰρ ἔξοδον ἐφύλαττον οἱ πολέμιοι) τάφος ἦν ἡ πόλις τῶν τεθνεώτων. ὥστε καὶ ἄλλως εἶναι τὸ χωρίον ἀοίκητον, ἀρκεῖν τε, εἰ καὶ μὴ τροφῆς ἦν σπάνις, εἰς σωμάτων διαφθορὰν, τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἀναδιδομένην ὀσμήν. ἐπήρκουν δὲ πολλοῖς εἰς τὸ μεταδιδόναι τῶν ἀναγκαίων, Λαῖτα ἡ Γρατιανοῦ βασιλεύσαντος γαμετὴ, καὶ Πισσαμένη μήτηρ ταύτης. τοῦ γὰρ δημοσίου βασιλικῆς αὐταῖς τραπέζης ἐπιδιδόντος παρασκευὴν, ἀπὸ Θεοδοσίου ταύτην ἐχούσαις τὴν δωρεὰν, οὐκ ὀλίγοι διὰ τὴν τῶν γυναικῶν φιλανθρωπίαν, τὸν λιμὸν ἐκ τῆς αὐτῶν οἰκίας παρε-

one ſubmovit; ſed portas univerſas undique circumſedit; & occupato Tiberi flumine, ſubminiſtrationem commeatus è portu impediebat. Quod conſpicati Romani, obdurare ſtatuerunt; veluti qui propemodum in ſingulos dies Ravenna venturum urbi ſubſidium exſpectarent. Quum autem nemine ſuccurrente, ſpes eos deſtituiſſet; viſum eſt annonæ menſuram eſſe deminuendam, dimidiamque duntaxat partem ejus coquendam, quod antea ſingulos in dies erogaretur: hinc, augeſcente penuria, tertiam. Et quia nullum excogitari poterat mali ſanandi remedium, jamque cuncta ventris inediæ ſuccurrentia defecerant; famem, ceu conſentaneum erat, peſtis excipiebat, & omnia plena cadaveribus erant. Quumque non poſſent extra urbem ſepeliri cadavera, quod omnes ex urbe vias hoſtes obſiderent; urbs ipſa mortuorum ſepulcrum erat: adeo quidem, ut eſſet alioquin etiam in urbe ſolitudo; ac, ſi maxime nulla fuiſſet alimentorum penuria, vel exhalans è cadaveribus fœtor, ad inficienda corrumpendaque corpora ſuffeciſſet. Compluribus autem cibum diu ſane ſuppeditabant Læta, Gratiani quondam principis conjux, ejuſque mater Piſſamena. Quippe quod ex liberalitate Theodoſii fiſcus eis adparatum menſæ regiæ præberet, non pauci, quæ harum mulierum erat humanitas, ex earum domo famem ſolabantur. Quum

autem malo ad extremum progresso, periculum esset, ne tandem eo redigerentur, ut mutuo se vorarent; tentatis omnibus aliis quæ hominibus etiam abominabilia videntur esse: legationem mittendam ad hostem statuunt, quæ denuntiaret, obsessos & ad pacem paratos esse, modo conditiones ea mediocres haberet; & ad prœlium paratiores, posteaquam popupulus Romanus & arma sumsisset in manus, & ex eorum tractatione continua, non amplius pugnare formidaret. Delecto ad hanc legationem Basilio, qui genere Hispanus erat, præsidisque provinciæ dignitatem adeptus; comitem ei se Joannes adjunxit, præpositus aliquando notariis principis, quos tribunos vocant; velut Alaricho notus, & partium conciliator. Non enim certo Romanis constabat, an adhuc ipsemet Alarichus adesset, & an ipse Romam obsideret. Quippe nonnihil eos sparsa prius fama solabatur, hunc alium esse, qui Stelichonis partibus faverat, & ipsum ad urbem adduxisset.

Quum ad Alarichum legati venissent, puduit eos ignorantiæ, in qua tam diu populus Romanus hæsisset; pariterque mandata Senatus exponunt. Quibus Alarichus auditis, ac præsertim quod populus arma tractans, ad pugnam paratus esset: Spissius, inquit, fœnum rariore facilius secatur. Quod verbum proloquutus, ingenti sublato cachinno, legatos irri-

μεθεῖντο. ὡς δὲ εἰς ἔσχατον τοῦ κακοῦ προϊόντος, καὶ εἰς ἀλληλοφαγίαν ἐλθεῖν ἐκινδύνευσαν, τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅσα ἐξάγιστα εἶναι τοῖς ἀνθρώποις ἐδόκει πεπειραμένοι, πρεσβείαν ἔγνωσαν στεῖλαι πρὸς τὸν πολέμιον, ἀπαγγελοῦσαν ὅτι καὶ πρὸς εἰρήνην εἰσὶν ἕτοιμοι τὸ μέτριον ἐχοῦσαν, καὶ πρὸς πόλεμον ἑτοιμότεροι, τοῦ Ῥωμαίων δήμου καὶ ἀναλαβόντος ὅπλα, καὶ τῇ συνεχεῖ περὶ ταῦτα μελέτῃ μηκέτι πρὸς τὸ πολεμεῖν ἀποκνοῦντος. αἱρεθέντος δὲ πρεσβευτοῦ Βασιλείου, τὸ μὲν γένος ἕλκοντος ἐξ Ἰβήρων, ἐπάρχου δὲ ἀξίᾳ τετιμημένου, συνεξῄει τούτῳ καὶ Ἰωάννης, τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγενημένος, οἷα γνώριμος Ἀλαρίχῳ καὶ πρόξενος. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἠπίσταντο εἰ αὐτὸς Ἀλάριχος ἔτι πάρεστι, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν Ῥώμην εἴη πολιορκῶν. ἐκ γὰρ τῆς προλαβούσης ἐβουκολοῦντο φήμης, ὡς ἕτερος εἴη τῶν τὰ Στελίχωνος φρονούντων, αὐτὸν ἐπαγαγὼν τῇ πόλει.

Οἱ δὲ πρέσβεις, ὡς αὐτὸν ἀφικόμενοι, καταιδοῦντο μὲν ἐπὶ τῇ χρόνον τοσοῦτον κατασχούσῃ τοὺς Ῥωμαίους ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ τῆς γερουσίας ἀπήγγελλον. ὧν Ἀλάριχος ἀκούσας, καὶ ὅτι μεταχειριζόμενος ὁ δῆμος ὅπλα παρεσκεύασται πολεμεῖν, δασύτερος ὢν ὁ χόρτος, ἔφη, τέμνεσθαι ῥᾴων ἢ ἀραιότερος· καὶ τοῦτο φθεγξάμενος, πλατὺν τῶν πρέ-

σβέων κατεῖχε γέλωτα. ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης ἐληλύθασι λόγους, ἐχρῆτο ῥήμασιν ἐπέκεινα πάσης ἀλαζονείας βαρβαρικῆς. ἔλεγε γὰρ οὐκ ἄλλως ἀποστήσεσθαι τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ τὸν χρυσὸν ἅπαντα, ὅσον ἡ πόλις ἔχοι, καὶ τὸν ἄργυρον, λάβοι· καὶ πρὸς τούτοις ὅσα ἐν ἐπίπλοις εὕροι κατὰ τὴν πόλιν· καὶ ἔτι τοὺς Βαρβάρους οἰκέτας. εἰπόντος δὲ τῶν πρέσβεων ἑνὸς, Εἰ ταῦτα λάβοις, τί λοιπὸν ἔτι τοῖς ἐν τῇ πόλει καταλιμπάνεις; Τὰς ψυχὰς, ἀπεκρίνατο. ταύτην οἱ πρέσβεις δεξάμενοι τὴν ἀπόφασιν, ᾔτησαν τοῖς ἐν τῇ πόλει κοινώσασθαι τὸ πρακτέον. ἐνδοσίμου δὲ τυχόντες, τοὺς ἐν τῇ πρεσβείᾳ γενομένους ἀπήγγειλαν λόγους. τότε δὴ πεισθέντες Ἀλάριχον εἶναι τὸν πολεμοῦντα, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς ἀνθρωπίνην ἰσχὺν φέρουσιν ἀπογνόντες, ἀνεμιμνήσκοντο τῆς ἐπιφοιτώσης πάλαι τῇ πόλει κατὰ τὰς στάσεις ἐπικουρείας, καὶ ὡς παραβάντες τὰ πάτρια, ταύτης ἔρημοι κατελείφθησαν.

Περὶ δὲ ταῦτα οὖσιν αὐτοῖς, Πομπηϊανὸς, ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος, ἐνέτυχέ τισιν, ἐκ Τουσκίας εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικομένοις, οἳ πόλιν ἔλεγον τινὰ [1] Νεβηΐαν ὀνο-

sit. Quum autem ad colloquia de pace ventum esset, verbis omnem barbaricam insolentiam superantibus utebatur. Aiebat enim, non aliter se finem obsidionis facturum, nisi & aurum omne, quod esset in urbe, & argentum omne accepisset: præterea, quidquid reperisset in urbe supellectilis, itemque mancipia Barbara. Heic quum dixisset alter legatorum, si quidem hæc abstulisset, quid eis tandem relinqueret, in urbe qui essent? Animas, respondit. Hoc legati accepto responso, ut cum obsessis sibi colloqui liceret de eo quod agendum esset, petunt. Impetratis induciis, quæ hac legatione fuissent ultro citroque dicta, nuntiant. Tum vero persuasi Romani, Alarichum esse, qui bello vexaret urbem; ac desperatis omnibus, quæ vires humanas spectarent: ad animos revocant eam opem, quam in seditionibus olim urbs fuisset experta; quodque patritis ritibus violatis, hanc amisissent.

Dum hæc ipsi secum expendunt, Pompeianus, præfectus urbis, forte in quosdam incidit, qui Romam è Tuscia venerant, & oppidum quoddam aiebant, cui nomen Neveia, præsenti-

1. Ita Sozomen. c. 6. lib. supra citati. ηὔχουν δὲ, *sc. Tusci*, τοιοῦτον αὐτοῖς ἐργάσασθαι καὶ περὶ [λαρνίαν] πόλιν τῆς Θουσκίας ἣν παρελθὼν Ἀλάριχος ἐπὶ τὴν Ῥώμην οὐχ εἷλεν. in quo annotare libet insigne nominum discrimen, cum *Neveia* & *Larnia* nihil habeant commune. Referente vero Sylburgio Sigonius *Narniam* dicit, accomodate ad Sozomeni mentem, nisi quod in unâ tantum literâ peccatum sit, quod vulgo accidit. *Fabulam hanc à Zosimo excogitatam quis est qui non sentiat.*

bus se liberasse periculis; perque nuncupata numini vota, cultumque patritum, tonitruis & fulgetris immanibus elicitis, Barbaros imminentes abegisse. Cum his colloquutus, quæcunque de Pontificum libris fieri expediret, fecit. Quia vero ad animum accidebat ei, quæ tunc invaluerat, opinio; quo tutius id perageret, quod in votis habebat, omnia cum urbis episcopo communicat. Is erat Innocentius, qui quidem opinioni suæ salutem urbis anteponens, clam permisit eis, ut facerent, quæcunque scirent. Quum illi non aliter hæc urbi conductura dicerent, nisi publice consueta sacrificia fierent, Senatu in Capitolium adscendente, atque tum ibi, tum quolibet in urbis foro, rite debita sacra peragente: nemo intercesse cærimoniis ritu patrio celebrandis, ausus fuit; sed hominibus illis è Tuscia valere jussis, ad permulcendum omni studio Barbarum se convertunt. Itaque rursus ad eum legatos mittunt, & utrimque plurimis in medium prolatis, placuit ab urbe solvi quinque millia pondo auri, argenti triginta millia, tunicarum sericarum quatuor millia, vellerum coccineorum tria millia, piperis tria librarum millia. Quod autem nullas urbs in fisco pecunias

μα, τῶν περιστάντων ἐλευθερῶσαι κινδύνων, καὶ τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐχῇ, καὶ κατὰ τὰ πάτρια θεραπείᾳ, βροντῶν ἐξαισίων καὶ πρηστήρων ἐπιγινομένων, τοὺς ἐπικειμένους Βαρβάρους ἀποδιῶξαι. τούτοις διαλεχθεὶς [1] ἔπεισεν ὅσα ἐκ τῶν ἱερατικῶν ὄφελος. ἐπεὶ δὲ τὴν κρατοῦσαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανε δόξαν, ἀσφαλέστερον ἐθέλων πρᾶξαι τὸ σπουδαζόμενον, ἀνατίθεται πάντα τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ. ἦν δὲ Ιννοκέντιος. ὁ δὲ, τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν ἔμπροσθεν τῆς οἰκείας ποιησάμενος δόξης, λάθρα ἐφῆκεν αὐτοῖς ποιεῖν ἅπερ ἴσασιν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄλλως ἔφασκον τῇ πόλει τὰ γινόμενα συντελέσειν, εἰ μὴ δημοσίᾳ τὰ νομιζόμενα πραχθείη, τῆς γερουσίας εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀναβαινούσης, αὐτόθι τε καὶ ἐν ταῖς τῆς πόλεως ἀγοραῖς, ὅσα προσήκει, πραττούσης, οὐκ ἐθάῤῥησεν οὐδεὶς τῆς κατὰ τὸ πάτριον μετασχεῖν ἁγιστείας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς Τουσκίας παρῆκαν, ἐτράποντο δὲ εἰς τὸ θεραπεῦσαι τὸν Βάρβαρον, καθ' ὅσον ἂν οἷοί τε γίνωνται. πέμπουσι τοίνυν καὶ αὖθις τοὺς πρέσβεις· καὶ λόγων ἑκατέρωθεν πλείστων γεγενημένων, ἔδοξε δοθῆναι παρὰ τῆς πόλεως πεντακισχιλίας μὲν χρυσίου λίτρας, τρισμυρίας τε πρὸς ταύταις ἀργυρίου, σηρικοὺς δὲ τετρακισχιλίους χιτῶνας· ἔτι δὲ κοκκοβαφῆ τρισχίλια δέρματα, καὶ πέ-

1. Leg. [ἐποίησεν,]

ϖερι

περὶ σταθμὸν ἕλκον τρισχιλίων λιτρῶν. οὐκ ὄντων δὲ τῇ πόλει δημοσίων χρημάτων, πᾶσα ἦν ἀνάγκη τοῖς ἀπὸ τῆς γερουσίας, ὅσοι τὰς οὐσίας εἶχον, ἐκ καταγραφῆς ταύτην ὑποστῆναι τὴν εἰσφοράν. ἐπιτραπεὶς δὲ Παλλάδιος τῇ δυνάμει τῆς ἑκάστου περιουσίας τὸ δοθησόμενον συμμετρῆσαι, καὶ ἀδυνατήσας εἰς ὁλόκληρον ἅπαντα συναθροῖσαι, ἢ τῶν κεκτημένων μέρος τι τῶν ὄντων ἀποκρυψάντων, ἢ καὶ ἄλλως πως εἰς πενίαν τῆς πόλεως ἐλθούσης διὰ τὰς ἐπαλλήλους τῶν κρατούντων πλεονεξίας, ἐπὶ τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν ὁ τὰ ἀνθρώπινα λαχὼν ἀλιτήριος δαίμων, τὰ πράγματα πράττοντας ἤγαγε. τὸ γὰρ ἐλλεῖπον ἀναπληρῶσαι διὰ τοῦ κόσμου τοῦ περικειμένου τοῖς ἀγάλμασιν ἔγνωσαν. ὅπερ οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ τὰ τελεταῖς ἁγίαις καθιδρυθέντα, καὶ τοῦ καθήκοντος κόσμου τυχόντα, διὰ τὸ φυλάξαι τῇ πόλει τὴν εὐδαιμονίαν ἀΐδιον, ἐλαττωθείσης κατά τι τῆς τελετῆς, ἄψυχα εἶναι καὶ ἀνενέργητα. ἐπεὶ δὲ πανταχόθεν ἔδει τὰ φέροντα πρὸς ἀπώλειαν τῆς πόλεως συνδραμεῖν, οὐκ ἀπεκόσμησαν τὰ ἀγάλματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχώνευσάν τινα τῶν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένων. ὧν ἦν καὶ τὸ τῆς ἀνδρείας ἣν καλοῦσι Ῥωμαῖοι Οὐιρτούτεμ. οὗπερ διαφθαρέντος, ὅσα τῆς ἀνδρείας ἦν καὶ ἀρετῆς παρὰ Ῥωμαίοις, ἀπέσβη· τοῦτο τῶν περὶ τὰ

haberet, omnino necessitas flagitabat, ut ii senatores, quotquot habebant patrimonia, collationem hanc ex descriptione susciperent. Quumque Palladio datum hoc negotii fuisset, ut, quod solvendum erat, ex singulorum patrimonii facultate metiretur; isque nequivisset in solidum omnia cogere, vel quod ipsi possessores partem aliquam bonorum occultassent, vel quod esset urbs alioqui, propter Imperatorum continuas & avaras exactiones, ad paupertatem redacta: sceleratus ille genius, qui tunc sortitus res humanas erat, ad ipsum colophona malorum præfectos hisce negotiis impulit. Nam quod deerat, mundo supplere statuunt, quo erant exornata deum simulacra, quod sane nihil aliud erat, quam simulacra sacris ritibus atque cæremoniis dedicata, mundoque decenti exornata, propterea quod urbi felicitatem perpetuam conservassent; his ipsis cærimoniis nonnihil deminutis, esse inanima prorsus, & inefficacia. Quod denique cuncta, quæ tenderent ad interitum urbis, undique concurrere oporteret, non ornamenta duntaxat sua simulacris ademerunt; verumetiam nonnulla, ex auro & argento facta, conflarunt. Quorum erat in numero fortitudinis quoque simulacrum, quam Romani Virtutem vocant. Quo sane abolito, quidquid fortudinis atque virtutis apud Romanos superabat, exstinctum fuit: id quod ex eo tempore

futurum, homines rebus divinis, & ritibus patriis exerciti, prædixerunt.

Collectis igitur in hunc modum pecuniis, visum est ad Imperatorem mittendam esse legationem quæ cum eo de pace futura conferret, ac significaret, Alarichum non solum pecunias, verumetiam nobilium filios obsides accipere velle: & hoc modo non tantum pacem, sed & belli societatem cum Imperatore initurum. & cum Romanis in aciem proditurum adversus quemvis, qui esse hostili vellet in eos animo. Quum principi quoque videretur, pacem hisce conditionibus esse componendam; pecunia Barbaris numerata fuit. Et Alarichus triduo forum permisit urbanis, exeundi licentia per quasdam portas eis concessa; quum etiam è portu subvehendæ annonæ potestatem fecisset. Posteaquam cives respirassent, omnibusque sibi reliquis venditis, coemissent necessaria, vel ex permutatione rerum aliarum adquisivissent: Roma Barbari discesserunt, & castra quibusdam in locis citra Tusciam metati sunt. Ac mancipia quidem propemodum omnia, quæ Romæ erant, in singulos fere dies ex urbe aufugientia, Barbaris semet adgregabant: ita quidem, ut collecta servorum multitudo ad quadraginta millia excresceret. Dum vero Barbari qui-

θεῖα καὶ τὰς πατρίους ἁγιστείας ἐσχολακότων, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου περιφρονηθησάντων.

Τὰ μὲν οὖν χρήματα, τοῦτον συνεκομίσθη τὸν τρόπον. ἐδόκει δὲ, πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείαν σταλῆναι, κοινωσομένην αὐτῷ περὶ τῆς ἐσομένης εἰρήνης, καὶ ὡς οὐ τὰ χρήματα μόνον Αλάριχος, ἀλλὰ καὶ παῖδας τῶν εὖ γεγονότων ὁμήρους ἐθέλοι λαβεῖν· ἐφ᾽ ᾧτε δὴ μὴ μόνον εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ ὁμαιχμίαν πρὸς τὸν βασιλέα ποιήσασθαι, χωρήσειν τε ὁμόσε Ῥωμαίοις κατὰ παντὸς ἐναντία τούτοις φρονεῖν βουλομένου. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τὴν εἰρήνην ἐπὶ τούτοις ἐδόκει γενέσθαι, τὰ μὲν χρήματα τοῖς Βαρβάροις ἐδόθη· τριῶν δὲ ἀγορὰν ἡμερῶν τοῖς ἀπὸ τῆς πόλεως Αλάριχος ἀνῆκεν, ἄδειαν ἐξόδου διά τινων πυλῶν αὐτοῖς δεδωκὼς, ἐπιτρέψας δὲ καὶ τὸν ἐκ τοῦ λιμένος ἀνάγεσθαι σῖτον. Ανασπνευσάντων δὲ τῶν πολιτῶν, ἀποδομένων τε ὅσα ἦν αὐτοῖς περιττὰ, καὶ τὰ ἐνδέοντα πριαμένων, ἢ ἐξ ἀμοιβῆς ἄλλων πραγμάτων ποιησαμένων, ἀνεχώρουν τῆς Ῥώμης οἱ Βάρβαροι, καὶ τὰς σκηνὰς ἔν τισι περὶ τὴν Τουσκίαν ἐπήγνυντο τόποις. καὶ οἱ μὲν οἰκέται σχεδὸν ἅπαντες, οἳ κατὰ τὴν Ῥώμην ἦσαν, ἑκάστης (ὡς εἰπεῖν) ἡμέρας ἀναχωροῦντες τῆς πόλεως, ἀνεμίγνυντο τοῖς Βαρβάροις, εἰς τεσσάρων μυριάδων πλῆθος [1] συνειλεγμένοις, ἁλιώμενοι

1. Leuncl. legit recto casu [συνειλεγμένοι] uti & [ἁλώμενοι.]

δὲ τινὲς τῶν Βαρβάρων, τοῖς ἐπὶ τὸν λιμένα καλιοῦσι καὶ ἀνακομίζουσί τι τῶν ἐπιτηδείων, ἐπέθεντο. ὅπερ μαθὼν Ἀλάριχος, ὡς μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῦ γινόμενον, ἐκκόπτειν ἐσπούδαζε. δοκούσης δὲ εἶναι τῶν κακῶν μετρίας ἀνακωχῆς, ἐν μὲν τῇ Ῥαβέννῃ προέεισιν ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος ὕπατος, ὀκτάκις ἤδη τῆς τιμῆς ταύτης τυχών, κατὰ δὲ τὴν ἑῴαν Θεοδόσιος τὸ τείτον, ὁ βασιλεύς. ἐπὶ τούτοις τε [1] Κωνσταντῖνος ὁ τύραννος, εὐνούχους πρὸς Ὀνώειον ἔστελλε, συγγνώμην αἰτῶν ἕνεκα τοῦ τὴν βασιλείαν ἀνασχέσθαι λαβεῖν. μηδὲ γὰρ ἐκ προαιρέσεως ἑλέσθαι ταύτην, ἀλλὰ ἀνάγκης αὐτῷ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπαχθείσης. ταύτης ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς τῆς αἰτήσεως, θεωρῶν τε ὡς οὐ ῥᾴδιον αὐτῷ, τῶν σὺν Ἀλαρίχῳ Βαρβάρων οὐ πόῤῥω ὄντων, περὶ πολέμων ἑτέρων διανοεῖσθαι· καὶ προσέτι γε λόγον ποιούμενος συγγενῶν οἰκείων παρὰ τοῦ τυράννου κατεχομένων, (οὗτοι δὲ ἦσαν [2] Βερηνιανὸς καὶ Διδύμιος) ἐνδίδωσι τῇ αἰτήσεσιν· ἐκπέμπει δὲ αὐτῷ καὶ βασιλικὴν ἐσθῆτα. τῶν μὲν οὖν συγγενῶν ἕνεκα, ματαίαν εἶχε φροντίδα, πρὸ ταύτης τῆς πρεσβείας ἀποσφαγέντων· τοὺς δὲ εὐνούχους ἐπὶ τούτοις ἀπέπεμπεν.

dam hinc inde vagantur, Romanos ad portum devectos, & commeatus aliquid ſubvehentes, adorti ſunt. Hoc ubi compeririſſet Alarichus, veluti non ſua voluntate factum, ſingulari ſtudio vindicatum prohibuit. Mediocre jam laxamentum hoc malorum eſſe videbatur, quo tempore Honorius Imperator Ravennæ conſulatum inibat, octies honorem hunc conſequutus; in oriente, Theodoſius Auguſtus, jam tertium conſul. Secundum hæc mittit Conſtantinus tyrannus eunuchos ad Honorium, veniam poſcens, quod imperium delatum accepiſſet. Non enim id ſe ſponte ſua rapuiſſe, ſed à militibus adhibita vi fuiſſe coactum. Hoc poſtulatum ubi princeps audiviſſet, animadvertens haud facile ſe, quam diu militantes Alaricho Barbari longius remoti non eſſent, de bellis aliis cogitare poſſe; prætereaque rationem propinquorum habens, qui à tyranno in vinculis detinebantur: (erant autem ii, Verenianus & Didymius) non poſtulato duntaxat adſenſus eſt, ſed & imperatoriam veſtem ei miſit. Ac propinquorum quidem cauſa fruſtra ſollicitus erat, qui ante legationem hanc jugulati fuerant. His actis, eunuchos dimittit.

1. Quem propter ſpem nominis ſine virtutis merito milites elegerunt.
2. Veridianum vocat Paluus Diaconus *lib. 13. qui cum Didymo acceptis propriis ſervis & vernaculis, ſeſe patriamque à tyrannis defendere molitus eſt.*

Cæterum

Cæterum pace cum Alaricho nondum confirmata, quod Imperator nec obsides dedisset, nec postulatis omnibus satisfecisset: ab Senatu legati Ravennam mittuntur, Cecilianus, Attalus, & Maximianus; qui deploratis rebus adversis, quæ urbi accidissent, & eorum multitudine, qui periissent, tragicum in momorem amplificata; nihil his rebus perfecerunt, Olympio cuncta perturbante, atque impediente, quæ recta viderentur. Itaque dimissis ita legatis, ut eas res, quarum causa venerant, non impetrarent; Theodoro præfectura urbana dejecto, Ceciliano eam tradidit; & Attalum fisco præesse jussit. Quum autem Olympius nihil aliud agendum sibi proponeret, quam ut eos undique pervestigaret, qui aliquid de Stelichone scire perhiberentur; ob hujusmodi calumniam in jus ducti sunt Marcellianus & Salonius fratres, inter notarios principis militantes: quos Olympius præfecto prætorii tradidit: quumque nullo non genere verberum cæsa fuissent eorum corpora, nihil tamen illorum proferebant, quæ Olympius cognoscere gestiret.

Rebus urbanis Romæ nihilo melius, quam antea, constitutis; visum est principi, quinque Dalmaticos militum ordines, de suis excitos sedibus, ad urbis custodiam arcessere. In his ordinibus erant hominum

Οὔπω δὲ τῆς πρὸς Ἀλάριχον βεβαιωθείσης εἰρήνης, οἷα τοῦ βασιλέως οὔτε τοὺς ὁμήρους παραδόντος, οὔτε τὰ αἰτούμενα πάντα πληρώσαντος, ἐπέμποντο παρὰ τῆς γερουσίας εἰς τὴν Ῥάβενναν πρέσβεις, Κεκιλιανὸς, καὶ Ἄτταλος, καὶ Μαξιμιανός. οἳ πάντα ἀποδυρόμενοι τὰ συμβάντα τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων ἐκτραγῳδήσαντες, ἤνυσαν πλέον οὐδὲν, Ὀλυμπίου συνταράσσοντος πάντα, καὶ τοῖς καλῶς ἔχειν δοκοῦσιν ἐμποδὼν γινομένου. ταύτῃ τοι τοὺς πρέσβεις ἐάσας ἀπράκτους ἐφ' οἷς ἐληλύθασι, παραλύσας Θεόδωρον τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς, Κεκιλιανῷ ταύτην παρέδωκεν, Ἄτταλον δὲ προεστάναι τῶν θησαυρῶν ἔταξεν. ἔργον δὲ οὐδὲν ἕτερον ἔχοντος τοῦ Ὀλυμπίου, ἢ τὸ πανταχόθεν τοὺς Στελίχωνι συνεπίστασθαί τι λεγομένους ἰχνεύειν, ἤχθησαν εἰς κρίσιν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συκοφαντίᾳ Μαρκελλιανὸς καὶ Σαλώνιος, ὄντες ἀδελφοὶ, καὶ ἐν τῷ τάγματι τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων ἀναφερόμενοι. καὶ τούτους γὰρ Ὀλύμπιος τῷ τῆς αὐλῆς παρέδωκεν ὑπάρχῳ· καὶ αἰκισμοῦ παντὸς εἴδει τὸ σῶμα ξανθέντες, τῶν Ὀλυμπίῳ σπουδαζομένων εἶπον οὐδέν.

Τῶν δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην ἐν οὐδεμιᾷ τύχῃ βελτίονι καθεστάντων, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ, πέντε τῶν ἀπὸ Δαλματίας στρατιωτικὰ τάγματα, τὰς οἰκείας μεταστάντα καθέδρας, ἐπὶ φυλακῇ τῆς Ῥώμης ἐλθεῖν. τὰ δὲ

τάγματα

τάγματα ταῦτα ἐπλήρουν ἄνδρες ἑξακισχίλιοι, τόλμῃ καὶ ῥώμῃ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος κεφάλαιον ὄντες. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Οὐάλης, πρὸς πάντα κίνδυνον ἑτοιμότατος. ὃς οὐκ ἀξιώσας δι᾽ ὁδῶν ἃς οὐκ ἐφύλαττον οἱ πολέμιοι διελθεῖν, καραδοκήσαντος Ἀλαρίχου τὴν πάροδον, ἐπιπεσόντος τε σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι, πάντας ὑπὸ τῶν πολεμίων πεποίηκε γενέσθαι χερσί· καὶ μόλις διέφυγον ἄνδρες ἑκατόν, ἐν οἷς καὶ ὁ τούτων ἡγεμὼν ἦν. οὗτος γὰρ ἅμα Ἀττάλῳ τῷ ὑπὸ τῆς γερουσίας σταλέντι πρὸς τὸν βασιλέα, οἷός τε γέγονεν εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν διασωθῆναι. κακῶν δὲ μειζόνων ἀεὶ τοῖς οὖσι προστιθεμένων, ἐπιστὰς Ἄτταλος τῇ Ῥώμῃ, παραλύει τῆς φροντίδος Ἡλιοκράτην, ἣν ὁ βασιλεὺς ἦν αὐτῷ παραδοὺς, Ὀλυμπίῳ πειθόμενος. ἐτέτακτο γὰρ τὰς οὐσίας [1] τῶν δεδημευμένων διὰ τὴν Στελίχωνος οὐσίαν διερευνῆσαι, καὶ ταύτας τοῦ δημοσίου ποιεῖν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ μέτρια φρονῶν, τὸ τοῖς δυστυχοῦσιν ἐνεπεμβαίνειν, ἐν ἀσεβείας ἐτίθετο μέρει, καὶ οὔτε πρὸς ἀκρίβειαν τὰ πράγματα ἀνεζήτει, πολλοῖς δὲ καὶ ἀποκρύπτειν ἃ δύναιντο, λάθρα ἐδήλου, φαῦλός τις εἶναι διὰ τοῦτο δόξας, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἤγετο, τῆς περὶ

sex millia, qui tum audacia, tum robore corporum, exercitus Romani velut ipse vertex erant. Eorum dux Valens, ad obeundum quodvis periculum promtissimus, quum indignum arbitraretur, ea per itinera proficisci, quæ ab hoste non obsiderentur: Alaricho transitum ejus exspectante, suisque cum copiis universis irruente, cunctos hosce milites in hostium manus conjecit. Vix centum fuga dilapsi sunt; quorum in numero & ipse dux erat. Nam is cum Attalo, qui ab Senatu missus ad principem fuerat, in urbem profectus, incolumis evasit. Quum autem præsentibus malis alia majora semper accederent, Romam ingressus Attalus, Heliocratem ea cura liberat, quæ illi à principe fuerat auctore Olympio commissa. Quippe datum illi hoc erat negotii, ut eorum bona, qui propter familiaritatem Stelichonis proscripti fuissent, indagaret; eaque in fiscum redigeret. Quia vero moderati vir ingenii sane quam impium duceret, insultare miseris; ac neque res strictius inquireret, & multis etiam clanculum significaret, ut, quæcunque possent, occultarent: visus idcirco nullius esse pretii, Ravennam abducitur,

1. Leunc. leg. τῶν δεδημευμένων διὰ τὴν Στιλίχωνος οἰκείωσιν. Sylburg. διὰ τὴν Στιλίχωνος γνῶσιν. *alterutrum admitti potest, uti videtur propius accedere ad corrupta lectionis vestigia.*

ob humanitatem miseris præstitam pœnas luiturus. Omninoque morte multatus, ob grassantem id temporis immanitatem, fuisset, nisi forte quandam in ecclesiam Christianorum se recepisset. Maximilianus autem, quum in hostium manus incidisset, Mariniano patri venditus est, triginta millibus aureorum pro eo solutis. Quum enim pacem princeps differret, & pactis conventis haud satisfaceret: non amplius Romanis extra urbem prodire liberum erat. Senatus quidem, pacis causa legatos iterum ad principem mittit, cum quibus & Romanus episcopus proficiscitur. Aderant iisdem & Barbari quidam, ab Alaricho missi, ut eos ab hostibus, infesta habentibus itinera, tutarentur.

τοὺς ἀτυχήσαντας φιλανθρωπίας ἕνεκα, δίκην ἐκτίσων. καὶ πάντως ἂν ἐπημιώθη θανάτῳ διὰ τὴν τότε κρατοῦσαν ὠμότητα, εἰ μή τινα τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν ἔτυχε τηνικαῦτα καταλαβών. Μαξιμιλλιανὸς δὲ, τοῖς πολεμίοις περιπεσὼν, ἀπεδόθη Μαρινιανῷ τῷ πατρὶ, τρισμυρίων ὑπὲρ αὐτοῦ δοθέντων χρυσῶν. ὡς γὰρ ἀναβαλλομένου τὴν εἰρήνην τοῦ βασιλέως, καὶ μὴ πληρώσαντος τὰ συγκείμενα [1] τοῖς ἁλισκομένοις τῶν εὖ γεγονότων, οὐκ ἦν ἔτι τοῖς Ῥωμαίοις ἡ τῆς πόλεως ἔξοδος ἐλευθέρα· ἀλλὰ τῆς μὲν εἰρήνης ἕνεκα καὶ αὖθις ὡς βασιλέα πέμπει πρέσβεις ἡ γερουσία, καὶ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου τοῖς πρέσβεσι συναπάραντος. ἦσαν δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ Βαρβάρων τινὲς ὑπὸ Ἀλαρίχου σταλέντες, ὡς ἂν περισώζοιεν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐνοχλούντων ταῖς ὁδοῖς πολεμίων.

Quum ad Imperatorem hi profecti essent, arcessitus ab Alaricho Ataulfus, quemadmodum supra commemoravi, Alpes transiit, quæ à Pannonia Venetiam versus sese porrigunt. Quo comperto, quodque copias non magnas haberet; Imperator ei milites universos, equites atque pedites, quotquot in urbibus erant, cum ducibus suis occurrere jussit. Olympio, qui dux erat palatinorum ordi-

Ἀλλὰ τούτων ἐς τὸν βασιλέα κεχωρηκότων, Ἀτάουλφος γενόμενος ὑπὸ Ἀλαρίχου μετάπεμπτος, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω διεξῆλθον, ἐπεραιώθη τὰς Ἄλπεις, τὰς ἀπὸ Παιονίας ἐπὶ Οὐενετίαν φερούσας. ὅπερ ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς, μὴ πολλὴν τὴν δύναμιν εἶναι αὐτῷ, τοὺς στρατιώτας πάντας, ἱππέας τε καὶ πεζοὺς, ὅσοι κατὰ τὰς πόλεις ἦσαν, ἀπαντῆσαι τούτῳ διέταξεν, ἅμα τοῖς σφῶν ἡγεμόσιν.

1. Omittit hæc interpres, quæ sanè vel penitus rejicienda sunt, aut aliud quid substituendum quo sibi sensus constet; *quorsum enim iis extra urbem prodire indultum esset, qui apud hostes captivi sunt detenti?*

Ὀλυμπίῳ δὲ τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἡγουμένῳ, τοὺς ἐν τῇ Ῥαβέννῃ δέδωκεν Οὔννοις, τριακοσίους ὄντας τὸν ἀριθμόν. οἵτινες ἐπειδὴ τοῖς [1] ἐληλυθότας. . . . . Πείσας αὐτὴν ὀνομάζουσιν, ἐπιθέμενοι, καὶ συμπεσόντες, ἀναιροῦσι μὲν τῶν Γότθων ἑκατὸν καὶ χιλίους· ἑπτακαίδεκα δὲ μόνοι πεσόντες, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐσώθησαν.

Ὀλύμπιον δὲ οἱ περὶ τὴν αὐλὴν εὐνοῦχοι πρὸς τὸν βασιλέα διαβαλόντες, ὡς αἴτιον τῶν οὐ δεξιῶς συμβεβηκότων τῷ πολιτεύματι, παραλυθῆναι τῆς ἀρχῆς πεποιήκασιν. ὁ δὲ μὴ καὶ ἕτερόν τι πάθοι δεδιὼς, φυγῇ χρησάμενος, τὴν Δαλματίαν κατελάμβανεν. ὁ δὲ βασιλεὺς, ὕπαρχον μὲν τὸν Ἄτταλον εἰς τὴν Ῥώμην ἐκπέμπει· πολλὴν δὲ ποιούμενος λόγον, τοῦ μὴ λαθεῖν τι τῶν εἰς τὸ ταμεῖον ἐλθόντων, ἐκπέμπει Δημήτριον, ἣν εἶχεν Ἄτταλος φροντίδα πληρώσοντα, καὶ διερευνησόμενον τὰς οὐσίας τοῦ δημοσίου. πολλὰ δὲ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ἄλλα καινοτομήσας, καὶ τοὺς μὲν πρότερον καταδυναστεύοντας ἐκβαλὼν, ἄλλοις δὲ τὰς ἀρχὰς παραδοὺς, ἔταξε καὶ Γενέριδον τῶν ἐν Δαλματίᾳ πάντων ἡγεῖσθαι, ὄντα στρατηγὸν καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι Παιονίαν τε τὴν ἄνω, καὶ Νωρικοὺς, καὶ Ῥαιτοὺς ἐφύλαττον, καὶ ὅσα αὐτῶν μέχρι τῶν Ἄλπεων. ἦν δὲ ὁ

num, Hunnos ad Ravennam numero trecentos dedit. Hi quum eos qui venerant . . quam Pisas adpellant, adorti, consertisque manibus CIↃC. Gotthos interfecerunt: & XVII. duntaxat amissis, Ravennam incolumes pervenere.

Quum autem eunuchi palatini Olympium apud principem insimulassent, velut auctorem eorum casuum, qui reipublicæ adversi accidissent: tantum effecerunt, ut ei magistratus abrogaretur. Ille, veritus ne quid aliud sibi gravius accideret; fuga se in Dalmatiam contulit. Imperator Attalum urbi præfectum Romam mittit; nimioque solicitus opere, ne quid rerum ad fiscum pertinentium occultaretur, Demetrium ablegat, qui Attali munus obiret, & fiscalia bona perscrutaretur. Quumque multa tum in creandis magistratibus, tum aliis rebus innovasset; & ejectis iis qui prius cum potestate fuerant, aliis magistratus traderet: Generidum quoque Dalmaticis militibus universis præfecit; eundemque cæterorum etiam, quicunque per Pannoniam superiorem, & Noricos, & Rhætos, & quidquid horum est usque ad Alpes, in præsidiis erant,

1. Hiatus hic sic videtur supplendus. *Quum eos qui venerant ad urbem appulisse senserint,* quam &c.

ducem constituit. Atque hic Generidus, erat ille quidem Barbarus, sed indole ad quodvis genus virtutis præclara præditus, & alienissimus ab avaritia. Qui quum patriis ritibus adhuc inhæreret, nec à cultu deûm se pateretur abduci; lex promulgata fuit, quæ in aula cingulo vetaret eos uti, qui Christiani non essent. Ea lege lata, Generidus, qui cum potestate militibus Romæ tum præerat, cingulo deposito, domi se continuit. Quum autem princeps ab eo peteret, ut, quando magistratuum in numero esset, ordine locoque suo ad palatium accederet: legem esse respondit, quæ cingulum habere se vetaret, aut inter magistratus ulla ratione censeri, qui religionem Christianam non venerarentur. Heic ubi subjecisset princeps, eam quidem legem, ad alios quod adtineret, ratam esse; sed ipsum non teneri, qui tantum pro republica discrimen adiisset: respondit, se honorem illum non accipere, qui ad omnium tenderet injuriam, quotquot militia propter hanc legem spoliati fuissent. Nec munus suum obiit, donec Imperator pudore pariter & necessitate impulsus, legem hanc in omnibus irritam esse jussit: concesso cuivis, ut opinionem suam retinens, & magistratu fungeretur, & militaret.

Γενέριδος, Βάρβαρος μὲν τὸ γένος, τὸν δὲ τρόπον εἰς πᾶν ἀρετῆς εἶδος εὖ πεφυκὼς, χρημάτων τε ἀδωρότατος. οὗτος, ἔτι τοῖς πατρῴοις ἐμμένων, καὶ τῆς εἰς θεοὺς θρησκείας ἐκστῆναι οὐκ ἀνεχόμενος, ἐπειδὴ νόμος εἰσήχθη τοῖς οὐκ οὖσι Χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων, τούτου νόμου τεθέντος, ἀρχῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ στρατιωτικῆς προεστὼς ὁ Γενέριδος, ἔμεινεν ἐπ' οἴκου, τὴν ζώνην ἀποθέμενος. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς, οἷα δὴ τοῖς ἄρχουσι συναριθμούμενον ἀπῄτει προσιέναι κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν εἰς τὰ βασίλεια, νόμον ἔφησεν εἶναι κωλύοντα ζώνην αὐτὸν ἔχειν, ἢ ὅλως τοῖς ἄρχουσι καταλέγεσθαι τοὺς τὴν τῶν Χριστιανῶν μὴ τιμῶντας θρησκείαν. τοῦ δὲ βασιλέως εἰπόντος, [1] ὡς ὅτι μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸν νόμον κρατεῖν, ἐπ' αὐτοῦ δὲ οὐκέτι τοσαῦτα τῆς πολιτείας προκινδυνεύσαντος. ταύτης οὐκ ἀνέχεσθαι τῆς τιμῆς εἶπεν, εἰς ὕβριν πάντων φερούσης τῶν ὅσοι τῆς στρατείας διὰ τὸν νόμον διήμαρτον. καὶ οὐκ ἀντελάβετο τῆς ἀρχῆς, ἕως ὁ βασιλεὺς αἰδοῖ τε ἅμα καὶ χρείᾳ συνωθούμενος, ἔπαυσεν ὅτι πᾶσι τὸν νόμον, ἀποδοὺς ἑκάστῳ, τῆς αὐτοῦ ὄντι δόξης, ἄρχειν τε καὶ στρατεύεσθαι.

1. Loco movenda est particula [ὡς] siquidem retineri nequeat nisi insignis fiat in sequentibus mutatio.

Ἀπὸ

Ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενος τῆς μεγαλοφροσύνης Γενέριδος, συνεχέσι τοὺς στρατιώτας ἐπαίδευε γυμνασίαις· ἐπιδιδοὺς δὲ τὰς σιτήσεις αὐτοῖς, παραιρεῖσθαι τούτων οὐδενὶ κατὰ τὸ σύνηθες ἐνεδίδου, καὶ αὐτὸς, ἐξ ὧν αὐτῷ τὸ δημόσιον ἐδίδου, τὰ πρέποντα τοῖς πλέον πονοῦσι φιλοτιμούμενος. καὶ τοιοῦτος φανεὶς, τοῖς τε πλησιάζουσι Βαρβάροις ἐπίφοβος ἦν, καὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν τοῖς ἔθνεσιν, ὅσα φυλάττειν ἔλαχεν, ἐνεποίει. Κατὰ δὲ τὴν Ῥάβενναν, εἰς στάσιν ἀναστάντες οἱ στρατιῶται, τὸν ταύτης λιμένα καταλαμβάνουσι, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ βοῶντες, καὶ τὸν βασιλέα φανῆναι σφίσιν αἰτοῦντες. τοῦ δὲ φόβῳ τῆς στάσεως ἀποκρυβέντος, παρελθὼν εἰς μέσον Ἰόβιος, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἅμα καὶ τῇ τοῦ πατρικίου τετιμημένος ἀξίᾳ, [1] ποιούμενος ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν τῆς στάσεως, (καίτοιγε αὐτὸς ἐλέγετο αἴτιος ταύτης εἶναι), κοινωνὸν ἔχων Ἐλλέβιχον εἰς τοῦτο, τὸν τῶν ἱππέων ἡγούμενον [2] δομέστικον) ἀπῄτει λόγον αὐτοὺς ἀνθ' ὅτου πρὸς τοῦτο ἐξήχθησαν. ὡς δὲ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἤκουεν, ὡς πᾶσα ἀνάγκη Τουρπιλλίωνα καὶ Βιγελάντιον αὐτοῖς ἐκδοθῆναι τοὺς στρατηγοὺς, καὶ μετὰ τούτων Τερέντιον τὸν τῶν βασιλικῶν προεστῶτα κοιτώνων, καὶ Ἀρσάκιον τὸν μετὰ τοῦτον τῇ τάξει κείμενον, δείσαντος δὴ τοῦ βασιλέως τὴν τῶν στρατιωτῶν ἐπανά-

Ab hac exorſus magnanimitate Generidus, continuis laboribus milites exercet; & annonas eis ſuppeditans, nemini permittit, ut de his aliquid, more conſueto, detraheret. Quin & ipſe de iis, quæ fiſcus ei præſtabat, labores cæteris majores ſuſtinentibus convenientia præmia largitur. Talem quum ſe gereret, & formidini Barbaris finitimis erat, & nationibus iis præſidio, quas tueri juſſus fuerat. Cæterum Ravennæ milites ſeditione mota, portum ejus occupant; & confuſo clamore ſublato, ut Imperator ipſos adiret, poſtulant. At illo metu ſeditionis occultato, progreſſus in medium Jovius, qui & prætorii præfectus erat, & patricii dignitate cohoneſtatus, ignorare ſe cauſam ſeditionis ſimulans, (quamquam hujus auctor ipſemet eſſe perhiberetur, ſocium nactus ad eam Ellebichum, qui comes equitum domeſticorum erat) cauſam à militibus poſcit, quamobrem ad hoc facinus prorupiſſent. Quûque de militibus audiret, omnino ſibi Turpillionem & Vigilantium duces, una cum Terentio, Auguſtalium cubiculorum præpoſito, & proximo ſecundum hunc Arſacio, dedendos eſſe: principe militum defe-

1. Quod apud Zoſimum ſæpiuſculè occurrit loco compoſiti.
2. Leg. gen. caſu pl. [δομεστίκων.]

ctionem

ctionem verito, duces isti exsilio perpetuo multantur; & in navim conjecti, ab iis necantur, qui eos avehebant. Hoc enim Jovius eis imperaverat. Quippe metuebat, ne forte reversi, cognitis iis insidiis, quæ adversus ipsos structæ fuissent; principem ad sumendum de se supplicium concitarent. Terentius in orientem relegatur, Arsacius Mediolani se continere jubetur. Hinc imperator in Terentii locum Eusebio cubiculi præposito creato, Turpillionis potestate Valenti tradita, post Vigilantium Allobicho præfectura mandata, quodam modo seditionem militarem sedare visus est.

Jovius autem præfectus prætorii, quum omnem apud Imperatorem potentiam in se transtulisset: legatos ad Alarichum mittere decrevit, qui eum hortarentur, ut ad ipsam usque Ravennam accederet, quod istic pacem facturi essent. Alaricho principis & Jovii literis adsenso, & Ariminum profecto, quæ Ravenna triginta milliaribus abest; celeriter eo Jovius quoque se contulit; &, quod in Epiris Alarichi hospes & amicus factus fuisset, de fœdere pangendo tractat. Alarichi hæc postulata erant: ut in annos singulos auri certa summa solveretur, & annonæ mensura quædam suppeditaretur: ut i-

στάσιν, κατὰ μὲν τῶν στρατηγῶν ἀειφυγίας ἐκφέρεται ψῆφος· καὶ ἐμβληθέντες πλοίῳ, παρὰ τῶν ἀπαγόντων ἀναιροῦνται. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτοῖς κελεύσας Ἰόβιος. ἐδεδίει γὰρ μή ποτε ἐπανελθόντες, καὶ τὴν κατὰ σφῶν γνόντες ἐπιβουλὴν, εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ τὸν βασιλέα προκαλέσοιντο τιμωρίαν. Τερέντιος δὲ εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπέμπεται, καὶ Ἀρσάκιος τὸ Μεδιολανὸν οἰκεῖν ἐκληρώσατο. καταστήσας δὲ ὁ βασιλεὺς Εὐσέβιον μὲν ἀντὶ Τερεντίου φύλακα τοῦ κοιτῶνος, Οὐάλεντι δὲ τὴν ἀρχὴν ἣν εἶχε Τουρπιλλίων παραδοὺς, καὶ μετὰ Βιγιλάντιον [1] Ἀλλόβιχον ὕπαρχον καταστήσας, τὴν μὲν τῶν στρατιωτῶν παύειν πως ἔδοξε στάσιν.

Ἰόβιος δὲ, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, πᾶσαν εἰς αὐτὸν τὴν παρὰ βασιλεῖ δύναμιν περιστήσας, ἔγνω πρέσβεις ἐκπέμψαι πρὸς Ἀλάριχον, ἄχρι τῆς Ῥαβέννης αὐτὸν παραγενέσθαι παρακαλοῦντας, ὡς δὴ τῆς εἰρήνης αὐτόθι γενησομένης. πεισθέντος δὲ τοῖς τοῦ βασιλέως καὶ τοῖς Ἰοβίου γράμμασιν Ἀλαρίχου, παραγενομένου τε εἰς τὸ Ἀρίμινον, Ῥαβέννης ἀφεστῶς μιλίοις τριάκοντα, συνδραμὼν κατὰ ταύτην Ἰόβιος, ἅτε ἐν ταῖς Ἠπείροις πρόξενος καὶ φίλος Ἀλαρίχῳ γεγενημένος, τοὺς περὶ τῶν συνθηκῶν ἐποιήσατο λόγους. ἀπῄτει δὲ Ἀλάριχος, χρυσίον μὲν ἔτους ἑκάστου δίδοσθαί τι ῥητὸν, καὶ σίτου τι χορηγεῖσθαι

1. Leg. [Ἐλλέβιχον.]

μέτρον· οἰκεῖν δὲ αὐτὸν ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ πᾶσι Βενετίας ἄμφω καὶ Νωρικοὺς, καὶ Δαλματίαν. ταῦτα ἐναντίον Ἀλαρίχου γράψας [1] Ἰόβιος, ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ, δοὺς καὶ ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν γράμματα, παραινοῦντα καταστῆσαι δυνάμεως ἑκατέρας στρατηγὸν Ἀλάριχον· ὥστε ταύτης αὐτὸν τυχόντα τῆς θεραπείας, χαλάσαι τι τοῦ βάρους τῶν συνθηκῶν, καὶ ἐπὶ φορητοῖς καὶ μετρίοις ποιήσασθαι τὰς σπονδάς. ταύτην δεξάμενος ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπιστολὴν, καταγινώσκει μὲν τῆς Ἰοβίου προπετείας, γράμμασι δὲ ἐχρῆτο πρὸς αὐτὸν, δι' ὧν ἐδήλου, χρυσίου μὲν καὶ σίτου μέτρον αὐτὸν ὁρίσαι προσήκειν, οἷα τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ὄντα, καὶ τῶν τῶν δημοσίων φόρων ἐπιστάμενον δύναμιν· ἀξίαν δὲ ἢ στρατηγίαν μήποτε Ἀλαρίχῳ δώσειν, ἢ τισὶ τῶν τοῦ γένους προσηκόντων.

Ταύτην δεξάμενος ὁ Ἰόβιος τὴν ἐπιστολὴν, οὐ καθ' ἑαυτὸν ἀνοίξας ἀνέγνω ταύτην, ἀλλ' εἰς ἐπήκοον Ἀλαρίχου. καὶ τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἠνέσχεν· ὡς δὲ ἀρνηθεῖσαν εἶδεν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ γένει τῆς στρατηγίας ἀρχὴν, ἀναστὰς εἰς ὀργὴν αὐτόθεν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνειν τοὺς σὺν αὐτῷ Βαρβάρους ἐκέλευσεν, ὡς αὐτίκα τὴν εἰς αὐτὸν καὶ τὸ γένος ἅπαν ἀμυνούμενος ὕβριν. Ἰόβιος δὲ, ἀπο-

tem ipse cum suis omnibus utramque Venetiam, & Noricos, & Dalmatiam incoleret. Hæc Jovius Alaricho præsente perscripta mittit ad Imperatorem, datis ad eundem seorsum quoque literis; quibus eum cohortabatur, Alarichum utriusque militiæ magistrum constitueret; ut hoc modo delenitus, de conditionum asperitate nonnihil remitteret, ac tolerabilibus moderatisque legibus pacem faceret. Imperator, his acceptis literis, Jovii temeritatem damnat; & vicissim missis ad eum literis significat; auri quidem & annonæ modum ut ipse statueret, æquum esse; qui & præfectus esset prætorii, & publicorum tributorum copiam facultatemque perspectam haberet: at dignitatem aut ducis officium, nunquam se vel Alaricho, vel ejus gentilibus concessurum.

Hanc epistolam quum Jovius accepisset, non seorsum apertam, sed audiente Alaricho legit. Is cætera quidem moderate tulit; verum ubi negatum sibi, gentique suæ, militiæ magisterium vidit; mox ira percitus, Romam contendere Barbaros suos jussit, quasi confestim factam sibi totique genti suæ injuriam ulturus. Jovius autem ob inexspectatas hal-

1. Vide Sozomen. *lib.* 9. *c.* 7.

ce

ce literas Imperatoris, ad inopiam consilii redactus, Ravennam rediit. Quumque se omni culpa liberare vellet, Honorium sacramentis obstrinxit, quibus sancte polliceretur, nunquam pacem cum Alaricho facturum, sed bellum perpetuo gesturum. Simul & ipse principis tacto capite, jusjurandum præstat; & à cæteris, quotquot erant cum potestate, consimile quiddam exigit.

His actis, Imperator, qui Alaricho bellum facturus esset, decem millia Hunnorum in societatem arcessit: &, quod eis adventantibus annonas paratas esse vellet, frumentum, & pecora, & boves è Dalmatia adduci jussit. Misit & quosdam exploraturos, quonam modo Romam Alaricus iter suum instituerit. Copias quoque suas ex omnibus locis evocat. Alarichus autem, quod eum susceptæ adversus Romam expeditionis pœnituisset; episcopos urbium ablegat, qui simul & legatione fungerentur, & auctores Honorio essent, ne culpa sua sineret eam urbem, quæ jam à pluribus quam mille annis, magnæ parti orbis terrarum imperasset, Barbaris vastandam dedi; nec tantas ædificiorum moles hostili flamma deleri: sed potius moderatis admodum conditionibus pacem componeret. Nec enim opus esse sibi dignitate potestatis, nec jam se postulatas prius provincias, ad constituendas in eis sedes, petere; sed ambos tan-

ρηθεὶς ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τῶν τοῦ βασιλέως γραμμάτων, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐπανῄει. βουλόμενος δὲ τῆς μέμψεως αὑτὸν ἀπολῦσαι, κατέλαβεν ὅρκοις Ὀνώριον, ἦ μὴν εἰρήνην μήποτ᾽ ἔσεσθαι πρὸς Ἀλάριχον, ἀλλ᾽ ἄχρι παντὸς πολεμήσειν. ὤμνυ δὲ καὶ αὐτὸς ὅρκον, τῆς βασιλείας ἁψάμενος κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ τὰς ἀρχὰς εἶχον, ταὐτὸν ποιῆσαι παρασκευάσας.

Τούτων πραχθέντων, ὁ βασιλεὺς, ὡς δὴ πολεμήσων Ἀλαρίχῳ, μυρίους εἰς συμμαχίαν Οὔννους ἐπεκαλεῖτο. τροφὴν δὲ τούτοις ἕτοιμον εἶναι παροῦσι βουλόμενος, σῖτον καὶ πρόβατα καὶ βόας τοὺς ἀπὸ τῆς Δαλματίας εἰσφέρειν ἐκέλευον. ἔπεμπε δὲ τοὺς κατασκοπήσοντας ὅπως τὴν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁδὸν Ἀλάριχος ποιεῖται· καὶ πανταχόθεν τὰς δυνάμεις συνήθροιζεν. Ἀλάριχος δὲ, εἰς μετάμελον ἐλθὼν ἐπὶ τῇ κατὰ τῆς Ῥώμης ὁρμῇ, τοὺς κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἐξέπεμπε, πρεσβευσομένους ἅμα, καὶ παραινοῦντας τῷ βασιλεῖ, μὴ περιιδεῖν τὴν ἀπὸ πλειόνων ἢ χιλίων ἐνιαυτῶν τοῦ πολλοῦ τῆς γῆς βασιλεύουσαν μέρους, ἐκδιδομένην Βαρβάροις εἰς πόρθησιν, μηδὲ οἰκοδομημάτων μεγέθη τηλικαῦτα διαφθειρόμενα πολεμίῳ πυρί· θέσθαι δὲ τὴν εἰρήνην ἐπὶ μετρίαις σφόδρα συνθήκαις. οὔτε γὰρ ἀρχῆς ἀξίας δεῖσθαι τὸν Βάρβαρον, οὔτε τὰς πρότερον ἐπαρχίας ἔτι πρὸς οἴκησιν βούλεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος λαβεῖν,

ἀλλὰ

ἀλλὰ μόνους ἄμφω Νωρικοὺς, ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς που τοῦ Ἴστρου κειμένους, συνεχεῖς τε ὑφισταμένους ἐφόδους, καὶ ὀλίγην φόρον τῷ δημοσίῳ εἰσφέροντας· καὶ σῖτον ἐπὶ τούτοις ἔτους ἑκάστου τοσοῦτον, ὅσον ἀρκεῖν ὁ βασιλεὺς οἰηθείη. συγχωρεῖν δὲ καὶ τὸ χρυσίον, εἶναι τε φιλίαν καὶ ὁμαιχμίαν αὐτῷ καὶ Ῥωμαίοις, κατὰ παντὸς αἴροντος ὅπλα, καὶ πρὸς πόλεμον κατὰ τῆς βασιλείας ἐγειρομένου. Ταῦτα ἐπιεικῶς καὶ σωφρόνως Ἀλαρίχου προτεινομένου, καὶ πάντων ὁμοῦ τὴν τοῦ ἀνδρὸς μετριότητα θαυμαζόντων, Ἰόβιος καὶ οἱ τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύοντες, ἀνήνυτα ἔφασκον τὰ αἰτούμενα εἶναι, πάντων ὅσοι τὰς ἀρχὰς εἶχον, ὀμωμοκότων μὴ ποιεῖσθαι πρὸς Ἀλάριχον εἰρήνην. εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν θεὸν τετυχήκει δεδομένος ὅρκος, ἦν ἂν ὡς εἰκὸς παριδεῖν, ἐνδιδόντας τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσεβείᾳ συγγνώμην· ἐπεὶ δὲ κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως ὀμωμόκεσαν κεφαλῆς, οὐκ εἶναι θεμιτὸν αὐτοῖς εἰς τὸν τοσοῦτον ὅρκον ἐξαμαρτεῖν. τοσοῦτον ἐφύλαττεν ὁ νοῦς τῶν τότε τὴν πολιτείαν οἰκονομούντων, θεοῦ προνοίας ἐστερημένων.

tum Noricos, ad extremas Istri partes ſitos, & qui continuis incurſionibus vexentur, tenueque fiſco tributum inferant. Præter hæc, annonæ tantum in annos ſingulos adjiceret, quantum ipſe princeps ſatis eſſe putaret. Quin & ab auri ſe poſtulato diſcedere; ac velle, ut amicitia ſit, bellique ſocietas, inter ſe ac Romanos, adverſus quemvis, qui arma ſumeret, & ad gerendum adverſus rempublicam bellum ſe commoveret. Quum hæc Alarichus leniter ac modeſte proponeret, omneſque ſimul hominis moderationem admirarentur: Jovius, & alii, penes quos ſecundum principem poteſtas omnis erat, hæc poſtulata concedi propterea poſſe negabant, quod omnes magiſtratus jurejurando ſe obſtrinxiſſent, cum Alaricho ſe pacem nullam facturos. Quippe ſi Deo præſtitum fuiſſet juſjurandum, fortaſſe negligi poſſe, permittendo benignitati divinæ facinoris impii condonationem: ſed quando per caput Imperatoris juraſſent, non jam eis fas eſſe, contra tam grave jusjurandum delinquere. Uſque adeo cauta mens illorum erat, qui Dei cura deſtituti, rempublicam id temporis adminiſtrabant.

ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσυνηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βιβλίον ἕκτον.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fiſci,

HISTORIÆ NOVÆ

Liber Sextus.

ALarichus ergo, quum tam æqua poſtulata propoſuiſſet, indignum in modum ludibrio habitus; univerſis cum copiis Romam ducit, conſtanter in urbis obſidione perſtiturus. Eo tempore venit ad Honorium legatus à Conſtantino, qui apud Celtas tyrannidem invaſerat, Jovius; vir eruditione doctrinæ, cæteriſque virtutibus excellens: qui conſtitutam prius pacem, ratam haberi, prætereaque veniam ob interfectos Imperatoris Honorii propinquos, Didymium & Verenianum, poſceret. Sic enim hoc factum purgabat, ut eos Conſtantini voluntate necatos inſi-

ἈΛάριχος μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς οὕτω μετρίοις αἰτήσεσι περιυβρισθεὶς, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἤλαυνε πανστρατιᾷ, τῇ κατ' αὐτῆς πολιορκίᾳ προσκαρτερήσων. ἐν τούτῳ δὲ παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ τυραννήσαντος ἐν Κελτοῖς ἀφίκετο πρὸς Ονώριον κατὰ πρεσβείαν Ἰόβιος, παιδείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς διαπρέπων, βεβαιωθῆναι τὴν πρότερον ὁμολογηθεῖσαν εἰρήνην, καὶ ἅμα συγγνώμην ἕνεκα τῆς ἀναιρέσεως Διδυμίου καὶ Βερηνιανοῦ, τῶν συγγενῶν Ονωρίου τοῦ βασιλέως, αἰτῶν. ἀπελογεῖτο γὰρ, λέγων, ὡς οὐ κατὰ προαίρεσιν ἀνῄρηνται Κωνσταντίνου. συντεταραγμένον δὲ τὸν Ονώριον θεασάμενος,

σάμενος, εὔλογον ἔφασκεν εἶναι, ταῖς περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐνασχολουμένῳ φροντίσιν, ἐνδοῦναι· συγχωρούμενος δὲ πρὸς Κωνσταντῖνον ἐκδημῆσαι, καὶ τὰ συνέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἀπαγγεῖλαι, μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸν ἥξειν ἅμα παντὶ τῷ ἐν Κελτοῖς, καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ, καὶ ἐν τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ στρατεύματι, τὴν κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ῥώμην βοηθήσοντα περίστασιν. καὶ ὁ μὲν Ἰόβιος ἐπὶ τούτοις ἀναχωρεῖν ἐπετράπη.

Τὰ δὲ ἐν Κελτοῖς, οὔπω τῆς προσηκούσης ἀφηγήσεως ἀξιωθέντα, δίκαιον ἄνωθεν ὡς ἕκαστα ἐπράχθη, διεξελθεῖν. ἔτι βασιλεύοντος Ἀρκαδίου, καὶ ὑπάτων ὄντων Ὀνωρίου τὸ ζ', καὶ Θεοδοσίου τὸ β', οἱ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατευόμενοι στασιάσαντες, ἀνάγουσι Μάρκον ἐπὶ τὸν βασίλειον θρόνον, καὶ ὡς κρατοῦντι τῶν αὐτόθι πραγμάτων, ἐπείθοντο. ἀνελόντες δὲ τοῦτον, ὡς οὐχ ὁμολογοῦντα τοῖς αὐτῶν ἤθεσιν, ἄγουσι Γρατιανὸν εἰς μέσον· καὶ ἁλουργίδα καὶ στέφανον ἐπιθέντες ἐδορυφόρουν ὡς βασιλέα. δυσαρεστήσαντες δὲ καὶ τούτῳ, τέσσαρσιν ὕστερον μησὶ παραλύσαντες ἀναιροῦσι, Κωνσταντίνῳ παραδόντες τὴν βασιλείαν. ὁ δέ, Ἰουστινιανὸν καὶ Νεβιγάστον ἄρχειν τῶν ἐν Κελτοῖς τάξας στρατιωτῶν, ἐπεραιώθη τὴν Βρεττανίαν καταλιπών. ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν, (πρώτη δὲ αὕτη πρὸς τῇ θαλάσσῃ κεῖται, Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω) καὶ ἐν ταύτῃ διατρίψας ἡμέρας

tiaretur. Poſtquam Honorium gravius commotum vidit, recte facturum ait, ſi curis Italicis occupatus, aliquid concederet. Quod ſi poteſtas ſibi fieret, ad Conſtantinum abeundi, & caſus Italiæ nunciandi: non multo poſt rediturum cum omnibus Celticis, & Hiſpanicis, & Britannicis copiis, ac rebus Italicis & urbanis opem laturum. His condicionibus abeundi copiam nactus eſt Jovius.

Cæterum Celticas res, necdum, uti par erat, expoſitas; æquum fuerit inde uſque à ſuperioribus annis, quo pacto ſingillatim geſtæ fuerint, commemorari. Quo tempore Arcadius adhuc imperabat, Honorio VII. & Theodoſio iterum, COSS. milites Britannici ſeditione concitata, Marcum in regio ſolio collocant; eique, tanquam rerum in iis locis potienti, ſe ſubjiciunt. Eo deinde necato, veluti moribus illorum non reſpondente; Gratianum in medium producunt, & purpura coronaque ornatum, ceu principem ſolito ſatellitio comitantur. Verum & huic improbato, poſt menſes quatuor imperium abrogant, & vitam eripiunt; Conſtantino rerum ſumma tradita. Is, ubi Juſtinianum & Nevigaſten Celticis militibus præfeciſſet, Britannia relicta tranſmiſit: quumque Bononiam veniſſet, (ea prima mari adjacet, inferioris Germaniæ civitas) & in ea dies aliquot fuiſſet commoratus, o-

mnesque sibi exercitus ad Alpes usque Galliam & Italiam disterminantes, conciliasset: imperium tuto jam possidere videbatur. Eodem tempore Sarum Stelicho ducem cum exercitu contra Constantinum ablegat. Is, Justiniano duci cum copiis suis obviam profectus, eum majore cum exercitus parte interfecit; & ingenti præda potitus, quod intellexisset Constantinum se recepisse Valentiam, urbem ad defensionem ejus satis idoneam; hanc ipsam obsidere instituit. Alter copiarum dux Nevigastes, cum Saro de pace colloquens, amice quidem ab eo fuit exceptus; sed ultro citroque præstitis sacramentis, confestim occisus, religione jurisjurandi ab Saro violata.

Quum autem Constantinus Edobinchum, natione Francum, & oriundum è Britannia Gerontium, duces his suffecisset: Sarus, horum ducum in re militari experientiam & fortitudinem veritus, à Valentia discessit, quam septem diebus obsederat. Quumque Constantini duces in eum maximis viribus proruissent, multo labore salvus evasit; universa præda Bacaudis, qui ad Alpes illi occurrerant, concessa; ut ab eis

τινὰς, πάντα τε οἰκειωσάμενος τὰ στρατεύματα, μέχρι τῶν Ἄλπεων ὄντα τῶν ὁριζουσῶν Γαλατίαν καὶ Ἰταλίαν, ἀσφαλῶς ἔχειν τῆς βασιλείας ἐδόκει. κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους, Σάρον τὸν στρατηγὸν ἐκπέμπει μετὰ στρατεύματος κατὰ Κωνσταντίνου Στελίχων. ὁ δὲ, Ἰουστινιανῷ τῷ στρατηγῷ μετὰ τῆς δυνάμεως τῆς σὺν αὐτῷ ἀπαντήσας, αὐτόν τε ἀναιρεῖ, καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν πλείονα μοῖραν· καὶ λείας πολλῆς γενόμενος κύριος, ἐπειδὴ Κωνσταντῖνον αὐτὸν ἔγνω πόλιν καταλαβόντα Βαλεντίαν, ἀρκοῦσαν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, εἰς πολιορκίαν καθέστησε. Νεβιογάστου δὲ τοῦ λειπομένου στρατηγοῦ λόγους τῷ Σάρῳ περὶ φιλίας προσάγοντος, ἐδέχετο μὲν ὡς φίλον τὸν ἄνδρα· δοὺς δὲ καὶ λαβὼν ὅρκους, ἀναιρεῖ παραχρῆμα, μηδένα τῶν ὅρκων ποιησάμενος λόγον.

Κωνσταντίνου δὲ στρατηγὸν καταστήσαντος [1] Ἐδόβιγχον, Φράγκον ὄντα τὸ γένος, Γερόντιον δὲ ἀπὸ τῆς Βρεττανίας ὁρμώμενον, δείσας ὁ Σάρος τὴν τῶν στρατηγῶν τούτων περὶ τὰ πολέμια πεῖραν ὁμοῦ καὶ ἀνδρείαν, ἀνεχώρησε τῆς Βαλεντίας, ἑπτὰ πολιορκήσας ταύτην ἡμέρας. καταδραμόντων δὲ αὐτὸν τῶν Κωνσταντίνου στρατηγῶν μετὰ μεγίστης δυναστείας, σὺν πολλῷ διεσώθη πόνῳ, τὴν λείαν ἅπασαν δωρησάμενος τοῖς περὶ τὰς Ἄλπεις ἀπαντήσα-

1. Sozomen. [Ἐδόβιχος.] qui cum *Constantino* suppetias laturus esset, ab Ulphila *Constantii* duce per insidias interceptus, vix solus fugâ evasit ad Ecdicium quendam antiquo sibi hospitii jure cognitum, qui tamen Edobici caput amputatum attulit Honorii ducibus; *uti videre est apud Sozom. lib. 9. c. 14.*

σιν αὐτῷ [1] Βακαύδαις, ὅπως εὐρυχωρίας παρ' αὐτῶν τύχῃ τῆς περὶ τὴν Ἰταλίαν παρόδου. Σάρου τοίνυν οὕτως εἰς τὴν Ἰταλίαν διασωθέντος, συναγαγὼν ὁ Κωνσταντῖνος τὴν δύναμιν ἅπασαν, ἔγνω φυλακὰς ἀρκούσας ἐγκαταστῆσαι ταῖς Ἄλπεσιν. ἦσαν δὲ αὗται τρεῖς, αἱ τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀπὸ Κελτῶν, κἀκεῖθεν ἐπέκεινα τὰς ὁδοὺς ἀποκλείουσαι, Κοττίαι, Ποινῖναι, Μαριτίμαι. ταῦτα δὲ δι' αἰτίαν τοιάνδε τῆς εἰρημένης μοι προνοίας ἠξίωσεν.

Ἐν τοῖς περιλαβοῦσι χρόνοις, ἕκτον ἤδη τὴν ὕπατον ἔχοντος ἀρχὴν Ἀρκαδίου καὶ Πρόβου, Βανδίλοι Σουήβοις καὶ Ἀλανοῖς ἑαυτοὺς ἀναμίξαντες, τούτοις ὑπερβάντες τοὺς τόπους, τοῖς ὑπὲρ Ἄλπεις ἔθνεσιν ἐλυμήναντο· καὶ πολὺν ἐργασάμενοι φόνον, ἐπίφοβοι καὶ τοῖς ἐν Βρεττανίαις στρατοπέδοις ἐγένοντο· συνηνάγκασάν τε, δέει τοῦ μὴ καὶ [2] σφᾶς προελθεῖν, εἰς τὴν τῶν τυράννων ὁρμῆσαι χειροτονίαν, Μάρκου λέγω καὶ Γρατιανοῦ, καὶ ἐπὶ τούτοις Κωνσταντίνου. πρὸς ὃν μάχης καρτερᾶς γενομένης, ἐνίκων μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, τὸ πολὺ τῶν Βαρβάρων κατασφάξαντες μέρος. τοῖς δὲ φεύγουσιν οὐκ ἐπεξελθόντες, (ἢ γὰρ ἂν ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διέφθειραν) ἐνέδωκαν αὐτοῖς ἀνακτησαμένοις τὴν ἧτταν, καὶ Βαρβά-

adeundæ Italiæ facultatem impetraret. Quum Sarus hoc modo in Italiam perveniſſet incolumis, Conſtantinus univerſis collectis copiis, Alpes idoneo præſidio munire decrevit. Eæ tres omnino ſunt, quæ in Italiam à Celtis, atque inde ulterius ducentia claudunt itinera; videlicet Cottiæ, Pœninæ, Maritimæ Hoc uti faceret ea cura, quam diximus; cauſa quædam erat hujuſmodi.

Superioribus annis, Arcadio VI, & Probo CONSS. Vandili Suevis & Alanis permiſti, ſuperatis hiſce locis, nationes tranſalpinas vaſtarunt; editaque ingenti cæde, , Britanniarum etiam exercitibus formidabiles exſtiterunt. Quos quidem eo perpulerunt, ut veriti, ne progrederentur ulterius; ad tyrannos eligendos ſeſe converterent, Marcum inquam, & Gratianum, & ſecundum hos Conſtantinum. Adverſus quem acri commiſſo prœlio, victoria quidem Romani potiti ſunt, majore Barbarorum parte jugulata; ſed, quod fugientes inſequuti non eſſent, (omnes enim ad internecionem uſque cecidiſſent) facultatem eis conceſſerunt, ut reſarcita clade, quam acceperant, & collecta Barbarorum multitudine, rurſus ho-

1. Salvianus lib. de gub. Dei. *Vocamus rebelles, vocamus perditos quos eſſe criminoſos compulimus, quibus enim aliis rebus,* Bagaudæ *facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi improbitatibus judicum,* &c.

2. Omitti videtur Sylburgio [εἰς.]

ſti

sti pares evaderent. Propter has ergo causis præsidiarios in hisce locis Constantinus collocavit, ne isti liberum in Galliam aditum haberent. Rhenum quoque præsidio munivit idoneo; quod à Juliani principis temporibus neglectum fuerat. Hoc modo rebus in universa Gallia constitutis, Constantem, filiorum natu maximum, habitu Cæsaris ornatum, in Hispaniam ablegat. Nam & istic universas in potestatem redigere nationes cupiebat, tum ut imperii limites prolataret, tum etjam ut Honorii propinquorum potentiam in iis locis exscinderet. Metuebat enim, ne quando coactis militum in ea regione copiis, ipsi monte Pyrene superato se adorirentur; & Imperator Honorius, ex Italia missis exercitibus, undique circumdato sibi tyrannidem abrogaret. Itaque Constans in Hispaniam transiit, quum ducem Terentium, & Apollinarem præfectum prætorii haberet; ac palatinis etiam ordinibus magistratus tam civiles quam militares dedisset. Atque his ductoribus copias in eos movet, qui generis adfinitate Theodosium principem contingentes, Hispanas res conturbabant. Illi, primo per Lusitanicos exercitus suscepto adversus Constantem bello, quum ab illo se vinci viderent; cum servorum & agricolarum mul-

ρων πλῆθος συναγαγοῦσιν, αὖθις ἀξιομάχους γενέσθαι. διὰ ταῦτα τοίνυν τούτοις τοῖς τόποις φύλακας ἐγκατέστησε Κωνσταντῖνος, ὡς ἂν μὴ τὴν εἰς Γαλατίαν ἀνειμένην ἔχοιεν πάροδον. ἐγκατέστησε δὲ καὶ τῷ Ῥήνῳ τὴν ἀσφάλειαν, ἐκ τῶν Ἰουλιανοῦ βασιλέως χρόνων ἐκραθυμηθεῖσαν. οὕτω τὰ κατὰ τὴν Γαλατίαν πᾶσαν οἰκονομήσας, Κώνσταντι τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων, τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα περιθεὶς, ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν ἐκπέμπει, καὶ τῶν αὐτόθι πάντων ἐθνῶν ἐγκρατὴς γενέσθαι βουλόμενος, ὥστε καὶ τὴν ἀρχὴν αὐξῆσαι, καὶ ἅμα τὴν τῶν Ὀνωρίου συγγενῶν αὐτόθι δυναστείαν ἐκκόψαι. δέος γὰρ αὐτὸν εἰσῄει, μήποτε δύναμιν συναγαγόντες τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν, αὐτοὶ μὲν αὐτῷ διαβάντες τὴν Πυρήνην, ἐπέλθοιεν. ἀπὸ δὲ τῆς Ἰταλίας ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος ἐπιπέμψας αὐτῷ τὰ στρατόπεδα, τῆς τυραννίδος, κύκλῳ πανταχόθεν περιλαβὼν, παραλύσειεν. ἐπὶ τούτοις ὁ Κώνστας εἰς τὴν Ἰβηρίαν διέβη, στρατηγὸν μὲν Τερέντιον ἔχων, Ἀπολινάρειον δὲ τῆς αὐλῆς ὕπαρχον. τῶν δὲ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἄρχοντας τοὺς πολιτικοὺς ἅμα καὶ στρατιωτικοὺς καταστήσας, ἄγει διὰ τούτων ἐπ' ἐκείνους οἳ γένει τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προσήκοντες, τὰ τῆς Ἰβηρίας [1] συνεταράττοντο πράγματα, πρότερον μὲν πρὸς αὐτὸν Κώνσταντα διὰ τῶν ἐν τῇ Λυσιτανίᾳ στρατοπέδων ἀράμενοι πό-

1. Sylb. divisim legit [συνεπέραττον τοὺς]

λεμον· ἐπεὶ δὲ πλεονεκτεῖσθαι συνῄσθοντο, πλῆθος οἰκετῶν καὶ γεωργῶν ἐπιστρατεύσαντες, καὶ παραβραχὺ καταστήσαντες αὐτὸν εἰς μέγιστον κίνδυνον· ἀλλὰ κἀνταῦθα τῆς ἐλπίδος διαμαρτόντες, Κώνσταντι σὺν ταῖς σφῶν γυναιξὶν ἦσαν ἐν φυλακῇ. ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τούτων ἀδελφοί, [1] Θεοδόσιός τε καὶ Λαγώδιος, ὁ μὲν, εἰς τὴν Ἰταλίαν διέφυγεν, ὁ δὲ, εἰς τὴν ἑῴαν διασωθεὶς, ἀνεχώρησε. ταῦτα κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ὁ Κώνστας διαπραξάμενος, ἐπανῆλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον, ἐπαγόμενος Βερηνιανὸν καὶ Διδύμιον, καταλιπὼν τε αὐτόθι τὸν στρατηγὸν Γερόντιον, ἅμα τοῖς ἀπὸ Γαλατίας στρατιώταις, φύλακα τῆς ἀπὸ Κελτῶν ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν παρόδου· καίτοιγε τῶν ἐν [2] Ἰβηρίαις στρατοπέδων, ἐμπιστευθῆναι κατὰ τὸ σύνηθες τὴν φυλακὴν αἰτησάντων, καὶ μὴ ξένοις ἐπιτραπῆναι τὴν τῆς χώρας ἀσφάλειαν. Βερηνιανὸς μὲν οὖν καὶ Διδύμιος, ὡς Κωνσταντῖνον ἀχθέντες, ἀνῃρέθησαν παραχρῆμα·

Κώνστας δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἐκπέμπεται, Ἰοῦστον ἐπαγόμενος στρατηγόν. ἐφ' ᾧ Γερόντιος ἀχθόμενος, καὶ τοὺς αὐτόθι περιποιησάμενος στρατιώτας, ἐπανίστησι Κωνσταντίνῳ τοὺς ἐν Κελτοῖς Βαρβάρους. πρὸς οὓς οὐκ ἀντισχὼν ὁ Κωνσταντῖνος, ἅτε δὴ τοῦ πλείονος τῆς δυνάμεως

titudine hostem adgressi, parum abfuit quin eum in graviſſimum diſcrimen adducerent. Sed heic quoque ſpe ſua fruſtrati, à Conſtante cum uxoribus in cuſtodiam dati ſunt. Qua re fratribus eorum, Theodoſio Lagodioque, nuntiata; in Italiam profugit alter, alter in orientem ſalvus evaſit. His rebus Conſtans in Hiſpania geſtis, ad patrem Conſtantinum reverſus eſt; adducto ſecum Vereniano & Didymio, relictoque iſtic duce Gerontio; qui cum Gallicis militibus iter illud, quod è Celtis in Hiſpaniam ducit, cuſtodiret: quamquam exercitus Hiſpanici hanc cuſtodiam ſibi pro more credi, nec regionis tutelam extraneis committi, petiiſſent. Cæterum Verenianus & Didymius ad Conſtantinum perducti, mox interfecti ſunt.

Inde rurſus in Hiſpaniam Conſtans à patre mittitur, ac Juſtum ducem ſecum adducit. Quare offenſus Gerontius, conciliatis ſibi eorum locorum militibus, Barbaros in regione Celtarum adverſus Conſtantinum ad defectionem impellit. Quibus quum Conſtantinus non reſtitiſſet, quod major co-

1. Sozomen. *lib.* 9. *c.* 12. [Θεοδοσίωλος]

2. Quod quùm Hiſpani non impetraſſent, inde factum refert Diaconus, ut, *cum Barbaris clauſtra Pirenai montis commiſſa fuiſſent ab eis, tota qua per Gallias bacchabatur ferocitas gentium, Hiſpanorum provinciis intromiſſa eſſet.*

piarum

piarum ipsius pars esset in Hispania: cuncta pro libitu invadentes transrhenani Barbari, eo tum incolas insulæ Britanniæ, tum quasdam Celticas nationes redegerunt, ut ab imperio Romano deficerent, & Romanorum legibus non amplius obedientes, arbitratu suo viverent. Itaque Britanni, sumtis armis, & quovis adito pro salute sua discrimine; civitates suas à Barbaris imminentibus liberarunt. Itidem totus ille tractus Armorichus, cæteræque Gallorum provinciæ, Britannos imitatæ; consimili se modo liberarunt, ejectis magistratibus Romanis, & sua quadam republica pro arbitrio constituta.

Hæc Britannicæ Celticarumque gentium defectio, quo tempore Constantinus iste regnum usurpabat, accidit: quum ipsius in imperio secordia moti Barbari, hasce grassationes instituissent. In Italia vero Alarichus, pace conditionibus iis, quas proposuerat, non impetrata, nec obsidibus acceptis: Romam rursus invadit, minatus eam se per vim expugnaturum, nisi cives Romani, conjunctis secum animis, adversus Honorium augustum expeditionē suscepissent. Illis ad hoc postulatum cunctantibus, urbem obsidet; & ad portum profectus, aliquot diebus in ejus oppugnatione consumtis, tandem eo potitus

μέρους ὄντος ἐν Ἰβηρείᾳ, πάντα κατ' ἐξουσίαν ἐπιόντες οἱ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Βάρβαροι, κατέστησαν εἰς ἀνάγκην τούς τε τὴν Βρεττανικὴν νῆσον οἰκοῦντας, καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἔνια, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀποστῆναι, καὶ καθ' [1] ἑαυτὸν βιοτεύειν, οὐκέτι τοῖς τούτων ὑπακούοντα νόμοις. οἵ τε οὖν ἐκ τῆς Βρεττανίας ὅπλα ἐνδύντες, σφῶν αὐτῶν προκινδυνεύσαντες, ἠλευθέρωσαν τῶν ἐπικειμένων Βαρβάρων τὰς πόλεις· καὶ ὁ Ἀρμόριχος ἅπας, καὶ ἕτεραι Γαλατῶν ἐπαρχίαι, Βρεττανοὺς μιμησάμεναι, κατὰ τὸν ἴσον σφᾶς ἠλευθέρωσαν τρόπον, ἐκβάλλουσαι μὲν τοὺς Ῥωμαίους ἄρχοντας, οἰκεῖον δὲ κατ' ἐξουσίαν πολίτευμα καθιστᾶσαι.

Καὶ ἡ μὲν Βρεττανίας καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἀπόστασις, καθ' ὃν ἐτυράννει χρόνον ὁ Κωνσταντῖνος, ἐγένετο, τῶν Βαρβάρων ἐπαναβάντων τῇ ἐκείνου περὶ τὴν ἀρχὴν ἐκμελείᾳ. κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ἀλάριχος, οὐ τυχὼν ἐφ' οἷς ᾔτει τῆς εἰρήνης, οὐδὲ ὁμήρους λαβὼν, αὖθις ἐπῄει τῇ Ῥώμῃ, κατακράτος αἱρεῖν αὐτὴν ἀπειλῶν, εἰ μὴ συμφρονήσαντες αὐτῷ, κατὰ τοῦ βασιλέως Ὀνωρείου χωρήσαιεν. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὴν αἴτησιν ὤκνουν, τὴν μὲν πόλιν ἐπολιόρκει· τὸν δὲ λιμένα καταλαβὼν, καὶ ἡμέρας τινὰς ἐγκαρτερήσας τῇ τούτου πολιορκίᾳ, τελευτῶν κύριος τούτου καθέστη. πᾶσαν

1. Καθ' ἑαυτὰ vel ἑαυτοὺς. Sylb.

δὲ αὐτόθι τὴν τῆς πόλεως τροφὴν ἀποκειμένην εὑρὼν, δαπανήσειν αὐτὴν ἠπείλει περὶ τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον, εἰ μὴ θᾶττον οἱ Ῥωμαῖοι τὰ προτεινόμενα πράξαιεν. συνελθοῦσα τοίνυν ἡ γερουσία πᾶσα, καὶ περὶ τοῦ πρακτέου βουλευσαμένη, πᾶσιν ἐνέδωκεν οἷς Ἀλάριχος ἐκέλευσεν. οὐδὲ γὰρ ἦν ἀποφυγὴ θανάτου, μηδεμιᾶς τροφῆς διὰ τοῦ λιμένος τῇ πόλει χορηγουμένης. κατὰ ταῦτα δεξάμενοι τὴν Ἀλαρίχου πρεσβείαν, ἐκάλουν αὐτὸν πρὸ τῆς πόλεως· καὶ κατὰ τὸ κελευόμενον, Ἄτταλον, ὄντα ὕπαρχον τῆς πόλεως, εἰς τὸν βασίλειον ἀναβιβάζουσι θρόνον, ἁλουργίδα καὶ στέφανον περιθέντες. ὁ δὲ, παραχρῆμα Λαμπάδιον μὲν τῆς αὐλῆς ἀναδείκνυσιν ὕπαρχον, Μαρκιανὸν δὲ τῆς πόλεως ἔταξεν ἄρχειν· τὰς δὲ τῶν δυνάμεων στρατηγίας αὐτῷ τε Ἀλαρίχῳ καὶ Οὐάλεντι παραδέδωκεν. (οὗτος δὲ ἦν ὁ πρότερον τῶν κατὰ Δαλματίαν ταγμάτων ἡγούμενος) καὶ τοῖς ἄλλοις ἑξῆς τὰς ἀρχὰς ἐνεχείρισεν. ἀναζεύξας δὲ μετὰ τῆς βασιλικῆς δορυφορίας, ἐχώρει πρὸς τὰ βασίλεια, πολλῶν αὐτῷ γινομένων οὐκ ἐπιτηδείων συμβόλων. τῇ δὲ ἑξῆς παρελθὼν εἰς τὴν γερουσίαν, λόγον ἀλαζονείας γέμοντα διεξῄει, τήν γε γῆν ἅπασαν Ῥωμαίοις περιποιήσειν μεγαλαυχούμενος, καὶ ἄλλα τούτων ὑπέρτερα. ἐφ' οἷς ἴσως νεμεσήσειν αὐτῷ τὸ θεῖον ἔμελλε, καὶ μετ' οὐ πολὺ καθαιρήσειν.

Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ῥώμην ἅπαντες ἐν

eſt. Ubi quum omnem urbis annonam reconditam inveniſſet, eam ſe minatus eſt in exercitum ſuum expenſurum, ni celeriter iis Romani, quæ proponebat, ſatisfeciſſent. Itaque Senatus univerſus convenit, & inſtituta deliberatione, quid potiſſimum agendum eſſet; tandem omnibus adſenſus eſt, quæ Alarichus imperaverat. Nec enim mortis ullum erat effugium, poſteaquam urbi nulla è portu annona ſuppeditabatur. Secundum hæc exceptis Alarichi legatis, ad urbem eum arceſſunt; ac veluti juſſi fuerant, Attalum præfectum urbis, ſublimem in auguſto ſolio, purpura coronaque cinctum, collocant. Is extemplo Lampadium præfectum prætorii declarat, & Marcianum præfectum urbis conſtituit. Militares præfecturas tum ipſi Alaricho, tum Valenti tradit. Et Valens is erat, qui Dalmaticis antea legionibus præfuerat. Itidem aliis alias ordine poteſtates tribuit. Hinc regio cum ſatellitio pergit ad palatium, quum omina multa parum fauſta ſe offerrent. Poſtridie Senatum ingreſſus, orationem ſingularis adrogantiæ plenam habuit, qua ſe Romanis univerſum orbem terrarum adquiſiturum, & his etiam alia majora, magnifice jactitat: propter quæ numen ei forte ſuccenſurum erat, hominemque non multo poſt eversurum.

Romani magna exſultare læ-

titia, qui & alios magistratus reipublicæ recte gerendæ peritos nacti fuissent; & insignem ex Tertulli consulis honore voluptatem caperent. Solam illorum familiam, qui Anicii dicuntur, quæ publice videbantur universis conducere, mordebant: quod fere inter omnes hi soli magnas opes possidentes, felicitatem publicam permoleste ferrent. Quum autem Alarichus Attalo recte consuleret, ut idoneas copias in Africam & Carthaginem mitteret, earumque opera Heracliano abrogaret imperium; ne per illum quoque, partes Honorii sectantem, aliquod impedimentum rebus institutis objiceretur: nihili admonitiones ejusmodi fecit Attalus; adeoque spes eas amplexus, quas vates ei facerent, ac sine certamine se Carthagine totaque potiturum Africa persuasus; non Drumam mittit, qui cum Barbarorum copiis, quas ducebat, facillime potuisset Heraclianum potestate dejicere: sed, Alarichi consilio posthabito, cuidam Constantino in Africanos milites imperium tradit, nec firmas tamen cum eo copias mittit. Interea vero, dum adhuc in dubio res Africanæ essent, expeditionem adversus Imperatorem, qui Ravennæ se continebat, suscipit. Is, metu perterritus, quum missis legatis, imperii societatem of-

εὐφροσύνῃ πολλῇ, τῶν τε ἄλλων ἀρχόντων οἰκονομῆσαι καλῶς ἐπισταμένων τετυχηκότες, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Τερτύλλου ὑπάτου τιμῇ σφόδρα εὐφραινόμενοι. μόνον δὲ τὸν τῶν λεγομένων Ἀνικίων οἶκον ἐλύπει τὰ κοινῇ δοκοῦντα πᾶσι λυσιτελεῖν, ἐπειδὴ μόνοι τῶν πάντων (ὡς εἰπεῖν) ἔχοντες πλοῦτον, ἐπὶ ταῖς κοιναῖς ἐδυσχέραινον εὐπραγίαις. Ἀλαρίχου δὲ συμβουλεύσαντος ὀρθῶς Ἀττάλῳ, πέμψαι μετρίαν δύναμιν ἐπὶ Λιβύην καὶ Καρχηδόνα, διὰ ταύτης τε παραλῦσαι τῆς ἀρχῆς Ἡρακλειανὸν, ὡς ἂν μὴ καὶ ἐξ αὐτοῦ, τὰ Ὀνωρίου φρονοῦντος, κώλυμά τι τοῖς ἐγχειρουμένοις συμβαίη, ταῖς τοιαύταις παραινέσεσιν Ἄτταλος οὐκ ἐπίθετο· ταῖς δὲ ἐπὶ τοῖς μάντεσιν ἐλπίσι ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς, καὶ ἀμαχητὶ περιποιήσεσθαι Καρχηδόνα καὶ τὰ περὶ Λιβύην ἅπαντα πεπεισμένος, Δρέμαν μὲν οὐκ ἐκπέμπει μεθ' ἧς εἶχε Βαρβάρων δυνάμεως ῥᾷστα δυνησόμενον Ἡρακλειανὸν τῆς ἀρχῆς ἐκβαλεῖν· ἐν δευτέρῳ δὲ τὴν Ἀλαρίχου βουλὴν ποιησάμενος, [1] Κωνσταντίνῳ παραδίδωσι τὴν ἐν τῇ Λιβύῃ στρατιωτῶν τὴν ἡγεμονίαν, οὐδεμίαν αὐτῷ δύναμιν ἀξιόμαχον συνεκπέμψας· ἀλλὰ, τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ ἐν ἀδήλῳ κειμένων, ἐπιστρατεύει τῷ βασιλεῖ, κατὰ τὴν Ῥάβενναν ὄντι. τοῦ δὲ συνταραχθέντος τῷ δέει, καὶ πρέσβεις ἐκπέμψαντος, καὶ κοινὴν ἀμφοτέροις γενέσθαι τὴν βασιλείαν αἰτοῦντος,

1. Κώνσταντι secundum Sozomen. lib. 9. c. 8.

Ἰόβιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος παρὰ Ἀττάλου καθιστάμενος, οὐδὲ ὄνομα καταλείψειν ἔφη Ὁνωρίῳ βασιλείας Ἄτταλον, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁλόκληρον ἕξειν τὸ σῶμα· νῆσον τε αὐτῷ δώσειν ¹ καὶ οἴκησιν, πρὸς τῷ καὶ μέρος αὐτῷ τι τοῦ σώματος καταστήσειν πεπηρωμένον. ἐκπλαγέντων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ τῶν λόγων ἀλαζονείᾳ, καὶ τοῦ βασιλέως Ὁνωρίου πρὸς φυγὴν ὄντος ἑτοίμου, καὶ ἐπὶ τούτῳ πλῆθος πλοίων οὐ μέτριον εἰς τὸν τῆς Ῥαβέννης λιμένα συναγαγόντος, ἓξ τάγματα στρατιωτῶν προσωρμίσθη[c], πάλαι μὲν ἔτι περιόντος Στελίχωνος προσδοκώμενα, τότε δὲ πρὸς συμμαχίαν ἐκ τῆς ἑῴας παραγενόμενα, ² μυριάδες ἀριθμὸν ὄντα τέσσαρες. ἀνενεγκὼν δὲ ὥσπερ ἐκ κάρου βαθέος Ὁνώριος, τοῖς μὲν ἐκ τῆς ἑῴας ἀφιγμένοις τὴν τῶν τειχῶν ἐπίστευε φυλακήν· ἐγνώκει δὲ τέως ἐπιμεῖναι τῇ Ῥαβέννῃ, μέχρις ἂν ἀκριβέστερον τὰ κατὰ τὴν Λιβύην αὐτῷ δηλωθείη· καὶ εἰ μὲν Ἡρακλειανὸς ὑπέρτερος γένοιτο, τῶν αὐτόθι πραγμάτων ὄντων ἐν ἀσφαλεῖ, παντὶ τῷ στρατεύματι πολεμεῖν Ἀττάλῳ καὶ Ἀλαρίχῳ· τῶν δὲ εἰς τὴν Λιβύην παρ᾽ αὐτοῦ πεμφθέντων ἐλαττωθέντων, ταῖς οὔσαις αὐτῷ ναυσὶ πρὸς Θεοδόσιον εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπλεῦσαι, καὶ

ferret: Jovius, ab Attalo præfectus prætorii constitutus, ne nomen quidem Imperatoris Honorio relicturum ait Attalum, nec integrum corpus; sed in insulam relegaturum, & præterea partem aliquam corporis mutilaturum. Universis hac orationis adrogantia territis, & Honorio principe jam ad capessendam fugam parato, qui eo nomine non exiguam navium copiam in portum Ravennatem coegerat: sex militum cohortes adpulere, quæ quidem adhuc superstite Stelichone jam olim exspectabantur; sed tunc primum ex oriente ad belli societatem venerunt. In his erant hominum quatuor millia. Quapropter velut excitatus è gravi sopore Honorius, iis mœnium custodiam credit, qui ex oriente venerant: atque interim Ravennæ manendum statuit, donec certiora de rebus Africanis accepisset. Ac siquidem superior evaderet Heraclianus, rebus istic in tuto consistentibus, universo cum exercitu Attalo & Alaricho bellum inferendum: sin missi ab se in Africam vincerentur, in orientem ad Theodosium cum iis abeundum navibus, quas habe-

1. Leg. [εἰς.]
2. Scrib. [χιλιάδες] εἰς τοῦτο δὲ περιεστώτων ὡς εὐπρεπῶς αὐτὸν ἔχειν ναῦς· ἀδοκήτως ἐν ἓξ ἀριθμοῖς ἀμφὶ [τετρακισχίλιοι] στρατιῶται νύκτωρ τῇ Ῥαβέννῃ προσέπλευσαν ἐκ τῆς ἀνατολῆς &c. Sozomen lib. 9. c. 8.

ret; & occidentalium nationum imperio cedendum.

Hic rerum Honorii ſtatus erat. Jovius autem, qui legatus ad Honorium, velut antea commemorabam, miſſus fuerat; de proditione, ab Honorio quorundam opera corruptus, cogitare cœpit. Itaque ad Senatum negat, obiturum ſe amplius legationem; indecora quædam ad eum verba proloquutus; & quod omnino, quandoquidem conatus eorum qui fuerant in Africam miſſi, ſucceſſu caruiſſet, Barbaros ad gerendum adverſus Heraclianum bellum mitti oporteret. Quippe Conſtantino interfecto, ſpes ipſorum ab ea parte fluctuare. Quum autem commotus ad iram Attalus, per alios indicaſſet, quid eſſet agendum: mittuntur in Africam cum pecuniis alii, ut rebus eorum locorum opem ferrent. Quo Alarichus cognito, graviter ac moleſte rem ferens, de rebus Attali deſperare cœpit; qui ſtoliditate quadam animi, nullaque nixus ratione, res inutiles temere moliretur. Itaque poſtea, quam hæc illi ad animum accidiſſent, licet antea Ravennæ obſidionem eo uſque urgere cogitaverat, donec eam cepiſſet; tamen inde diſcedendum ſtatuit. Nam hoc uti facerent, Jovius hortabatur; qui, quum intellexiſſet, miſſi ab Attalo ducis irritos in

[1] τῆς ἑσπερίων βασιλείας ἐκστῆναι.

Καὶ Ὀνώριος μὲν ἐν τούτοις ἦν. Ἰόβιος δὲ, κατὰ πρεσβείαν (ὡς διεξῆλθον ἤδη) πρὸς Ὀνώριον ἐκπεμφθεὶς, εἰς ἔννοιαν ἔρχεται προδοσίας, Ὀνωρίου διά τινων αὐτὸν ὑπελθόντος· καὶ πρὸς μὲν τὴν γερουσίαν, παραιτεῖται πληρῶσαι τὴν πρεσβείαν, ἀφεὶς πρὸς αὐτὴν ἀπρεπῆ τινὰ ῥήματα, καὶ ὡς προσήκει, τῶν ἐν Λιβύῃ σταλέντων διαμαρτόντων, εἰς τὸν κατὰ Ἡρακλειανοῦ πόλεμον Βαρβάρους ἐκπέμψαι. σαλεύεσθαι γὰρ [2] αὐτῶν τὴν ἐκεῖθεν ἐλπίδα, [3] Κώνσταντος ἀναιρεθέντος. κινηθέντος δὲ πρὸς ὀργὴν Ἀττάλου, καὶ δι' ἑτέρων τὸ πρακτέον μηνύσαντος, πέμπονται κατὰ τὴν Λιβύην ἕτεροι μετὰ χρημάτων, τοῖς αὐτόθι βοηθήσοντες πράγμασιν. ὅπερ μαθὼν Ἀλάριχος, καὶ ἀπαρεσθεὶς τοῖς γινομένοις τοῖς κατὰ τὸν Ἄτταλον ἀπεγνώκει, φρενοβλαβείᾳ καὶ σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τοῖς ἀλυσιτελέσι ῥαδίως ἐπιχειροῦντα. ταῦτα δὲ λαβὼν κατὰ νοῦν, ἀναχωρεῖν ἐκεῖνε τῆς Ῥαβέννης, καίτοιγε ἐνστῆναι τῇ ταύτης πολιορκίᾳ διανοούμενος ἄχρις ἁλώσεως. Ἰόβιος γὰρ αὐτῷ τοῦτο παρῄνει· ὃς, ἐπειδὴ τῶν ἐν Λιβύῃ δι-

1. Leg. [τῆς τῶν.]
2. Αὐτῶν.
3. Leunclavius reddit *Conſtantinum* ideo perſuaſus quod in præcedentibus occurrat Gr. Κωνσταντῖνος ubi de eâdem re agitur.

ἁμαρτεῖν

ἁμαρτεῖν ἔγνω τῆς ὑπὸ Ἀττάλου σταλέντα, τέλεον εἰς τὸ τὰ Ὀνωρίου πράττειν ἐτράπη, κακηγορῶν τε Ἄτταλον Ἀλαρίχῳ διετέλει, πείθειν σπουδάζων ὡς, ἐπειδὰν κρατήσειε τῆς βασιλείας, αὐτῷ πρῶτον ἐπιβουλεύσει, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ γένος αὐτῷ προσήκουσιν. Ἀλαρίχου δὲ τέως ἐμμένειν τοῖς πρὸς Ἄτταλον ὅρκοις ἐθέλοντος, ἀναιρεῖται μὲν Οὐάλης, ὁ τῆς ἵππου στρατηγὸς, εἰς προδοσίας ἐμπεσὼν ὑποψίαν. ἐπῄει δὲ τὰς τῆς Αἰμιλίας πόλεσιν Ἀλάριχος ἁπάσαις, ὅσαι τὴν Ἀττάλου βασιλείαν ἑτοίμως δέξασθαι παρῃτήσαντο· καὶ τὰς μὲν ἄλλας σὺν οὐδενὶ παρεστήσατο πόνῳ, Βονωνίαν δὲ πολιορκήσας, ἀνασχομένην ἡμέραις πολλαῖς οὐ δυνηθεὶς ἑλεῖν, ἐπὶ Λίγυας ἐχώρει, κἀκείνους Ἄτταλον δέξασθαι βασιλέα συναναγκάζων.

Ὀνωρίου δὲ γράμμασι πρὸς τὰς ἐν Βρεττανίᾳ χρησαμένου πόλεις, φυλάττεσθαι παραγγέλλουσι, δωρεαῖς τε ἀμειψαμένου τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν παρὰ Ἡρακλειανοῦ πεμφθέντων χρημάτων, ὁ μὲν Ὀνώριος ἦν ἐν ῥᾳστώνῃ πάσῃ, τὴν τῶν ἁπανταχοῦ στρατιωτῶν ἐπισπασάμενος εὔνοιαν. Ἡρακλειανοῦ δὲ τοὺς ἐν Λιβύῃ πάντας λιμένας φυλακῇ παντοίᾳ καταλαβόντος, καὶ μήτε σίτου, μήτε ἐλαίου, μήτε ἄλλου τινὸς τῶν ἐπιτηδείων εἰς τὸν τῆς Ῥώμης κομιζομένου λιμένα, λιμὸς ἐνέσκηψε τῇ πόλει χαλεπώτερος τοῦ προτέρου, τῶν ἐπ' ἀγορᾷ τὰ ὤνια πωλούντων, ὅσα ἦν ἐν αὐτοῖς, ἀποκρυπτόντων,

Africa conatus fuiſſe; prorſus ad favendum Honorii cauſæ ſe convertit, & Attalum maledictis apud Alarichum inceſſere non deſiit; totus in hoc incumbens, ut ei perſuaderet, Attalum ſtabilito imperio, primum Alaricho ipſi, & omnibus ei generis propinquitate junctis, inſidias ſtructurum. Dum autem Alarichus adhuc in fide Attalo data perſtaret, Valens equitum magiſter occiſus eſt, proditionis inſimulatus: & Alarichus ipſe cunctas urbes Æmiliæ cum copiis adiit, quotquot imperium Attali promte accipere recuſaſſent. Et alias quidem, nullo labore, redegit in ditionem: Bononiam obſeſſam, & hoſtem compluribus diebus ſuſtinentem, capere non potuit. Itaque verſus Ligures pergit, ut illos etiam Attalum Imperatorem agnoſcere cogeret.

Honorius autem, literis ad civitates Britannicas ſcriptis, quibus eos hortabatur, ut rebus ſuis conſulerent; itidemque militibus ex ea pecunia, quam Heraclianus miſerat, congiario præmii loco diſtributo: in omni degebat otio, militumque ſibi benevolentiam ab omni parte conciliabat. Heraclianus vero, quum omnes in Africa portus occupatos multiplici præſidio teneret, neque jam frumentum, vel oleum, vel aliæ res ullæ ad victum neceſſariæ, in portum Romanum inveherentur: fames in urbe gravior, quam prius, exſtitit; dardana-

riis ea ſpe, quidquid habebant, ſupprimentibus, ut omnium pecunias ad ſe averterent, eo potiri pretio, quod ipſimet arbitratu ſuo ſtatuerent. Adeoque redacta fuit urbs ad eas anguſtias, ut ab iis, qui ſperarent, hominum quoque corpora deguſtatum iri, vox hujuſmodi Circenſibus ludis emitteretur: PRETIUM PONE CARNI HUMANÆ.

Has ob cauſas Romam profectus Attalus, Senatum advocat; & conſultatione propoſita, univerſis propemodum ea ſententia probata fuit, ut & Barbari cum Romanis militibus in Africam mitterentur, eorumque præfectura Drumæ traderetur; illi nimirum viro, qui documenta jam plurima fidei benevolentiæque ſuæ edidiſſet. Solus Attalus cum paucis, judicio plurium non adſentiebatur; qui neminem Barbarorum cum Romano exercitu mitti vellet. Hinc jam Alarichus ad abrogandum Attalo imperium ſpectare, quum multo ante Jovius eum continuis criminationibus ad hoc impuliſſet. Itaque reapſe conſilium ſuum exſequens, extra urbem Ariminum, in qua tunc commorabatur, productum Attalum diademate ſpoliat, & exuit purpura; atque his ad Honorium principem miſſis, Attalum in omnium oculis ad privatam vitæ conditionem redegit; apud ſe

ἐλπίδι τοῦ τὰ πάντων οἰκειώσεσθαι χρήματα, τῆς κατ' ἐξουσίαν ὁριζομένης τιμῆς αὐτοῖς διδομένης. εἰς τοῦτο τε ἦλθεν ἡ πόλις στενοχωρίας, ὥστε ἐλπίσαντας καὶ ἀνθρωπίνων ἅπτεσθαι σωμάτων, τοιαύτην φωνὴν ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ἀφεῖναι, PRETIUM PONE CARNI HUMANÆ· τοῦτο δέ ἐστιν, ὅριζον τῷ ἀνθρωπείῳ κρέει τιμήν.

Ἐπὶ τούτοις Ἄτταλος καταλαβὼν τὴν Ῥώμην, συνάγει τὴν γερουσίαν· καὶ βουλῆς προτεθείσης, ἅπαντες μὲν (ὡς εἰπεῖν) ἐδοκίμαζον, καὶ Βαρβάρους χρῆναι μετὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν Λιβύην ἐκπέμψαι, παραδοῦναί τε Δρούμᾳ τὴν τούτων ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ πλεῖστα ἤδη πίστεως καὶ εὐνοίας ἐπιδείξαντι δείγματα. μόνος δὲ Ἄτταλος, σὺν ὀλίγοις, τῇ τῶν πολλῶν οὐκ ἐπίθετο γνώμῃ, Βαρβάρων οὐδένα τῷ στρατοπέδῳ συνεκπέμψαι βουλόμενος. ἐντεῦθεν Ἀλάριχος εἰς τὴν Ἀττάλου καθαίρεσιν εἶδεν, Ἰοβίου πρὸ πολλοῦ ταῖς συνεχέσι διαβολαῖς ἑτοιμότερον εἰς τοῦτο κατασκευάσαντος· καὶ τὸ βούλευμα εἰς ἔργον ἄγων, πρὸ τῆς Ἀριμίνου, καθ' ἣν τότε διέτριβεν, ἐξαγαγὼν τὸν Ἄτταλον, περιελὼν τὸ διάδημα, καὶ τῆς ἁλουργίδος ἐκδύσας, ταῦτα μὲν ἔπεμψεν Ὀνωρίῳ τῷ βασιλεῖ· τὸν δὲ [1] Ἄτταλον ταῖς πάντων ὄψεσιν ἰδιώτην ἀπέδειξε, κατασχὼν παρ' ἑαυτῷ μετὰ

1. *Ita Diaconus lib. 14.* Attalus à Gothis Imperator effectus eſt, poſtmodum captus à Conſtantio, miſſuſque Honorio, truncatâ manu, vitæ relictus eſt.

τοῦ παιδὸς Ἀμπελίου, μέχρις ἂν πρὸς Ὀνώριον εἰρήνης γινομένης ἀσφάλειαν αὐτοῖς τοῦ βίου περιποιήσειεν. ἔμεινε δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ 1 Πλακιδία παρ' αὐτῷ, ὁμήρου μὲν τρόπον τινὰ τάξιν ἐπέχουσα, πάσης δὲ ἀπολαύουσα τιμῆς καὶ βασιλικῆς θεραπείας.

Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ἐν τούτοις ἦν· Κωνσταντῖνος δὲ τῷ παιδὶ 2 Κώνστα τὸ διάδημα περιθείς, καὶ ἀντὶ τοῦ Καίσαρος βασιλέα πεποιηκώς, Ἀπολλινάριον παραλύσας τῆς ἀρχῆς, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ ὕπαρχον ἀπέδειξεν. Ἀλαρίχου δὲ ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ὡρμηκότος, ὡς δὴ βεβαίως αὐτῷ πρὸς Ὀνώριον ἐσομένης εἰρήνης, ἕτερόν τι παρ' ἐλπίδα ἐμπόδιον εὗρεν ἡ τύχη, πρὸς τὰ συμβαινόμενα τοῖς τῆς πολιτείας πράγμασιν, ὁδῷ προϊοῦσα. 3 Σάρου μετὰ βαρβάρων εὐαριθμήτων ἐν τῷ Πικηνῷ διατρίβοντος, καὶ μήτε Ὀνωρίῳ τῷ βασιλεῖ, μήτε Ἀλαρίχῳ προστεθειμένου, δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν Ἀτάουλφος, ἔκ τινος προλαβούσης ἀλλοτριότητος, ἐπέρχε-

tamen cum Ampelio filio retentum, donec pace cum Honorio constituta, vitæ incolumitatem eis impetrasset. Placidia quoque, soror Imperatoris, cum Alaricho erat; vicem illa quidem obsidis modo quodam implens; ita tamen, ut omni honore cultuque regio frueretur.

Ac Italicarum sane rerum hæc id temporis erat conditio. Constantinus autem, quum diademate Constantem filium cinxisset, proq; Cæsare dixisset Augustum; Apollinari abrogata potestate, alterum ejus loco præfectum prætorii designavit. Interim Alaricho cum copiis Ravennam profecto, veluti qui firmam certamque cum Honorio pacem facturus esset; aliud quoddam fortuna reperit impedimentum, ad ea, quæ status publici rebus essent eventura, via quasi quadam progrediens. Quippe dum Sarus, nec Imperatoris Honorii, nec Alarichi se partibus adjungens, cum perexiguis Barbarorum copiis in Piceno commoratur: Ataulfus, qui esset infesto in eum animo, propter quasdam obortas ante

1. Quæ Constantio post in matrimonium collocata fuit, peperitque Valentinianum, subinde Imperatorem futurum.

2. Pro Κωνσταντι

3. Historiam sic refert *Sozomen. c.* 10 *lib.* 9. Σάρος δέ τις, Βάρβαρος τὸ γένος, εἰς ἄκρον τὰ πολέμια ἠσκημένος, ἀμφὶ τριακοσίους μόνους περὶ αὑτὸν ἔχων πάντας εὔνους καὶ ἀλκίμους, ὕποπτος ὢν Ἀλαρίχῳ διὰ προτέραν ἔχθραν, ἐλογίσατο μὴ συνοίσειν αὐτῷ τὰς μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Γότθων σπονδάς, καὶ ἐξαπίνης μετὰ τῶν ἰδίων ἐπανελθὼν ἀναιρεῖ τινὰς τῶν Βαρβάρων. ἐκ τούτου δὲ εἰς ὀργὴν καὶ δέος καταστὰς Ἀλάριχος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀναστρέφει καὶ περικαθεσθεὶς τὴν Ῥώμην εἷλε προδοσίᾳ, &c.

hoc

hoc tempus inimicitias, ad ea loca cum copiis universis accedit, quibus in locis tum forte Sarus erat. Illum adventantem quum Sarus animadverteret, non satis ad committendam pugnam instructum se ratus, qui homines secum trecentos duntaxat haberet: ad Honorium profugere statuit, & cum eo belli adversus Alarichum gerendi societatem coire. . . . .

ται πανστρατιᾷ τοῖς τόποις, ἐν οἷς τὸν Σάρον συνέβαινεν εἶναι. ταύτης αἰσθόμενος τῆς ἐφόδου, πρὸς μάχην τε ἀρκέσειν οὐκ οἰηθεὶς, μόνων αὐτῷ τριακοσίων συνόντων ἀνδρῶν, ἔγνω δραμεῖν πρὸς Ονώριον καὶ κοινωνῆσαι τοῦ πρὸς Αλάριχον πολέμου. . . . .

Supplementum istorum quæ in Zosimo desiderantur.

Desiderantur nonnulla: sed desiisse Zosimi historias in Româ ab Alaricho captâ testatur Photius in bibliothecâ. Quòd cum Zosimus sit hac parte imperfectus nec alibi fere prodatur series & rerum ordo ad R. captivitatem spectantium, visum est sequentia subnectere ex Baptista Egnatio.

Obsederat Romam Alarichus jam biennium, nec Honorius, qui Ravennæ desidebat aut ferre suppetias poterat, aut audebat. Nam cum nihil minus quam de urbis salute solicitus esset, Stilichone interfecto, ducem exercitui minime præfecerat, qui adversus Gothos rem administraret. Unde Gothis obsidendæ urbis cogitatio, Romano milite aut dilapso aut segniter rem agente. Verum eam frustra obsessam, cum expugnare vi non possent, ad dolum hostis Barbarus vertitur. Profectionem in patriam simulat, trecentosque juvenes corporis & animi vi præstantes eligit, quos R. principibus dono det, instructos prius ut omni obsequio dominos suos promereri studeant, & ad certam diem circa meridiem, cum R. principes somno vel otio vacarent, ad Asinariam portam advolent, interfectisque improviso insultu custodibus, portam sibi præstò futuro aperiant. Interea Gothi cum reditum, alia atque alia deesse sibi simulantes, differrent, trecenti illi juvenes occasione egregiè usi, portam stato die suis aperiunt, & intromissus Gothus majori ignominia quam damno urbem omnem populatur. Sunt qui Probæ illustris feminæ & opulentissimæ operâ patefactam Gothis portam existiment cum R. P. passim fame & morbis pecudum more cadentem miseraretur. Duo sunt cognitu non indigna: unum, edictum ab Alaricho fuisse, ut quicunque in templa Divorum confugerent, præcipue Petri & Pauli, his nulla vis inferretur, quod & summa fide servatum. Alterum, quod cum nuntiatum Honorio esset Ravennæ, Romam perditam, credidit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Romæ, *significatum esse, admiratumque vehementer tam subitò periisse eum, quocum paulò antè festivissime luserat.*

FINIS.